

Universidad de Deusto
Biblioteca

1541




Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fr. Pedro Celestino de Olmedo.

Estante.....Pluteo.....
Burgos.

OFFICINAE

IOANNIS RAVISII TEX-

toris Niuernensis Historicis Poëticisq; referræ Disciplinis Prima pars, bene recognita, auctaq; non parum, cum Indice iuxta seriem Literarum repositio.



Venetiis MDXLI

Don Diego Enriquez de Villegas

necesito saber si se han deposado los que solo=llega
de Licencia do

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTORI CANDIDO.

OFFICINA Ioannis Rauisii Textoris rerũ omnium merciumq; reconditarum refertissima multorũ nedum Officinas, sed & Bibliothecas Lararia quoq; ornaturi, licuit ex officio nostro plurimorũ Votis satisfacere, æris & marginis rationem habentes. qui librorũ in tanto Hodie frequentia & cumulo, Vel obruunt magnitudine, Vel exhauriũtur precio, quam interim Typis nostris in Enchiridion coegimus, iusti Voluminis non prętergressi modulũ. Sed memineris interea nos in hac ęditione propolarum quorũdam probasse solertiam, qui angustas ædes mercati Tabernæ partem priorẽ mercimoniis replent, reliqua in posteriori recondentes & si quid aliud supersit quod mercaturã expleat, penum instruunt. Quod & hic [illegible]isse (si tu probaueris) rei angustia hos impulit. Binas enim partes Officinæ in hoc mercato curauimus adornãdas, & ne quid deesset latinæ familiæ, Mythecium tertio loco extrusimus, nempe Cornucopiæ ordine pulchro digestam, qua affatim omnia supereſſe mercatui significaremus. Quid preterea nouorũ locorũ nunc accesserit, partis secundæ monstrabit epistola. Porro Indicem reddidimus expeditiorem & magis auctũ, cum accurata castigatione. Etratula vero quædam, Velunt literam pro litera, numerum pro numero nõ maxime curabis in his enim nos homines præstitimus. Vale.

Inculpatissimo viro sacrorũq; literarum professori meritissimo. D. Ioanni Boluacco Niuernensi, Nauarrensium Grammaticorũ gymnasiarchæ. Io. Rauisius Textor Niuernensis S.D.

ADmiratio multis fuit frequens, vir inculpatissime, quod ego tuus alumnus & ppe dixerim partus, tuis semp adiutus obsequiis, tuaq; opera literis inutritus, neq; beneficiũ scriptis agnoscerẽ, neq; gratiã verbis vllis remetirer. Nec defuerunt, qui silẽtio meo tam diuturno inflantis etiã buccis & multo irascerentur stomacho, atq; hoc ipsum vicio verterẽt, dicerẽtq; me indignũ de quo quisq; bene mereri debeat, quiũ vt caueabat, plæręq; ex parte rõnis aiantes abhorreant ab hmõi nota. Nã & Ciconia parẽtes a qbus vitã accepit, senio fessos nutrit & succolat, & glires suis genitoribus dũ senuerunt, eadẽ succurrunt Pietate, velut meritum refundẽtes. Alii itẽ quibus eadẽ placebat sentẽtia, cõtiis me incessẽbãt. & hmõi verbis alloquebant. Næ tu es homo egregie malus Textor, dignusq; multis plagis & cicatricibus, qui magno famæ tuæ dispendio non agnoscis, per quẽ pfeceris. Hic (de te loquebant) te nutriuit a puero. Et vt inquit Simo Terẽtianus, fecit ex seruo vt esses libertus, & quod habuit summũ precium, persoluit tibi. Tu tamen pateris eius memoriã apud te frigescere, quẽ velut numen aliqd terrenũ deberes suspicere & reuereri, cuiusq; effigiẽ si saperes, domi haberes in laratio, quũ quicquid es, si qd saltem es, id totũ sis eius officio, eiq; vitã cum doctrina referre debeas acceptã. Adde quod magna est ambobus affinitas eadem vtriq; patria, cuius ille flos est, & primũ speciẽ & in qua tanti fit ab omnibus, vt inhumanus habeat & incuilis, qui transeunti cõptatim non assurgit. Qua nã ergo ratione maculã hanc elues, quonam modo culpam deprecaberis, aut in quã excusationẽ reiicies delictũ, si so

lus eum relinquas insalutatũ, in quem omnes pleno ore certatim laudes cogerũt? His illorum verbis quum aures mihi calerent & circunsonarẽt cœpit me pudere vitæ, & pœnitere negligentię. Parumq; abfuit quin ipse mihi pœnã irrogauerim, sumptoq; de meis musis supplicio. arbortiuas adolescẽtiæ meæ nugas veneris marito deuouerim vt cũ politiano loquar. Vbi tñ diu satis in ea pependi cruce, post longum tædium & animi mœrorẽ, discussis hinc inde rationibus tandem cognoui nihil esse quod deberẽ tristari aut affici pœnitentia. Quinetiam me multo prudẽtius egisse, quam si quid infra dignitatẽ tuam antea reposuissem. Præcedentia quidem argumenta iniiciebant mihi pudorem. Contra vero alia emerserunt omnino cõtraria, quæ postea suaserunt, vt non tantum non me pigeret nihil ad te scripsisse, sed ne in posterum quidem scribere. Consideraui in primis quam stulte agant, qui suis ineptiis illustrium virorum maiestatem cõtaminant exẽplo illius Chœrilli, cuius scripta plus multo probri quam laudis pepererunt Alexãdro. Quantum enim famæ parturiunt doctorum monumenta, tãtum dedecoris afferre solent pœnitẽdæ & viles in doctorum nugæ. Itaq; si quid hactenus tibi nũcupassem, plus multo fuliginis & tenebrarum q̃ lucis induxisset tuo nomini, Nam nihil est in me, quod tuis laudibus respõdere valeat. Nihil neq; scribo neq; loquor quod semitarii & Pagani magistelli non nouerint nihil nisi triuiali pcussum moneta dico. Quanam igitur doctrina tibi, homini dico omnibus virtutũ numeris absolutissimo satisfacere potuissem? Quod si potuissem, adhuc tamen mihi fuerat timendũ, ne irascereris, grauateq; ferres & dolenter, si te in ora vulgi cõiicerem quũ ea sis natura Vt mallis laudum tuarum testimonia in precordiis hominum delitescere, quam linguis versari, Ego te noui tãquã meos vngues. At si quid certi ex tuis moribus potui colligere & explorare, tu nõ ex eorum numero, quibus aures inanibus preconiorum fumis pruriunt, & titilantur. Futiles iste gloriolæ non plus te mouent, quam lippum pictæ

tabulæ, fomenta podagram, Auriculas citharæ collecta sorde dolentes, vt inquit ille omnia tibi sordent nisi quæ meram olent virtutẽ. Suspicari posses me hoc dicere adulãdi studio, nisi tã alienũ esset mihi assentari, quã tibi assentatoribus aũt præbere. Id ego ausim de me prędicare, nec vnquã placuisse mihi parasitos & blanditores, nec vllã pestẽ vnquã acrius refugisse me, quam parasiti personam, ne quis forte suspicetur a labiis meis dissentire precordia, Et tu ipse eum me semper nosti, in primore cuius frõte legatur animus. Quod quamuis hac tẽpestate non vsq; quaq; sit vtile, nõ possem tamen infucatũ illũ naturæ rigorẽ excutere, vel si vnco trahẽdus essem ad scalas gemonias, aut insuẽdus culeo cũ gallo, serpente & simia, Vides igitur vt ad institutum rẽdeã, quæ denuo me mouerint argumẽta vt nihil ad te scriberẽ, aut de te. Tandẽ tñ inuitũ me ac recusantẽ expugnauit, & tuus in me amor, & mea in te beniuolentia, coegitq; epistolã hanc liminarẽ adiicere, quãuis intelligerem titulũ hunc si modo laudis est titulis, fore tibi molestum & odiosum. Sed vellis nolis oportet vt æqui bonique cõsulas. Hoc ego feci, non vt par pari relatũ cognosceres, quũ vt inqt Cicero, si vitam pro tua dignitate effunderẽ, nec minimam quidem tuorũ in me meritorum partẽ videret assecutus, sed vt eorũ calũnias declinarem, qui ne suspendunt naso, q̃ nullo dum ac ne verborũ quidẽ testimonio, exhibuerim me gratũ. Porro nominis perpetuitatẽ magis mihi ex te polliceor, quã tibi ex hoc ope meo. Si autẽ percontaris, quale sit ipsum opus, & qd ego sentiam, dicam id quod res est, ne quis cauilletur fœtus meos mihi blandiri illud primum omniũ non inficiabor, me omnia frustillatim fere ab autoribus emẽdicasse. Nihil priuato iuri præter laborem tribuo, quẽ si quis improbet, nullam spem futuræ laudis mihi relinquo, Et vt occurram censorum lituris & spõgiis, tota hęc officina similis est Horatiane corniculæ alienis plumis circunquaq; vestitæ. Quam, licet plæriq; probẽt, & in his Petrus Danesius homo plurimæ doctrinæ & eruditiõis, non sum ta

men adeo nescíens mei, neq; ita pendeo totus ab aliorũ iudicio, vt eas laudes velim agnoscere, quas nec honeste possum, nec iure debeo. Nolo mihi Suffenus esse, aut símias imitari, quæ suos fœtus q̃libet deformes pro formo sissimis admirantur. Si quid tamen ex multis paleis fruct⁹ collegi, te & cæteros lectores rogo, vt excipiatis plausibi liter. Contra vero si quid per incuriam mihi non elimatũ lapsum est frequenter autem lapsum est partem erroris quæso condonate meis occupationibus, cum quibus hęc imprimerent, nulla non hora obruebar, idq; adeo, vt vix ocium esset ad scalpendum caput aut mungendas nares. Nam vt tu ipse omniũ certissime nosti, non poteram assi due pręesse typis, quum me oporteret totos dies erudiẽ dis iuuenibus impẽdere. Vixq; vt opinor, sufficissem operi, nisi in emaculandis vtcunq; typographorum erratis laborem meum iuuisset honestissimus, maturæq; doctrinæ adolescens Guido Mõmiraldus Lutecianus patricius.

Vale homo probatissime, Et me ama.

INDEX⁹ CAPITVM PRIMAE ET SE/cundæ partis Officinæ Textoris Iuxta literarum ordinem.

Absorpti terra, parte.i. fo.52
Abstemii, parte.ii. fo.229
Adulatores, scurræ, & paralyti, parte.ii. fo.115
Adulteri & adultere, parte.i. fo.159
Aemuli laudis alienæ, aut virtutis, parte.ii. fo.245
Amasii deorum & hominum, parte.i. fo.139
Amasie deorum & hominum, parte.i. fo.142
Amati a diuersis animalibus, parte.i. fo.167
Amatores animalium aliarumq; rerum, parte.i. fo.167
Amazones, parte.i. fo.185
Ambitiosi & arrogantes, parte.ii. fo.261
Amici arctissimi, parte.ii. fo.255
Amor coniugalis, parte.ii. fo.258

Amor fratrum & sororum mutuus, parte.ii. fo.259
Amor & indulgentia parentũ in liberos, parte.ii. fo.260
Amor liberorum in parentes, parte.ii. fo.262
Ancillæ quædam parte.i. fo.154
Animalia sepulchris honorata, parte.i. fo.58
Animalia diuersa, parte.ii. fo.147
Animalia mansuefacta, quorumq; ministerio homines sunt vsi. parte.ii. fo.161
Anni partes, parte.ii. fo.110
Appellationes eoꝝ q variis laborãt morbis, parte.i. f.84
Aquarum mirabilis natura, parte.ii. fo.180
Arbores diuersæ, parte.ii. fo.178
Arbores deorum & dearum, parte.ii. fo.188
Architecti nobiles, parte.ii. fo.173
Argonautæ, parte.i. fo.252
Argumenta ab impossibili. ex diuersis poetis. parte.ii. f.x
Armorum genera & instrumenta bellorum, parte.i. f.218
Artificũ denominatiões, variatũq; pfessionũ. pte.i. f.102
Astrologi, parte.ii. fo.80
Astuti & fraudulenti, parte.ii. fo.267
Athletæ, pugiles & palestritæ. parte.i. fo.209
Attridæ, parte.i. fo.208
Auari & illiberales, parte.ii. fo.218
Audaces & temerarii, parte.ii. fo.264
Aues deorum, parte.ij. fo.146
Augures & aruspices, parte.ij. fo.62
Auium nomina, parte.ii. fo.137
Auium & aliorum animalium voces, parte.ii. fo.146
Aurigæ & equorum domitores, parte.i. fo.246
¶ Balbi, parte.i. fo.90
Bella & mala a mulieribus orta, parte.i. fo.184
Bella memorabilia, parte.i. fo.192
Bellicosi, parte.i. fo.193
Bibliothece memorabiles, parte.i. fo.114
¶ Cæci & execrati, parte.i. fo.86
Calceamentorum genera, parte.ii. fo.39

Canum nomina.parte.i. fo.140
Castissimi,parte.i. fo.168
Centaurorum nomina,parte.ij. fo.123
Chirurgi,parte.i. fo.94
Cibi & panes diuersi,parte.ij. fo.133
Cibi electiles & delicati,parte.ij. fo.136
Cibi quibusdam hominibus grati, cum diuerso populorum victu,parte.ii. fo.136
Cinœdi,pedicones & pathici,parte.ii. fo.144
Citharœdi & tibicines,parte.ii. fo.82
Clari & diuites ex humili fortuna,parte.ii. fo.112
Claudi,parte.i. fo.89
Clementes & humani,parte.ij. fo.201
Coci,parte.ij. fo.191
Columnæ herculis,parte.ij. fo.118
Combusti,parte.i. fo.49
Conditores diuersorũ locorũ & ædificiorũ.parte.ii. fo.173
Constãtes & patientes in casibus aduersis.parte.ii. fo.145
Contemptores deorum,parte.ii. fo.56
Contemptores honorum & diuitiarum.parte.ij. fo.104
Cornucopie, seu loca diuersis Rebus abundantia, parte tertia per totum.
Coronæ diuersæ,parte.i. fo.126
Crudeles,& qui in mortuos seuierunt.parte.i. fo.67
Crudelissimi homines,parte.ij. fo.193
Curetes,parte.i. fo.209
Currus deorum & animalia.parte.i. fo.148
Cursores velocissimi,parte.ij. fo.10
Cyclopes,parte.i. fo.108
¶ Damisella textoris,parte.i. fo.136
Dãnati suppliciis apud inferos ſm poetas,parte.i. fo.73
Decollati,parte.i. fo.62
Deformes,parte.i. fo.138
Dei ex poetarum figmentis,parte.ij. fo.92
Denominationes a naturalibus, seu accidẽtariis casibus. parte.i. fo.109

Denominationes a genere,parte.i. fo.111
Deorum victimæ,parte.ii. fo.103
Deorum festa,parte.ii. fo.104
Descriptio longi temporis, qua diu aliquid futurum significamus,parte.ij. fo.6
Descriptio magni & frequentis numeri per similitudines & comparationes,parte.ij. fo.8
Descriptio cursus leuissimi,parte.ii. fo.9
Descriptio ortus diei,parte.ij fo.11
Descriptio meridiei,parte.ii. fo.13
Destriptio noctis,parte.ij. fo.14
Descriptio mediæ noctis,parte.ij. fo.16
Descriptio æquinoctii,parte.ii. fo.16.
Diuites,parte.ii. fo.105
Domitores monstrorum,parte.ii. fo.114
¶ Elegantes,parte.i. fo.144
Elementa,parte.ii. fo.115
Epitheta gentium propria,parte.i. fo.112
Equi & equæ celebres,parte.i. fo.142
Equi Achillis,parte.i. fo.145
Equi Martis,parte.i. fo.60.
Equi plutonis,parte.i. fo.146
Equi solis,parte.i. fo.145
Eunuchi & spadones,parte.i. fo.155
Excoriati,parte.i. fo.61
Exempla charitatis in patriam,parte.ii. fo.152
Exercitus numerosi,parte.i. fo.188
Exules nonnulli,parte.ii. fo.53
¶ Fabri & alii artifices,parte.ii. fo.171
Fæces & excrementa diuersarum rerum,parte.ii. fo.112
Fames memorabiles,parte.ii. fo.118
Fidelissimi,parte.ii. fo.175
Figuli,parte.ii. fo.35
Filii deorum,& Heroum,parte.ii. fo.96
Flores & frutices odorati parte.ii. fo.190
Fluuiorum auctarium,parte.ii. fo.181

Fluuii præcipui nominis,parte.ii. fo.175
Fluuii auriferi & gemmiferi,parte.ii. fo.179
Fluuii infernales,parte.ii. fo.60.
Fœcundi,& qui multos habuerunt liberos,pte.i. fo.115
Fontes,parte.ii. fo.181
Formosi & formosæ,parte.i. fo.119
Fortissimi viribus corporis,parte.i. fo.100
Fortunati & felices,parte.ii. fo.174
Fratres vterini,parte.i. fo.116
Frutices diuersi,parte.ii. fo.190
Fullones.parte.ii. fo.118
Fulminati,seu fulmine percussi,parte.i. fo.44
Furiosi & maniaci,parte.i. fo.90
Furiæ,parte.i. fo.93
¶Geometræ,parte.ij. fo.82
Gladiatores,parte.i. fo.213
Grammatici,parte.ii. fo.186
Gratiæ,parte.i. fo.178
Gulosi,edaces & vinolenti,parte.ij. fo.214
Gygantes & grandes corpore,parte.i. fo.104
Gymnasia,parte.i. fo.122
¶[redacted] fo.[redacted]
Harpiæ,parte.ii. fo.113
Herbarum diuersa nomina,parte.ii. fo.190
Herculis labores,parte.i. fo.168
Hesperides,parte,ii. fo.109
Historiographi græci & latini,parte.ii. fo.183
Histriones & actores,parte.i. fo.214
Homines male olentes,parte.i. fo.86
Homines re aliqua insignes,parte.i. fo.112
Homines libere & importune loquacitatis.parte.ii. fo.165
Horti celebres,parte.ii. fo.118
Hospitales,parte.ii. fo.237
Hyades parte.ii. fo.109
¶Ianitores,parte.ii. fo.192
Impossibilia factu,parte.i. fo.226

Inteſtuosi,parte.i. fo.156
Indocti & literarum osores,parte.i. fo.124
Infelices & miseri,qui ex prospera fortuna ad humilem
sunt redacti,parte.ii. fo.214
Ingrati,parte.ii. fo.168
Inhumani ritus varii,parte.i. fo.68
Iniusti,parte.ii. fo.171
Insignia deorum,parte.i. fo.113
Insignia gentium,parte.i. fo.113
Instrumenta musica parte.ii. fo.83
Iracundi odio perciti & malenoli,parte.ii. fo.140
Interfectores fratrum & sororum,parte.i. fo.28
Inuentores diuersarum rerum,parte.ii. fo.89
Inuidi,parte.ii. fo.243
Iudices inferorum,parte.ii. fo.108
Iugulati & strangulati,parte.i. fo.58
Iustissimi,parte.ii. fo.169
¶Laborioſi & variarum artium periti,parte.i. fo.125
Lacus,paludes & stagna,parte.ii. fo.281
Lapidibus obruti aut mutorum ruina,parte.i. fo.57
Latrones,parte.ii. fo.48
Legislatores,parte.ii. fo.237
Legumina & frumenta,parte.ii. fo.190
Lenones & leænæ,parte.i. fo.105
Liberatores a periculis,parte.ii. fo.114
Liberales & magnifici,parte.ii. fo.215.&.218
Liberi parentum interfectores,parte.i. fo.17
Libidinosi & lasciui,parte.i. fo.161
Lippi,parte.i. fo.86
Literarum & literatorum amantissimi,parte.i. fo.122
Litigiosi,parte.ii. fo.265
Loca deis sacra,parte.ii. fo.93
Ludi,& spectacula diuersa,parte.i. fo.217
¶Machinæ bellicæ & tormenta,parte.i. fo.226
Macilenti,parte.ii. fo.117
Magi& alii venefici,parte.ii. fo.78

Magnanimi, parte.ij. fo.210
Mangones, & aliæ professiõis homines, parte.ij. fo.192
Medici, parte.i. fo.94
Memoria clari, parte.ij. fo.173
Menses anni, parte.ij. fo.110
Mensuræ quedam, parte.ij. fo.120
Meretrices, parte.i. fo.148
Metamorphosis diuersorum qui in varias fuerunt muta-
ti formas, parte.ij. fo.111
Ministri somni, parte.ij. fo.124
Miracula quædam naturæ, parte.ij. fo.72
Miracula orbis septem, parte.ij. fo.174
Modesti & verecundi, parte.ii. fo.103
Molles & effeminati, parte.i. fo.145
Montes præcipui, parte.ij. fo.282
Montes flammiferi, parte.ij. fo.283
Montes in quibus Roma sita est, parte.ij. fo.302
Morbi diuersi parte.i. fo.76
Morbis aliquibus infecti aut affecti, parte.i. fo.84
Mortui equorum lapsu, parte.i. fo.40
Mortui suspendio & cruce, parte.i. fo.46
Mortui siti & fame, parte.i. fo.48
Mortui & extincti veneno, parte.i. fo.52.
Mortui scalarum ruina parte.i. fo.52
Mortui morte subita, parte.i. fo.55
Mortui gaudio & risu, parte.i. fo.56
Mortui in actu venereo, parte.i. fo.57
Mortui in aliena terra, parte.ij. fo.47
Mortui nimio cibo & potu, parte.i. fo.57
Mortui morbo pediculari, parte.i. fo.59
Mortui aut occisi in latrinis, parte.i. fo.61
Mortui in carceribus, parte.i. fo.60
Mortui diuersis morbis, parte.i. fo.63
Mortui febre, parte.i. fo.63
Mortui peste, parte.i. fo.64
Mortui diuersis aliis casibus, parte.i. fo.66
Mores nary poplor drusoro.li.ul parte p. fo.265.

Mortui qui reuixerunt, parte.i. fo.66
Mortui suis inuentis, parte.i. fo.75
Mulieres quæ maritos occiderunt, parte.i. fo.31
Mulieres mortuæ partus dolore, parte.i. fo.61
Mulieres virilem habitum mentite, parte.i. fo.147
Mulieres doctæ, parte.i. fo.173
Mulieres bellicosæ, parte.i. fo.180
Musæ, parte.i. fo.177
Musici & cantores, parte.ii. fo.82
Muti, parte.i. fo.86
¶ Naui & pumiliones, parte.i. fo.208
Nauigiorum genera, parte.i. fo.249
Nauium propria nomina, parte.i. fo.251
Nautæ nonnulli, parte.i. fo.253
Nomina aquis naufragio imponentes, parte.i. fo.38
Nomina diuersa ad militiam spectantia, parte.i. fo.229
Nouercæ, parte.i. fo.187
Nuncii & legati, parte.ii. fo.237
Nutrices diuersorum hominum, parte.i. fo.153
Nymphæ diuersæ, parte.ii. fo.111
¶ Obliuiosi, & qui memoria exciderunt, parte.ii. f.273
Obstetrices, parte.i. fo.131
Occisores sui, & qui variis modis mortem sibi intulerũt,
aut se aliis commiserunt occidendos, parte.i. fo.6
Occisi & dicerpti ab equis, parte.i. fo.38
Occisi a serpentibus, parte.i. fo.40
Occisi ab apris, parte.i. fo.41
Occisi a canibus, parte.i. fo.42
Occisi a diuersis feris, parte.i. fo.43
Occisi a leonibus, parte.i. fo.42
Ociosi, parte.i. fo.126
Officinæ artificum, parte.i. fo.111
Oleum, parte.i. fo.102
Opera & ædificia sumptuosa, parte.ii. fo.176
Oratores, parte.ii. fo.288
¶ Parcæ seu deæ fatales, parte.ii. fo.102

Parentes liberorum interfectores, parte.i. fo.24
Patricidæ, parte.i. fo.27
Pastores & armentarii, parte.i. fo.192
Patria illustrium virorum, parte.i. fo.128
Pauperes, parte.ii. fo.209
Pericula marina, parte.i. fo.254
Pestilentie memorabiles, parte.i. fo.73
Pharmacopolæ, parte.i. fo.94
Pictores diuersi, parte.ii. fo.169
Pigmenta, parte.ii. fo.171
Pingues, parte.ii. fo.117
Piscatores & vrinatores, parte.i. fo.254
Pisces diuersi, parte.i. fo.255
Piscinarii, parte.i. fo.255
Pleyades, parte.i. fo.109
Poetica descriptio, qua docemus aliquid longe lateq; fieri, parte.ii. fo.7
Poete græci & latini, parte.ii. fo.289
Populi re aliqua clari, parte.i. fo.112
Populorum diuersi mores, parte.i. fo.268
Portitores, parte.i. fo.254
Potiones diuerse, parte.i. fo.102
Præcones, parte.ij. fo.118
Præceptores & pedagogi, parte.i. fo.127
Præcipitati, parte.i. fo.51
Præmia virtutis & doctrinæ, parte.i. fo.116
Proci diuersarum mulierum, parte.i. fo.151
Prodigia & portenta diuersa, parte.ii. fo.70.&.72
Prodigi, parte.ii. fo.222
Proditores, periuri, & perfidi, parte.ii. fo.271
pyrate, parte.ii. fo.51
¶ Raptores virginum, parte.i. fo.152
Religiosi, parte.ii. fo.175
Riuales, parte.i. fo.152
¶ Sacculorum nomina, parte.ii. fo.34
Sacerdotes deorum, parte.ii. fo.106

Sacrificiorũ & victimarũ diuersa genera. parte.ii. fo.104
Sacrilegi, parte.ii. fo.48
Sagittis confossi, parte.i. fo.59
Sagittarii & iaculatores, parte.i. fo.234
Scœptra deorum & tela, parte.i. fo.225
Scriptores multorum voluminum, parte.i. fo.125
Scriptores modicarum rerum, parte.ii. fo.301
Sculptores, celatores, statuarij & marmorarii, pte.ii.f.166
Senes, & qui diu vixerunt, parte.i. fo.114
Senes qui genuerunt, parte.i. fo.116
Serpentum quorundam nomina, parte.ii. fo.16
Serui diuersi, liberi & famuli, parte.ii. fo.121
Seruorum quorundã in dominos fidelitas. parte.ii. f.255
Seueriſſimi & maxime tetrici, parte.ii. fo.239
Sybille, parte.i. fo.178
Spurii & nothi, parte.i. fo.116
Sobrii & temperati, parte.ii. fo.229
Solitarii & vitæ austeræ, parte.ij. fo.230
Somnolenti. parte.ii. fo.118
Sophistarum nomina, parte.ij. fo.303
Stadia diuersa, parte.i. fo.223
Strabones luſci & monoculi, parte.i. fo.86
Stulti & insipientes, parte.i. fo.93
Submersi aquis, parte.i. fo.35
Subselliorum genera, parte.ii. fo.237
Suffocati murorum ruina, parte.i. fo.57
Suffocati vaporibus, aut fumo, parte.i. fo.61
Superbi & glorioſi, parte.ii. fo.261
Suppliciorum diuersa genera, parte.ii. fo.51
Syluæ, parte.ii. fo.189
Sinonyma quædam poetica, parte.ii. fo.124
Syrenes, parte.ii. fo.124
¶ Taciturni, parte.ii. fo.165
Tela bellica & gladii, parte.i. fo.223
Tela gentium propria, parte.i. fo.225
Temperatiſſimi, parte.ii. fo.226

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tempora, anni & dies, parte.i. fo.115
Textrices & lanificæ, parte.i. fo.187
Timidi & meticulosi, parte.ii. fo.264
Triumphatores, parte.i. fo.126
Tibicines, parte.ii. fo.88
Tyndaridæ, parte.i. fo.204
Tyranni plærique, parte.ii. fo.254
¶ Vasorum diuersa genera, parte.iii. fo.28.
Vates & diuinatores, parte.ii. fo.62
Vestales virgines, parte.i. fo.187
Vestimentorum genera, parte.ii. fo.34
Vestes gentium proprie, parte.ii. fo.46
Vestes quedam memorabiles, parte.ii. fo.46
Vehiculorum genera, parte.ii. fo.21
Venatores parte.i. fo.237
Veneficii, parte.ii. fo.75
Venti diuersi, parte.ii. fo.302
Veracissimi, parte.ii. fo.367
Vermes diuersi, parte.ii. fo.164
Versiformes, seu in varias formas mutabiles, pte.ii. f.268
Vespillones, parte.i. fo.191
Victoriæ illustres, parte.i. fo.193
Vincula diuersa. parte.ii. fo.123
Viri vxorum interfectores, parte.i. fo.32
Viri docti honorati, parte.i. fo.118
Viri celebres mortui in aliena terra. parte.ii. fo.55
Viri muliebrem habitum mentiri. parte.i. fo.146
Vnguenta & pharmaca, parte.i. fo.98
Vota hominum diuersa, parte.i. fo.113
Vsurarii & feneratores, parte.ii. fo.215
Vxores illustrium virorum, parte.i. fo.179
¶ Zelotypi, parte.i. fo.167

EINIS INDICIS.

IOANNIS RAVISII TEXTORIS NIVERNENSIS IN SVAM OFFICINAM PRAEFATIO.

Ad eximium & literatissimum virum. D. Gaufredum Pompadoræum Petragoricensem Archidiaconum, Vtriusq; iuris professorem acutissimum.

OMNIVM qui latinam linguam suis hactenus iuuerũt monumentis, neminẽ prope vnũ inuenias, Gaufrede literatissime, qui vbiq; suoꝝ operꝝ calũnias Momoꝝ, & obelos posteritatis effugerit, quiq; nullibi acceperit vulnus. Hoc docent autoꝝ elegãtissimi, quoꝝ scripta q̃uis inculpata, & omnibus eloquentiæ calamistris decenter cõpta viderentur, plerisq; tamen in locis Aristarchoꝝ lituris expuncta sunt. Hic arguitur vt nimis ieiunus, illius oratio plus curis q̃ carnis habere dicitur, alius verbis cõfragosis ampullari, alius humi repere, in hoc affectata culpatur obscuritas, in illo stylus nimis languidus & eneruis. In summa, nihil reperies quod suis dentibus liuor nõ configat. Et quod omniũ molestissime fero, nõ eruditi & frugi homines solum hãc prærogatiuã sibi vendicant, sed inepti quoq;, & qui carent naso eandem licentiam iuxta induunt. Ita, vt venatici canes, & villatici eodem modo ferinã olfacere videantur, velintq; capræ Rhinoceroti nasuto haberi similes. Sunt quetiam qui laudi sibi vertunt cũ egregio hoste pugnã suscepisse, vt aliena virtute (quod propria nequeũt) in opinionẽ vulgi quocunq; modo introrepant, seq; in populi admirationem intrudãt vtcunq;. Alij cum quid coram idiotis legũt

Nulli quidem inculpatus.

ne nihil scire videantur, audent tamen de Sybillę foliis ita dicare, suaęq; censuræ cū aliis symbolum ferre. Sed fallun tur haud dubie, & suis crumbus asciā illidunt. Nam plura ipsi accipiunt, quā inferant vulnera. Inustū enim ab eruditis vnicū stigma instar multoꝝ est, præstatq; sexcentas ab hmōi latratoribus plagas accipere, quā a literatis vnam. Quicquid dicitur ab erudito, æternū est, & nescit finem. Quod ab insulsis, euanescit tā cito, q̄ ipsi sunt vani. Quod si vnq̄ primis seculis fuerit hoc malum, & nunc inualescit maxime, ita vt vix reperiatur opus quod vel nō sit mancum ac mutilū, aut stolidis istoꝝ nebulonū iudicijs plane corruptū. Quid est in causa, q̄obrem Fabij institutiōes oratoriæ nobis tenebrosæ videātur, lectoresq; omnes tertio quoq; verbo suspēsos retineant? Sola hominū temeritas, qui cū autoris mentē non caperēt, omnia inuertere, & rotundis quadrata mutare ausi sunt: fecerūtq; oraculū, quod per somniū noctu viderāt. Qua etiam fæce historiā Plinij naturalem vbiq; permiscuerūt dum nō intellectā detorserunt in suū phantasma, ne lectorem destituisse videretur, seq; ignorantiæ cōuicisse. Ego, vt vere dicā, ex alieno periculo mihi timeo, terroremq; (vtinam vanum) cōfingo. Quis enim gregarius miles in dextrā aurem securus dormiat, si videat principi suo male esse? Quis vellicato Cicerone, suis auribus nō timeat? Quē notato Virgilio, calūnię metus non terreat? Atq; eo magis quo acrius semper in neotericos seuiatur. Homines enim huius seculi propeoēs cōsueuerūt in seipsos furere, alter in alterę quadrigas cōuicijs onustas iaculari, viperis nimirę similes, quę parētes dicūtur impetere. Vide apologias, vide occultas satyras, quę nūc euētilantur, & excuduntur. Quotusquisq; nri tēporis habetur in pretio, q tot Archilochos nō habeat, quot prēcones? Paucis ab hinc annis Seruius de latina lingua benemeritus floruit. Iam Beroaldinis annotatiōibus vapulauit. Beroaldus itē nūc fœnore recipit talionē. Oēs enim (q saltem corruptū non habēt olfactum) q̄uis labo-

Beroal. in Stat.

tem eius non improbent, sic tamen stylum auersantur, vt sibi, suisq; liberis eius lectione interdicāt. Nullus grāmatī coꝝ pleniore obsequio posteritatē demeruit, q̄ Laurentius Valla. Nemo purius iudicauit. Mancinelli tñ iam passus est, Limam, qui & ipse postea limatus est. Politiano viro vtriusq; linguę doctissimo, Marullus poeta iam dedit vulnus, idemq; lege taliōis accepit. Quo anno hęc imprimebantur, nescio qs semidoctus Anglus, ausus est in Erasmū viꝝ plane & sine lenocinio doctum insurgere, annotationesq; (quas Mercurij cuiusdā opera Grecanicis referti laminis) euentilare. Audio & fuisse quendā nebulonem, q opus doctissimi & eruditissimi Budei de Asse, dixerit esse velut ociosum, infrugiferum, ac nemini vtile, & non magni referre cognoscere, quæ sint partes assis, q̄ varie ponderum & numorum species. Cuius nomen si cōpertum haberem, peius cruce & furca lueret, nec ad cōmiserationem me flecteret, etiam si fieret sanguine. Te ne oportuit nebulo perperam de tanto Galliæ monstro iudicare, tantumq; virum putida tua censura proscindere? qui tamen vnus inuidiosam Athenis reddit Lutetiam, facitq;, vt omnes prope cæteræ nationes palmam desperēt eloquentiæ? Hic (si literis merces exolueretur) regi deberet esse, quod Archelao fuit Euripides, Ennius Africano, Romano senatui Cicero. Et te non pudet immundū ex ore tuo sterquilinium in hunc vomere? Nihil de te loqui audeo Faber modestissime. Plagæ tuę mihi excutiūt lachrymas, tantumq; dolorem afferunt, vt amicis, indigeam, qui me perinde ac te consolentur. Nescio cui te cōparem, nisi Acteoni, quem vt sui canes laniarūt, Ita quoq; qui ex tuis vigilijs fructum & cōmodum ceperunt, qui te pręuio & antcambulone, Philosophiæ latebras incolumes peruaserunt, in te rostro & dentibus seuiunt. Sed sis bono animo. Aderunt, aderunt, q vlcisentur, facientq; tuos istos canes suoꝝ pœnitere latratuū. Immo iā affuerunt. Nunqd enim prospicis plerosq; ex illis (indigni sunt q a me nominen-

Marinell. Vallæ.

Marull. Politi.

Laud. Budæi.

Fabri.

tur) iam non pluris q̃ histriones fieri, & ab eruditis haberi velut indoctos? Indoctos autẽ? immo & plane, barbaros, ipsisq; adeo barbaris ineptiores. Luent, luẽt & viui & mortui, fiãmasq; (quibus scripta tua digna dixerunt) ipsi persentient. Impingent (ne dubites) in eruditorũ carnificinas, in qbus nullus futurus est cõmiserationis locus. Iam in Epithetis meis tibi cõdoluerã, neq; tñ vrgente beneuolentia (quã habeo in literatos genuinam) potui nõ itẽ misereri, vt docerem, quod prius dixi nullum esse q̃tumuis doctum, q hmõi Libitinarũ morsus & rabiem declinet. Quis ergo tot eruditis vapulantibus, securũ me putet dormire somnũ? Quis porrectis pedibus nihil timentem quiescere? cum etiam si rosas loquerer, essent tñ, qbus meæ rosæ olerent vrticã. Omniũ linguas cohibere velle, manifestaria est demẽtia. Culpam apud omnes deprecari, tam difficile est, q̃ facile a multis naso suspendi. Ne multis agam, sa lubrius mea sententia nõ est consiliũ, q̃ veniam prẽfari, & susceptI operis causam percõtaturis dicere. Demũ siquis obloquatur, & me aspergat cõuitijs, pili & assis non facere. Primũ omniũ nemo est (vt opinor) neq; ex eruditorũ turba, neq; ex plebeiorũ grege, q manibus ac pedibus nõ eat in Sallustij sententiam dicentis, Omnibus hominibus (qui sese studẽt prẽstare cæteris animantibus) summa ope enitendũ, ne vitam silentio transeant, veluti pecora, quæ natura ventri prona & obedientia finxit. Nos enim prẽter propter voluptates nati sumus, & aliorsum accepimus animã, q̃ vt ocio Epimenidis somnũ indormiamus, & vt proci Penelopes alijs certãtibus, soli nihil faciamus nisi numerũ. Quid a porcis differemus, si multos menses stertamus instar gliriũ & purissimæ aquæ sordidũ lutũ prẽferamus? Cõmodemus aures Catoni, qui dicebat reddendam esse vitæ rationẽ. Sequamur laudabilem Gymnosophistarũ cõsuetudinem, apud quos impransi abibant, qui nullũ diurnæ operæ fructum afferebant. Aegyptiæ adhæreamus iuuẽtuti, cui lege fuit cautũ, ne cibo prius vesce-

retur, q̃ centum & octoginta stadia pcurrisset. Adiiciamus oculos moribus Spartanorũ, q ablegatos a se pueros non prius domũ redire pmittebant, quam parẽtibus honori, & patriæ vtilitati esse possent. Fuit primis seculis tñ virtutis studiũ vt summã in labore felicitatẽ reponerẽt. Qua causa Menander dicebat deũ ociosis nõ adesse. Epicharmus bonos laborem seq, timidos nihil vnq̃ assequi. Heraclides quoq; Lycius vnũ librum laboris laudibus dicauit, quo aiebat nihil in rebus humanis magis frugiferum gerI posse. Quibus psuasus argumẽtis aliquẽ ex dactylotheca mea carbunculum, in linguę larinę gazophylaciũ cõferre volui, ꝙ hominem sic oporteat viuere, vt se aliqñ vixisse doceat posteros. Qua enim pmaximũ louem opa rectius ingeniũ exercerẽ? Nõne prẽstat hoc ipsum facere, q̃ plebeculam ad medullas corrodere cũ causidicis, homines impune occidere cũ medicis, mercatorũ instar lucro immori & honores aulicorũ ritu ambire? Seq volo Amasis Aegyptiorũ regis edictũ laudabile, q (vt est apud Herodotum) sanxit, vt singuli quotãnis apud cuiusq; prẽfecturæ prẽsidem ꝓfiterentur, vnde viuerẽt. Quod q non faccrẽt, illis pœna extremũ suppliciũ esset. Sed fac meũ hoc peniũm nõ esse magni momẽti. Minorem saltẽ prẽstabo culpã, q̃ q nihil omnino parturiẽt. Per me nõ stat, qn melius agã, Natura est in causa, quę eam mihi dotẽ non dedit quã fortunatis ingenijs, qbus in manu est ex tẽpore (si insperata declamãdi necessitas occurrat) elegãter dicere, & copiose. Arguerẽ me pigritiæ, nisi certo scirẽ me plus olei multo cõsumpsisse, q̃ plerosq; alios, q tñ multis prẽcurrunt paratangis, doctrinaq; & eloquentia tñ me præcedũt, ante alios q̃tũ Pegasus ibat equos. Siqs dicat iam nobis abũde esse voluminũ, quorsum tñ ꝓpterea cauillari eos attinet, q multa scribũt, & cumulum augent? cum Theophrastus trecẽta libroꝝ volumina ediderit. Chrysippus septingenta, Empedocles tria & quadrigenta, Atteius Capito Consul sexaginta. Constat Seruiũ Sulpitiũ centũ & octoginta

libros de iure ciuili edidisse, Galenum de medicina centum & triginta. Debemus ægre ferre thesaurum nostrũ augeri, & ærariũ crescere? Sed admittẽdi sunt soli maxime eruditi. Cur ita? An q habent plenã auro crumenã, argenteos quadrates ab aceruo reijciũt, & minorẽ respuũt moneram? Hoc illis improperandũ, q sunt vsqueadeo polyposi, vt olfactu prorsus careãt, neq; triticũ ab auena & lolio possint internoscere. Nõ est idẽ omnium gustus. Et qđ ad huius stomachũ facit, illi nauseã parit. Quod hũc excitat, aliũ sopit. Hinc fit vt alijs placeat breuitas, alij luxuriãtem verbis & sententijs malint oronem. Præterea si nihil vnq̃ recens imprimeretur, periculũ esset, ne tãdem literæ naufragiũ facerent, & perirẽt ab radice. Vides enim vel iniuria temporẽ, vel hominũ incuria, opa & vigilias multorum iam perijsse, quoꝝ nomina plurima a nobis fiunt, & pleno ore ad cœlum ferũtur, atq; etiã frequẽti omniũ voto desyderãtur. Vbi nũc sunt Accij, Pacuuij, Aeschyli, Afranij, Anacreõtis, Archilochi, Philete, Aristophanis poetaꝝ & alioꝝ plus qngentoꝝ monumenta? Vbi Annales Andronici, Tragœdiæ, Comedię, & Satyrę Ennij, Plauti centum & triginta fabulæ, Saturnalia, Syluæ, Medea & Orpheus Lucani? Vbi Mallij Astronomica, Valgij & Cornelij Galli elegię, Licinij Calui Quintilia, Varrõis Leucadia, Et Cesennia Getulici? Quis habet Laberij, & P. Syri mimos, Cęsii Bassi Lyricos, & Furij Bibaculi Iambos? Quis Porcij Licinij, Valerij Aeditui, Cinnę, Domitij Marsi, Pædonis Albinouani Epigrãmata? Perierũt magno posterorum dispẽdio, grauiq; iactura. Et cũ legamus non paucas oratoꝝ centurias olim floruisse, vnicus prope Cicero dijs calamitatẽ nr̃am miserantibus, nobis remãsit. Euanuerũt M. Aemylij Lepidi, Spurij & Lucij Albinoꝝ, Albucij Sili, Licinij Calui, duoꝝ Carbonũ, ac totidem Gracchoꝝ orationes cũ Asinij Pollionis declamationibus. Nec minore dãno historiographoꝝ opera exciderũt. Q. Curtius, Diõ Cassius. Herodianus, Liuius, Ammianus, Marcellinus ad

Aristoꝝ scripta q periere.

nos peruenerunt, sed fracti manci mutili & lacinios. Amisimus bellum Numantinũ Asellij Sempronij, Germanicũ Aufidij Bassi. Ex quadraginta libris Polybij qnq; tm̃ superfuerũt. Quæ omnia q̃to posteritatis incõmodo, q̃taq; ruina perierint, vel cæco appareat. Hãc ergo cladẽ qualibuscunq; subsidijs resarciamus, & q̃is maiores longo sequamur intervallo, audeamus tm̃. Propius ibimus, si ad summa nitamur, q̃ si præsumpta desperatione circa ima substerimus. Faciamus quod a tribunis militũ solet, q cũ egregios bellatores amiserunt, copias tm̃ dispalatas qbuscunq; possunt homunculis instaurant, ne omnino victoria ceciderisse videantur. Crescet nobis maior gloria, q̃ si nullã nostri memoriã posteris relinquamus. Vide cui ꝓbro se reddant obnoxios, qbus perpetuæ sunt feriæ, quiq; cõpressis manibus sedent, & in ocio cõtrahunt marcorem. Contra vero q̃tum famæ sibi cõparauerint, in quotãnos suum ꝓpagauerint nomen, q nullum tẽporis punctum fructu vacuũ permiserunt fluere. Plinius iunior perire omne tẽpus arbitrabatur, quod nõ impertiretur studijs. Apelles nullã diem ducebat sine linea. Porcius Cato detestari solebat, si qua dies inanis p incuriam effluxisset. Q. Hortensius orator nullũ diẽ abire sinebat, qn vel in foro diceret, aut extra foꝝ meditaretur. Tantũ erat glorię & virtutis studium apud maiores, Quoꝝ vestigijs si vellemus insistere, magna passim foret expectatio, bonas artes iure quodã postliminij de situ in nitorẽ redituras. Sed omnia pessum eũt, quia nos Gulæ mancipia, & Epicuri de grege porci nihil aliud studemus, q̃ vt pascamus vẽtrem, corpoꝝ tenus curiosi. Satis est, si ꝓbe saginati appareamus populo, posteritatis nulla cura, quasi vero nobis tm̃ nati simus, neq; patrię aut amicis qcq̃ debeamus. Sumus Tygribus masculis non multũ dissimiles, qbus nulla est sobolis suę cura? Supereſt vt aliqd de Historia dicamus, quã ideo sumus aggressi, ꝙ apud Gelliũ dicat Phauorinus, viuendũ esse moribus prę̃teritis, qui cognosci nequeunt, nisi maioꝝ intel-

ligatur. vita. Intelligi autem nō potest, nisi p manus relin
quatur nepotibus. De cuius vtilitate multis verbis nō est
discernendū. Hoc oēs tanḡ suos vngues tenēt. Facit in pri
mis, vt dum coḡ vitā legimus, q̄ sua culpa in discrimē ali
quod ceciderūt, aliena truamur insania, & pedē ab his re
uocemus, quæ alijs naufragiū attulerūt. Nunqd suaue est
alieno infortunio sibi præcauere? In trāsitu fluuioḡ q̄ pri
mi tentant vadū, aleā fortunæ periculosam subeūt. Qui a
tergo sequūtur, possunt piculū declinare, si velint. Si nihil
haberemus de antiqtate, quā viuēdi consuetudinē seque
remur? Essemus vetustissimis illis Arcadibus simles, qbus
qñ nulla erat reḡ expiētia, nulla cognitio, belluino mo
re degebāt, ac nudi vagabātur. Quos q̄ ad meliorē cultū
redegerūt, in deoḡ indigitamēta relati sunt. Prēterea nul
la est ars aut disciplina, quæ maiorē fine tædio voluptatē
afferat. Medicinā pleriq; obducto supcilio cōtractisq; na
ribus auersantur vt imundā, & olentē putide, ipsosq; me
dicos cū nausea refugiūt, velut scarabeos stercori bubulo
se ipenetrātes, & cū vulnerarijs aliqd habētes cōe, q̄ sanio
sa tractāt vlcera, & admotis mālibus ipsum pus exprimūt.
Vtriusq; iuris & legū studia pleriq; nō admodū pbātur q̄
lucri magis q̄ virtutis causa appetant. Theologiā fastidiūt
q̄plurimi, vt laboriosam & nimis tetricā, q̄ nihil habeat
festiuū, nihil marcentem lectoris stomachū irritās. Cuius
etiā sectatores in cōemptū, & risum venerūt, q̄ mortaliū
videātur insolentissimi & neminē præ se ducāt hominē,
seq; primos omniū reḡ esse velint. Contra vero Historiā
nulli refugiūt, amplectūtur oēs, nulli nō lubenter audiūt.
Cuius scriptores tanto quondā in pretio fuerūt, vt ad au
diendū Liuiū, non humiles solū & gregarij homines, sed
clarissimi quoq; principes ab extremis Hispaniæ finibus
Romā vsq; turmatim venerint. Iosepho ppter libros de
captiuitate Iudaica scriptos, Romani statuā erexerūt. An
tipater Hieropolitanus Seuero principi, Clitarchus Ale
xandro, Dexter Theodosio, Amyntæ Macedonum regi

q̄ Medicis.

vid' q̄ insane h' irritentur Theologos.

Hellanicus Mitylenæus, Eratosthenes Cyrenæus Ptole
mæo Euergeti, ob scriptas historias cœperunt familiasce
re. Nec aliā ob causam Demetrius Poliorcetes Hierony
mum Rhodiū magna mercede sibi domesticū fecit. Siqs
dicat iam esse nobis affatim autoḡ, q̄ hoc scribēdi genus
secuti sunt, nūdebo nullum ppterea detrimentū ex copia
nasci. Si quē pœniteat meę lectionis, alio se cōferat. Nolo
quēq̄ iurare in verba mea. Insulsus est, & caret naso, q̄ ne
quit eligere, qd est sibi vsui, aut refugere, qd detrimento.
At carere potuissemus hoc ope. Et maximo possemus au
tore. Vna & altera vestis pūt homini sufficere, alię tū pro
pterea nō reijciuntur. Scripserāt de gestis Alexādri Clitar
chus, Policratus, Onesycritus, Antigenes, Istrus, Aristobo
lus Cares, Philippus Chalcidēsis, Ptolemæus, Antidides,
Philo Thebanus, Antisthenes, Menechmus Sicyonius,
Nymphis Heracleotes, Potamon Mitylenæus, Sotericus
Asites, Arrianus, Plutarchus. Neq; tū probro datū est Cur
tio, q̄ eādem retexerit tela. Vide quot habēt præcones i
peratoḡ vitæ, vt prēter alios obscurioris famę, Tranqllū,
Dionem Cassiū, Aeliū Spartianū, Iuliū Capitolinū, Aeliū
Lampridiū. Volcatiū Gallicanū, Trebelliū Pollionem, Fla
uium Vopiscū, Sextum Aureliū Victorem, Eutropiū, Pau
lum Diaconū, Ammianum Marcellinū, Pomponiū Læ
tum, & nostra ętate Baptistam Egnatiū. Qui tamē omnes
eundem torserūt funem, incudem omnes eādem tutude
runt. Vitas quoq; Romanorū pontificum scripsere q̄plu
rimi, vt Damasus, Anastasius, Guido Rauennas, Sigisber
tus monachus, Hugo Florianus, Sicardus prēsul Cremo
nensis, Gotfredus Viterbiēsis, Martinus Carulanus, Lan
dulphus Carnotensis canonicus, Sazomenus presbyter,
Geruasius Ricobaldus, Ptolemæus Lucensis, Antoninus
præsul Florentinus, postremo Platina, Latini omnes, præ
ter Græcos Eusebium Cæsarienſem, Sozomenū Salami
num, Socratem Cōstantinopolitanū, & Nanorā. Quos si
secutus fuero, qs erit obiurgationis locus? quę mei culpā?

Alex. Freinsh.

Imperatoḡ vitę.

Pontiff.

di ratio? Qui causabitur plura nunq̃ scriptorum q̃ nũc exti/
tisse monumẽta, ibo inficias. Vnde ergo septingenta vo/
luminũ millia sibi collegisset Ptolemæus Philadelphus?
Vnde tria millia Tyránion grãmaticus? Cui etiam opinio/
ni si accederem, propterea tñ non faterer mittendũ esse li/
teris & labori repudiũ. Stulte mihi suadere videntur, qui
aiunt tantisper supprimẽda esse opera, dum cõcesserimus
fato. Quis meum defuncti opus emaculabit? Quis addet
aut detrahet, vbi postulabit locus? Quis inuerter, si opor/
teat, aut in his recãtabit, quę nõ, pbabũtur populo? Quis
cum laruis luctãtium calũnias refellet? Ad hęc palam est
multos esse ardeliones, q cum studio laudis immoriãtur,
neq; tñ aliquid dignũ laude parturire valeant, instar Ho/
ratianæ Corniculæ plumas suffurantur alienas, vt nescio
quis mihi notus, cuius nomini parco, q ex aliquot meis
qualibuscũq; Dialogis frugem sibi fecit, laudẽ præripuit,
& alieni laboris solus gratiam hausit. Quod omniũ con/
fessione tam turpe est, q̃ iniquum eos metere, q semẽtem
non fecerunt. Sed vt hęc omittamus, certam in spem vo/
cor multa in hoc opere culpatũ iri, multa fore, quæ prodi
giosa aut etiam incredibilia hominũ videbuntur iudicijs.
Quæ si recta videantur, non pudebit me cum Stesichoro
palinodiam canere, aut certe incudi reddere. Capita ple/
runq; modicis de rebus adieci, vt de lenonibus, ancillis,
abstemijs, Cocijs & multis eius farinę. Quod siqs rideat &
notet carbone, ad causę meæ patrocinium iubebo eos in
medium prodire, q ex minimis itidem rebus scribẽdi argu/
menta desumpserũt. Edidit Antonius librũ de sua ebrieta
te. Homerus vnũ de laudibus vini, alterę de bello Rana/
rum. Ephren Syrus de vituperatione risus, Marcion Græ
cus de raphano, Pythagoras de bulbis, Diocles de rapo,
Phanias physicus de vitica. Quod si nõ arguũtur fecisse,
nec ascribẽdum erit vitio, si minimarę reę qũq; historias
collegero. Ne tñ erratis meis vbiq; patrocinari & fauere
videar, vnũ est in quo ipse culpam agnosco, q Græcas hi/

Scriptores rerũ minimarũ

storias latinis, latias barbaris, & oratoria poeticis, passim
confudero. Quod a me factũ est, non inscitia, sed laboris
magnitudine, cui cum neqrem superesse, parendũ fuit ne
cessitati. Iam satis luctatũ est cum maledicis. Nũc superest,
vt ad te nostra dirigatur oratio Gaufrede literatissime, di
camq; qd me mouerit, hãc operis mei præfationem egre
gio tuo nomini cõsecrare. Hoc fecit illud literaręe & virtu
tis studiũ, quo a teneris annis totus prurire cœpisti, & con
flagrare, doctosq; omnes genuina quadam beneuolentia
prosequi. Existimabam pręterea fore mihi vituperio, si non
reminiscerer tuæ beneuolentiæ, qua me tyrũculum, & in
primis literis collegam tuũ supra fidẽ amabas, idq; adeo,
vt cęteros omnes condiscipulos præ me vno nihili face/
res. Vbicũq; tibi occurrebam, nunq̃ sine risu me alloque/
baris. Dextram (quod dici solet) a tertio vsq; iugere mihi
porrigebas, magnũ & euidens tui candoris, tuæq; amici/
tię argumentum. Pręterea, Blasius Madronetus Securia/
cus, tuus cliens bonaręe literaręe auidissimus helluo (vt de
Vticensi Catone scribit Cicero) nominis tui pręco assi/
duus, nõ desistebat quotidie me præsente multa de virtu
tibus tuis, multa de literaręe & literatoręe amore, immodi/
ce prędicare, meiq; amorem in dies tibi crescere affirma/
bat iuramento. Quo ductus argumẽto docere volui me
non esse ex eoręe grege, qui beneficium nunq̃ agnoscunt,
& apud quos inrerit statim gratia. Quod tumuli tui mu/
nus tam syncera frõte accipies, q̃ beneuolo datur animo.
Vale homo perpaucoręe hominũ, clarissimęq; virtutis & li
teraturæ, Et scribendũ in calce huius operis tuo nomini
Epigramma expectes aliquantisper.

At magnũ vẽphẽ
felicẽ q̃ se fabs scrib
nisi nũ meminis
a magnas milli
dixit poetas

At parendũ q̃ fab
nũq̃ nisi cas. vl
quę curauit re
ipsas facras, ut mẽ
ti fuisti fuerunt.

¶ Iacobi Albi Tetrastichon de Rauissio Textore.

Pelignum Nasone tumet, Verona Catullo,
Seq; nouo mordax epigrammate Bilbilis effert.
Andes Virgilio, Iuuenale superbit Aquinum,
Corduba Lucano, Textore Nauarra triumphat.

QVI VARIIS MODIS MORTEM SIBI conſciuerunt, aut ſe alijs commiſerunt occidendos.

1 Lvcretia
2 Lucretiꝰ
3 Brutus
4 Portia
5 Caſſius
6 M. Antonius
7 Cleopatra
8 Neæra
Charmione
9 Cato
10 Carbo
11 P. Craſſus
12 Licinius craſſus
13 Cl. Regillianus
14 Cor. Merula
15 Dolobella
16 Fl. Fimbria
17 Licinius macer
18 Silanus manlij
19 L. Silanus
20 C. Marꝰ iunior
21 Cn. Gnorbanus
22 Oppia veſtalis
23 M. Plautius
24 Pōponiꝰ atticus
25 Taurea iubelliꝰ
26 Fānius Cæpio
27 Aria
28 Feſtus
29 Cor. Gallus
30 Syllius Italicus
31 Sophronia
32 Nero
33 Otho
34 Petreius
35 Marſius labeo
36 Gordianꝰ ſenior
37 Galeriꝰ ipator.
38 Valerius
39 Papirius
Canuſia
40 P. Catienus
41 M. Lollius
42 C. Proculeius
43 Catulꝰ luctatius
44 Mneſter
45 Porcius latro
46 Labienus
47 Meſala coruinꝰ
48 Longinus
49 Adrianꝰ ipator
50 Sabina ipatrix
51 Florianꝰ ipator
52 Iulianus ipator
53 Diocletianꝰ ipe.
54 Maguentius
55 Cecina
56 Empedocles
57 Sardanapalus
58 Lycambes
Neobole
59 Iudas
60 Cleombrotus
61 Annibal
62 Aſdrubal
63 Ariſtarchus
64 Calanus indus
65 Cleomenes
66 Dinocrates
67 Demoſthenes
68 Eratoſthenes
69 Menippus phs
70 Mithridates
71 Monyma
Veronica
72 Statyra
Roxana
73 Critolaus
74 Nicias
75 Homerus
76 Othryades
77 Pontius pylatus
78 Themiſtocles
79 Mydas
80 Publius Terētiꝰ
81 Tehoxena
82 Democles
83 Bubalus
84 Cleanthes
Chryſippus
Zeno
85 Cābyſes magus
Zarymagus
86 Seſoſtris
87 Decebalus
88 Anaxagoras
89 Ecelinus
90 Petrus de vineis
91 Iuba rex

92 Anchurus Curtius
93 Cyane
94 Aemylius
95 Calluce
96 Balſacia
97 Gidica
98 Anius
99 Democritus
100 Democrates
101 Dioxippus Boudicea
102 Pœnius poſthumus
103 Mileſiæ virgines
104 Scedaſus
105 Cambles Timagoras
106 Meles
107 Timanthes
108 Tereus
109 Derceto
110 Laurentianus
111 Petrus leonius
112 Neæra
113 Menophilus
114 Argobaſtes
115 Gunnilda
116 Hadingus
117 Rolno
118 Starcatherus
119 Galeatius
120 Socrates
121 Adraſtus
122 Sargapiſces
123 Praxaſpes
124 Boges
125 Petrus Thraſeas
126 Herodes
127 Pyramus Thiſbe
128 Eriſicthon
129 Dedalion
130 Dido
131 Anna
132 Euadne
133 Hylonome
134 Biblis
135 Hercules
136 Aegeus
137 Hęmon
138 Sappho
139 Menecœus
140 Iocaſta
141 Mopſus
142 Phædra
143 Ino Melicerta
144 Phyllis
145 Aiax
146 Iphis Anaxarete
147 Auctolia
148 Amphion
149 Althea
150 Britona
151 Brotheus
152 Canace
153 Alcyone
154 Deianyra
155 Eſacus
156 Frigone
157 Euenus
158 Iuturna
159 Ilice
160 Macaria
161 Alceſtis
162 Tyro
163 Iole
164 Charandes Amata
165 Herennius Siculus
166 Coma latro
167

1 VCRETIA puella, rarum Romanę caſtitatis lumen, egreferēs puriſſimū ſnæ virginitatis florē ab infami, & turpiſſimo tyranno Tarqnio iuniore Tarqnij ſupbi Romanorum, ꝓpterea regū vltimi filio fuiſſe corruptū, & ſtupratū, impatiēs acceptæ iniurię

hūc tā grād catbalogū ſtu tor, nullo ord hiſtoriæ vel tempor, nulli rōne nomi hūc recōſuſe li recenſet.

palam se occidit, fecit, vt popu'us scelus vlciscereturꝫ & regũ principatũ excuteret. Cui⁹ mortis quotiescũq; venit in mentẽ, lachrymis nequeo tẽperare, sed nec puellę satis misereri, aut stupratorẽ cõuicijs ad saturitatẽ aspergere, ac deuouere. Claudianus li.i. in Eutropiũ. Viciceribus frustra castũ Lucretia ferrũ Mersit. Stroza pr̃. lib.i. Eroticõ. Vlta nefas animo, propriaq; Lucretia dextra, Inuicto occurret clare pudore tibi. Sabellicus. Nec ferro occũbẽs casto tra/iecta cruore Fœdasset patrios moriens Lucretia vultus.

2 ¶ Lucretius poeta Physicus sumpto amatorio poculo, eo furoris raptus est, vt manũ sibi intulerit, natus annos plus paulo quadraginta. Quinetiã eo, priusq; moreretur, delirio, diu ante fertur laborasse, neq; ad scribendũ carmẽ animũ appulisse, nisi interfecta, interuallataq; insania. Po/litianus in Nutritia. Nec q phytra bibit, nimioq; insanus amore, Mox ferro occubuit, sic mẽtẽ amiserat omnem.

3 ¶ M. I. Brutus vnus ex his, qui Cęsarẽ, xxiij. vulneribus in senatu confoderũt, ab Augusto & Antonio Iulij mortẽ vicisc̃tibus apud Philippos expugnatus, desperata iã vi ctoria manum sibi intulit, iuuãte Stratone rhetore, anno suæ ętatis trigesimo, ne in manus inimicorꝫ veniret. Pam philus Saxus. Se gladio fodit Brutus, Cato fodit, & ille, Quem timuit Cæsar, quem coluere patres. Qui rei histo/riam auidius sitiuerit, eat ad Plutarchum.

4 ¶ Portia filia Catonis, audita morte Bruti mariti apud Philippos interfecti, ferrum popościt ad inferendam sibi mortẽ, Quod cũ amici recusassent, carbones hausit, & in/audito mortis genere vitam finiuit. Vnde Marti. li.i. Epig.

Coniugis audisset fatum cum Portia Bruti,
Et substracta sibi quęreret arma dolor.
Nondum scitis (ait) mortem non posse negari,
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc, & ferrum turba molesta nega.

5 ¶ C. Cassius post interfectũ Cæsarem ab Antonio & Au/

gusto bello petitus, Castra cum Bibulo iũxit apud Philip pos. Vexꝫ cũ inclinatã videret aciẽ vltro sibi mortẽ intulit, vel (vt alij malũt) Pindaro liberto iugulandũ se prębuit. Quod pbat Iouianus de fortitudine bellica, dicẽs, Potuis/set Cassius (etiam si Brutus ceciderat) reparare exercitũ, nec tam repẽtino cõsilio, famulo iugulum suũ prębere.

6 ¶ M. Antonius audita per falsum rumorem Cleopatræ morte, seipsum gladio cõfodit, partim amore vxoris, par tim desperatione rerũ, qꝫ ab Augusto victum se ægrefer/ret. De hac morte Paulus Orosius sic, inquit. Antonius se ferro transuerberauit, ac semianimis ad Cleopatrã in mo numentum (in quod se mori certa condiderat) perlatus est. Item Propertius lib. iij. Castraq; Pelusi Romano sub/ruta ferro, Antoniq; graues in sua fata manus. Item Sue/tonius in Augusto. Obsessaq; Alexãdria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, breui potitus est. Et Antoniũ quidam seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditq; mortuum. Item Eutropius Lib. vij. rerum Romanarum. Victus est, inquit, ab Augusto nauali pugna clara & illustri apud Acciũ, qui locus in Epiro est, ex quo fugit in Aegyptũ, & desperatis rebus, cum omnes ad Au/gustum transirent, ipse interemit. Hoc multis verbis pro/sequitur Plutarchus in eius vita.

7 ¶ Cleopatra mortuo Antonio marito, Vbi intellexit se Augusto in triũphũ reseruari, causa declinandę eius igno miniæ, brachiũ aspidi mordendũ prębuit, Cæsare Psyllos venenicos, qui serpẽtis venenũ e vulneribus hausto reuo/carent, & exugerent frustra admouente. Plutarchus scri/bit eam habuisse venenum in lanimula quadam conca/ua, quam sub crine occultabat, sed tamen neq; corpus de/formatum, nec aliud vllum apparuisse veneni signũ, nec aspidem ab vllo conspectam, sed tractus duntaxat viso, ipsiusq; brachium duas notas habuisse leuiter impressas, & humidas. Quibus Cæsar videtur fidem dedisse. Nam in triumpho, Cleopatræ imaginem tulit cum aspide,

mordicus affixa. Propertius de ea Lib.iij.sic inqt. Fugisti tamen in tumidi vaga flumina Nili, Accepere tuæ Romu lavincla manus. Brachia spectaui sacris admorsa colubris. Et trahere occultum membra soporis iter. Item Horatius Lib.i.C. Fortis & asperas tractare serpētes, vt atrū Corpo re cōbiberet venenum. Deliberata morte ferocior Sæuis Liburnis, scilicet inuidens Priuata deduci superbo. Non humilis mulier triumpho. vide Plinium lib.xxi.cap.iij.

8 ¶Neæra & Charmionē Cleopatræ ancillę, spontaneam dominæ mortem imitatæ sunt, autore Plutarcho. Ac semiuiuæ repertę, reginæ iam mortuæ coronam capite delapsam reponentes, immo dico magni animi argumēto.

9 ¶Cato vticensis minor, primi pronepos, dolens & grauate ferens Pompeium (cuius partes fouebat) a Cęsare (cui aduersabatur) superatū, suo quoq; gladio incubuit, lecto Prius Platonis Phædone de animæ immortalitate, cuius audita morte Cæsarem dixisse ferunt, & se Catonis inuidere gloriæ, & suæ Catonem inuidisse. Sic autē abijt de vita, vt testimonio Ciceronis, causam moriendi nactum se esse gauderet plurimum. Dictus est Vticensis ab Vtica vrbe Africæ, in qua se occidit, autoribus Plinio, Lib.v. & Gellio, Lib.xiij. De eius morte pleriq; meminerunt Lactantius. Multi ergo, inquit, ex his, qui æternas esse animas sulpicabantur, tanq̄ in cœlum migraturi, sibi ipsi manus intulerūt. Ex Romanis Cato, qui fuit in omni sua vita Socraticę vanitatis imitator. Item paulopost. Homicidæ, inquit, illi omnes philosophi, & ipse Romanę sapientiæ princeps Cato, qui anteq̄ se occideret, perlegisse Platonis librum dicitur, qui est scriptus de æternitate animarum. Item Pamphilus. Se gladio fodit Brutus, Cato fodit, & ille, Quem timuit Cæsar, quem coluere patres.

10 ¶Carbo propter perpetuā in populari ratione leuitatē, morte voluntaria se a seueritate ciuium vindicauit, Qui autē duo eiusdē nominis fuerunt ambo magni oratores, nō cōstat mihi satis, vter duorū vitā sponte reliquerit.

¶P. Crassus

11 ¶P. Crassus Crassi oratoris frater, iurisperitus cum factionem sequeretur Marianam, ne in manus inimicorum incideret, se ipsum interemit.

12 ¶P. Licinius Crassus consul cōtra Aristonicum Eumenis filiū, pfectus, exercitu suo pfligato barbaę quēdā ad inferēdā sibi mortē, puocauit, ne ab hostib⁹ traheret captiu⁹.

13 ¶Claudius Regillianus stuprata Virginia Virginij Centurionis filia, in carcerem a populo crimen vlciscente coniectus, sibi manus intulit.

14 ¶Cor. Merula flamen dialis, partium Syllanaę, ingresso vrbem Mario, Venas in Iouis ędę sibi succidit, vt cōtumelioſę mortis dānationem effugeret. Autor est Vale. Maxi.

15 Dolobella Cæsarianus, interfectorum Cæsaris, hostis acerrimus, multis prælijs in Syria cum Cassio congressus est, a quo postremo victus gladio se trāsuerberauit, causa declinandæ maioris ignominiæ.

16 ¶Fl. Fimbria cuius iniquissimus, Asiā prouinciam ingressus arreptis imperij insignibus, a Sylla postmodū Pergami oppressus est, & a corrupto exercitu destitutus, Itaq; rerum desperatione sibi mortem intulit.

17 Licinius Macer prętorius, repetūdaę postulatus, vbi pernunciū intellexit Ciceronē sibi aduersari, faucibus laqueo strictis volūtaria morte pœnā puenit. Autor Val. Maxi.

18 ¶T. Manlius non is q filium securi percussit, sed alter iuris pōtificij peritus, iudex inter macedones accusatores & filiū Silanū cōstitutus, audita causa ita pnūciauit. Cū pbatum sit, Silanum filiū meum pecuniam accepisse, ipsum rep. & prole mea indignū iudico. Itaq; Silanus a patre repudiatus, dolore animi se suspendit proxima nocte, cuius exequijs neq; pater interfuit, neq; suadentibus vt adesset, aures præbere voluit. Autor Val. Maxi. de seueritate.

19 ¶Fuit alter L. Silanus Claudij principis gener, qui erepta sibi Octauia, dataq; Neroni, præ dolore gladio suo incubuit, idq; die nuptiarum ad augendam inuidiam. Autor. Cor. Tacitus libro duodecimo.

20 ¶ C. Martius Iunior a Sylla e Mithridatica victoria re-
deunte cũ toto exercitu fusus, in oppidum Prænestę se re-
cepit. Vbi obsessus, cum nulla effugij pateret rima aut via
salutis, se Pontio Telesino præbuit iugulandum. Autor
Liuius. Priusquam autem Sylla rediret in vrbem, Marius
vniuersam prope nobilitatem interfecerat. Quæ res fuit
in causa, vt superatus veniam desperaret. Ferunt Syllam
ex eiusdem exercitu duodecim millia morti dedisse.

21 ¶ Cn. Gnorbanus victus a Sylla exulauit apud Rhodios.
Vbi cõprehẽsus seipsum interemit. Ideo aũt a Sylla bello
perit⁹ est, q᷑ ei⁹ legatos de pace violauerat, Autore Liuio.

22 ¶ Oppia vestalis stupri cõperta sibi mortem intulit, gra-
uioris supplicij metu, ne scilicet viua sub terra defodere-
tur instar Floroniæ alterius puellæ.

¶ Credibile est Romanos in ipsa origine suæ gentis, ob-
seruantissimos fuisse religionis, cum tam graui supplicio,
tormentisq; adeo inauditis in puellas ipsas animaduerte-
rẽt. Qua seueritate si in cęteros quoq; homines vsi essent,
non legeremus tã infamia vtriusq; veneris portenta. Nec
vsq; adeo suæ libidini paruissent, qua tantam maculam,
tantamq; sibi contraxerunt infamiam, q᷑tam postea belli-
ca virtute gloriam. Reuolue Imperatoꝝ omniumq; fere
Romanoꝝ vitas, nihil passim leges non refertum, stupris
incestibus, adulterijs, meretricijsq; amoribus. Quod mi-
tiore aliquanto fronte esset tolerandum, nisi essent pluri-
ma Sotadicam lasciuiam, spurcosq; amasioꝝ concubitus,
vbiq; olentia. Neq; tñ lex vnq̃ lata est ad cõprimendã hu-
iusmodi obscœnitatẽ. Aut si lata est, obseruata saltẽ non
legitur, cum hoc ipsum flagitium in plerisq; inultum mã-
sisse, scriptoꝝ testimonio constet. Quis puniuit incestum
M. Antonij cum Faustina sorore, Caracallę cum Iulia no-
uerca, Caligulæ cum sororibus, Neronis cum matre? Quę
lex P. Clodij Iuliæ Agrippinæ, Sallustij & Augusti adulte-
ria coercuit? Quis posticam Adriani cum Antinoo libi-
dinem repressit? Romani impurgabilia pleraq; flagitia

conniuenter dissimularunt, & aure surda præterierunt. In
multis vero leuioribus pœnam constituerunt. Apud eos
probrum erat Cẽsorium agrum male colere, aut equum
indiligenter curare. Iudicabatur hostis patriæ, qui factio-
nem mouisset. Multi ob rem nihili vapulabant, & (vt est
in adagio) Bolyti pœnam luebant, qui in grauiore culpa
manebant impuniti. Hoc quare fecerint, nõ video, nisi q᷑
ijsdem omnes vlceribus scatebant, eadem lepra erant in-
fecti. Propterea non audebant libere ea obiurgare aut pu-
nire, quæ cum cæteris perpetrabant. Sed sane pœnas q̃uis
lentas dederunt. Nam (vt alios taceam) ex omnibus fere
imperatoribus vix vnum aut alterum reperias, qui mise-
ro vitę exitu non euomuerit vitam. Nostris quoq; diebus
qeta nunq̃ est Italia. Nunc Heluetij vrbes populabundi to-
tam spoliant. Alternatim demũ Hispani veniunt ad præ-
dam. Postremo Cisalpini Galli toties in eam ducunt co-
pias, toties opprimunt, vt me misereat tot eius calamita-
tum. Nec tamen propterea resipiscunt, quin semper (ita
saltem dicitur) voluptati seruiant, & agant Epicuros.

23 ¶ Orestilla. M. Plautium maritum in Asiam cum. lx. na-
uibus profectum secuta, Tarenti ex morbo decessit. Cu-
ius dum celebrarentur exequiæ & cremaretur cadauer,
Plautius doloris impatiens, & appetẽs mortis, in Rogum
se coniecit, quem togatum calceatumq; corpori vxoris
iunxerunt amici. Autor Val. Maxi. de amore coniugali.

24 ¶ Pomponius Atticus eques Ro. Ciceronis amicus in vl
tima senectute morbo correptus, seipsum cibi abstinentia
necauit. Multa fuerunt in eo laude & cõmendatione di-
gna, quę q̃uis ab instituto sint aliena, placet tñ in medium
afferre, vt legentiũ profint moribus. Tanta in primis fuit
erga domesticos facilitate, vt iurauerit cũ mẽ nonagena
ria se nunq̃ in gratiã redijsse. Cũ sorore pariter nullã ges-
sit simultatẽ, dictitãs cũ his minime irasci oportere, quos
diligas. Abstinẽtia pterea singulari, vitaq; a luxu ambitio-
ne & cupiditatẽ reꝝ aliena, vt q̃ præter patrimoniũ nihil

vnquam appetiuerit, nihil ædificauerit, nihil emerit. Fuit & litium maxime fugiens, populares q factiones Varinia/no prosequebatur odio. Propterea cum vidisset Rempu. tumultu Cinnano turbatam, Athenas cōcessit, vt illic trā/quille viueret, nemine studia interpellāte. Eruditis omni/bus mire in modum fauit adeo vt pulsum ab vrbe Cicero nem, & Brutum fugientē magna iuuerit pecunia. Menda cium nec dicebat, nec etiam poterat pati. Quapropter o/mnes inimici res suas ei curandas dabant & seruandas.

25 ℂ Taurea Iubellius Campanus capta a Fuluio Capua, cō iugem primum ac liberos postremo seipsum ad pedes im peratoris gladio transfixit, nequid indignum aut igno/miniosum captiuus pateretur. Autor Liuius.

26 ℂ Fannius Cæpio deprehensus in coniuratione aduersus Augustum, sibi mortem consciuit. Martialis. Lib. ij. Ho/stem cum fugeret se Fannius ipse peremit, Hic rogo non furor est, ne moriare mori?

27 ℂ Aria mater (nā fuit eiusdē nominis filia) dānato Pæto marito, fodit corpus gladio, quem vulnere educens ipsi Pęto quęrenti dedit, vt idem post faceret. Martialis lib. 1. Casta suo gladium cum traderet Aria Pæto, Quem de vi sceribus traxerat ipsa suis, Si qua fides vulnus quod feci non dolet, inqt, Sed quod tu facies, hoc mihi Pęte dolet.

28 ℂ Festus Domitiani amicus, dum mētagra vsq; ad despe rationem remedij laboraret, gladio se traiecit, prius ta/men amicos consolatus.

Quam eius mortem Martialis Lib. 1. sic describit,
Indignas premeret pestis cum rabida fauces,
Inq; ipsos vultus serperet atra lues,
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos,
Decreuit stygios Festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sancta Romanam vitam sed morte peregit,
Dimisitq; animam nobiliore via.

Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama potest, huius Cæsar amicus erat.

29 ℂ Cor. Gallus poeta Elegiographus Virgilij amicus & coætaneus, ab Augusto præfectus Aegypti designatus, Thebaę ciuitatē spoliasse dicitur. Proprerea cū repetun/daę postularet, furtiq; & populatæ accusaret, quincię, no biliū indignationē formidans, sibi mortē intulit anno suæ ætatis. 43. Autor Ammianus Marcellinus, q Lib. 17. reę gestaę sic, inqt. Longe autē postea Cornelius Gallus res tenens Romanas, Aegypti procurator, exhausit ciuitatē plurimis interceptis. Reuersusq; cū furtoę arcesseretur, & populatæ prouinciæ, metu nobilitatis acriter indigna/tæ (cui negociū spectandū dederat Imperator) stricto in/cubuit ferro. Itē Ouidius Lib. 3. Eleg. Tu quoq; si falsum est temerati nomen amici Sanguinis, atq; animæ prodi/ge Galle tuæ. Itē Politianus in Nutritia. Ceu Galli Mimæ Citheris Personā falsæ lasciua Lycoridos affert, In scenā, & docto clausam se iactat amanti, Dum miser ipse suo fo diat præcordia ferro. Itē Propertius Lib. ij. Et modo for/mosa, q multa Lycoride Gallus Mortuus inferna vulne/ra lauit aqua. Alia tñ causa ad inferendā sibi mortē motū volunt pleriq;, q. f. Augusti domo ei fuisset interdictū, vt scribit Tranqllus. Alij ob linguā nimis effrenē. Quod & Ouidius videtur ꝓbasse, vbi ait. Non fuit opprobrio cele brasse Lycorida Gallo, Sed liguā nimio nō tenuisse mero.

30 ℂ Syllius Italicus poeta, incurabilis morbi tædio, volun tariam oppetijt mortē annos natus. 75. Politianus in Nu/tricia de eo sic scribit. Ipse obijt plenusq; æui, natoq; su/perstes, Aspera congenito fixus vestigia clauo.

31 ℂ Sophronia Romana, Christiana Lucretia, cū vim De/cij principis sibi quotidie insidiantis nō posset declinare, arrepto gladio per consensum mariti se confodit.

32 ℂ Nero Domitij & Agrippinæ filius, fax totius orbis, impuraq; scelerum omniū sentina, post maiora numero flagitia hostis patriæ a senatu iudicatus, ne quid suis me/

ritis dignum pateretur, aut collo in furcam coniecto virgis cæderetur (vt ait Eutropius) vrbem egressus sequentibus Phaone, Epaphrodito, Neophitoq; & spadõe Sporo, semet ictu gladij transegit, ad quartũ vrbis miliarium, adiuuante trepidantem manum impuro Eunucho. Perijt autem anno ætatis suę. 32. Cuius interitu vniuersa Roma adeo gauisa est, vt plebs induta pileis manumissionum, tanq; sæuo exempta domino triumpharet. Ausonius, Matricida Nero proprij vim pertulit ensis. Sidonius, Matricida Nero proprio se percutit ense. Pontanus de stellis Lib. iij. Sic errãt miseri manes, atq; vmbra Neronis, Sic Otho, quiq; in se ferrum strinxere nefandum. Suetonius ait eum in inferenda sibi morte adiutum fuisse ab Epaphrodito a libellis, Eutropius a Sporo.

33 ¶ Otho imperator q̃uis mollissime semp vixisset, adeo vt ad muliebres accederet munditias, victus tamen a Virellio apud Bebriacum, ausus est sibi mortem conscisce re, q̃uis multas haberet copias, possetq; victoriam spera re. Quod fecisse odio belloꝝ ciuilium dicitur. Propterea Martialis Lib. vi. eius mortem Catonianæ anteponit. Cato enim interfecit se Vticę, copijs iam profligatis, ne in hostes incideret. Otho vero adhuc integro exercitu, ne bella ciuilia gererentur. Verba Epigrammatistæ sunt hæc.

Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo,
Forsitan & posset vincere mollis Otho,
Damnauit multo saturum iam sanguine Martem,
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sit Cato (dum viuit) sane vel Cæsare maior,
Dum moritur, nunquid maior Othone fuit?

De huius imperatoris morte alij quoq; meminerunt. Iotuianus Lib. iij. de stellis. Sic errãt miseri manes, sic Vmbra Neronis. Sic Otho, quiq; in se ferrum strinxere nefandũ. Item Sextus Aurelius victor. Hic (inqt) a Vitellio Primũ apud Placentiam, dehinc apud Bebriacum victus, semet gladio transfixit, anno ętatis, 37. Adeo amabilis militibus

pprijs, vt pleriq; corpore eius viso suis manibus mortem sibi cõsciuerint. Item Ausonius. Mox Otho famosus, clara sed morte potitus. Tranquillus quoq; in eius vita sic, inquit. Post hæc sedata siti, gelidæ aquæ potione, duos arripuit pugiones, & explorata vtriusq; acie, cum alterum puluino subdidisset, foribus adopertis arctissimo somno quieuit. Et circa lucem demum expergefactus, vno se traiecit ictu, infra lęuam papillam. Irrumpentibusq; ad primum gemitum, modo celans, modo detegens plagam, exanimatus est, & apud Veliternam (ita præceperat) sepultus. 38. ętatis anno, & 95. die imperij.

34 ¶ Petreius dux Pompeianus a Cæsare in Hispania superatus, se ferro & inedia interemit.

35 ¶ Labeo Marsus in calamitate Macedonica (cũ celer hostis premeret) seq; natũq; gladio traiecit, ne victoris Octauij vultũ sustineret. Autor Põtanus de fortitudine bellica.

36 ¶ Gordianus senior audita filij morte (qui pro patria in bello occubuerat) laqueo se suspẽdit iam octogenarius, partim dolore amissi filij, partim ne traheretur captiuus. Ammianus Marcellinus Lib. xxvi. In Africa (inquit) superior Gordianus in imperium raptus, aduentantium periculorum angoribus implicatus, vitam laqueo spiritu intercluso profudit.

37 ¶ Galerius imperator cum Christianos omnibus (qbus potuerat) tormentis affecisset, tandem in morbum incidit, cuius impatientia, gladio sibi latus aperuit. Baptista Egnatius ait illud tędium vitæ ei irrepsisse ex genitalibus paulatim putrescentibus.

38 ¶ Valerius dum cum Valeria Tusculana filia nescius concubuisset, agnita postmodum culpa, se præcipitauit. Autor Aristides apud Plutarchum.

39 ¶ Papyrius Romanus cum sororem Canusiã grauidam fecisset, & illa gladio a patre misso sibi corpus cõfodisset, seipsum quoq; mortuæ sorori dedit comitẽ. Autor Chrysippus Lib. i. Rerum Italicarum apud Plutarchum.

40 ¶P. Catienus Philotimus patronum adeo dilexit, vt hæres omnibus bonis institutus in eius rogum se cõiecerit. Autor Pli. lib. vij. Cap. 36.

41 ¶M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia a. C. Cæsare Augusti filio venenum bibit. Pli. lib. ix. Cap. 35.

42 ¶Idem Plinius Lib. xxxvi. Cap. 24. scribit Cn. Proculeiũ Augusti Cæsaris familiarem in maximo stomachi dolore, gypso poto consciuisse sibi mortem.

43 ¶Catulus Luctatius orator, qui Marij collega fuerat in consulatu, & de Cymbris vna triumphum egerat, ab eodem postea mori iussus, inclusus domi, accensis carbonibus se suffocauit. Autor Plutarchus i Mario, & Val. Max.

44 ¶Agrippina a Trierarcho, alijsq; Neronis satellitibus interfecta, Mnester eius libertus se ferro transegit. Incertũ charitate in patronam, an metu exitij. Autor Cor. Tacitus. Lib. xiiij.

45 ¶Adnotatum est in Chronicis M. Porciũ Latronem præstanti virum memoria, duplicis quartanæ tædio, manum sibi admouisse, atq; ita functum fato.

46 ¶Labienus poeta videns libros suos ob nimiam carpendi libertatẽ publico decreto cõburi, suis superuiuere non potuit monumẽtis, ac ꝓpterea spõtaneã opperijt mortẽ.

47 ¶Messala Coruinus orator, ante bienniũ q̃ moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, vt vix pauca verba coniungeret. Ad extremũ vero enato circa os vlcere, inedia se confecit. Autor Cœlius.

48 ¶Lõginus Adriani imperatoris legatus, a Decebalo Dacorum Rege (in quem certabat) circumuentus, ebibito veneno seipsum interemit. Autor Dion Cassius.

49 ¶Adrianus imperator Mastorem quendam barbaꝝ quo propter robur & audaciam plerunq; vsus fuerat in venationibus) partim minis, partim pollicitationibus impulit & coegit, vt cædem sibi inferret, circumscripsitq; locum sub mamilla, quem Hermogenes medicus demonstraue-

rat. Quo letaliter pcusso, sine dolore expirauit. Testis idẽ Cassius. Hoc aũt fecit incredibili membroꝝ omniũ cruciatu impulsus, q etiam morbi subtercutanei dolore multos e senatu prius extinxerat, vt scribit Sextus Aurelius.

50 ¶Sabina imperatrix eiusdem Adriani vxor, seruilibus prope iniurijs ab eo affecta, ad mortem cucurrit voluntariam, ꝙ tam immane ingenium, humaniq; generis perniciem peperisset. Autor idem Aurelius.

51 ¶Florianꝰ ipator, q Tacito succesſit, dolẽs Probũ militiꝫ peritũ a magna exercitus parte fuisse electũ, sibijpsi venas incidit, effusoq; sanguine ꝓsumptꝰ est. Autor idẽ Aurelius.

52 ¶Iulianus imperator factus in Italia, acto per costas pugione, in ignem se abiecit, eodem Aurelio teste.

53 ¶Diocletianus imperator a Licinio & Constantino grauiter literis obiurgatus ꝙ Maxentio diceretur fauisse, metu ignominiosæ mortis venenum hausit.

54 ¶Maguentius a Constantio imperatore apud Lugdunũ superatus, admoto parieti gladio (vt ictum iuuaret) corpus sibi confodit. Quo audito Decentius eius frater præpostera laquei morte vitam finiuit.

55 ¶Pater Licinij Cecinæ vir prætorius, ob diuturnæ valetudinis tædium ac dolorem, sese opio necauit.

56 ¶Empedocles Siculus poeta immortalitatẽ nouo mortis genere affectãs, se in Aetnam coniecit. Vnde Horatius in arte. Dicam, Siculiq; poetæ Narrabo interitum. Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardẽtem frigidus Aetnam Insiluit. Item Ouidius in ibin. Aut tu Trinacri salias super ora gygantis, Plurima qua flammas Sicanis Aetna vomit. Item Lactantius Lib. iij. de falsa sapientia. Cap. 18. Multi ex his qui æternas esse animas suspicabantur, tanq̃ in cœlum migraturi essent, sibijpsis manus intulerunt, vt Cleantes, & Chrysippus, vt Zeno, & Empedocles, qui se in ardentis Aetnę specum intempesta nocte deiecit, vt cum repente non apparuisset, abijsse ad deos crederetur. Itẽ Politianus in Nutritia. Ceu maximus ille

Aerisonas pedibus qui quondam inductus Amyclas, Insi-
luit Siculi rapidum cratera camini.

57 ¶ Sardanapalus Assyriorum rex ab Arbacto seu Arbace præfacto ob molliciem muliebresq; mundicias (nam habitum mentitus fœmineũ, inter puellas fusos tractabat & pensa, omnesq; lasciuia anteibat & libidine (bello petitus vbi vidit res suas profligari, & pessum ire, & iam ad triarios redigi, ne captiuus traheretur, pyram in regia ingentem struxit, eoq; comportata supellectile, ductisq; amicis dño superesse nolentibus, incendio se dedit, & hoc solo virum se docuit, ꝙ non expauerit mortem. Ouid. in Ibin.

Inq; pyram tecum charissima corpora mittas,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.

Sidonius. Non Medis caput Arsacem profabor, Nec q̃ diuite (cum refugit hostem) Arsit Sardanapalus in fauilla.

Sabellicus in Hunnii originem.

Vltimus ille fuit regni corruptor auiti,
Cuius delitias & mollia sceptra superbus
Non tulit Arbactus, sed fortia comparat arma,
Aggrediturq; senem, victumq; ad nobile fatum Cõpulit.

58 ¶ Archilochus poeta Parius, repudium ac repulsam passus in nuptiis Neoboles Lycambis filię sibi promissę, Iambis tum primum a se repertis satyrice adeo & grauiter Lycambem ipsum deuouit, & insectatus est, vt eum cũ filia ad furcam impulerit, Vnde Horatius. Archilochũ proprio rabies armauit iambo. Et Ouidius in Ibin. Post modo si perges, in te mihi liber Iambus Tincta Lycambæo sanguine tela dabit. Politianus in Nutritia, Licet acrẽ effusus in irã Ore Lycãbiadas rabioso occiderit ambas Archiloch⁹.

59 ¶ Iudas (vt omnes cõpertum habent) cum deum Iudęis prodidisset, & exili pecunia exposuisset vænalem, tãdem ad se rediens, & sceleris perpendens grauitatem, desperata venia (quæ tamen proditi clementia sperari poterat) ad laqueum properauit, & notissimo diuinæ vltionis argumento crepuit medius.

Quis furor o Iuda, vel quæ tenebrosa mouebat
Te cæci nubes animi, regem dare vænum
Iudæis canibus, recutitæ prodere genti?
Tu modico vendis pretio, quem vendere nullo
Aut poteras, aut debueras. Quo crimine furca
Dignus erat, medioq; inter pendere latrones?
Cur tundi meruit colaphis? cur verbere plecti,
Aut cur spiniferam portare in fronte coronam?
Perfide nulla tuæ manet excusatio culpæ.
Tu rigido triplex in pectore marmor habebas,
In venis silicem, in fibris adamanta ferebas.
Credo ego te Libycæ mammas suxisse leænæ,
Ceruicemq; tui scopulo rupisse parentis.
Propterea si te laquei mors aspera nigros
Miserit ad manes, si nunc lapis & rota torquent,
Si fibras volucris comedit ieiuna renatas,
Si vacuo demens hauris modo flumina cribro,
Si colubri immanes circum tua tempora repunt,
Tu licet exclames, & rauco gutture plangas,
Nec tibi sit requies, lachrymas non excutis vlli.
Quam pateris, merito pateris sæuissime pœnam.

60 ¶ Cleombrotus, seu Theombrotus ex Ambracia, cũ legisset opus Platonis de animæ immortalitate a Socrate inscriptum, sponte se precipitauit. Ouidius in Ibin. Vel de præcipiti venias in tartara saxo, Vt q Socraticum de nece legit opus. Lactantius. Quid, inquit, Ambraciotes ille, q̃ cum eundem librum perlegisset, precipitem se dedit, nulla alia ob causam, nisi ꝙ Platoni credidit? Quod si iciisset Plato, ac docuisset a quo, & quomodo, & quibus, & quę ob facta, & quo tempore immortalitas tribuatur, nec Cleombrotũ impegisset in mortem, nec Catonem. Cicero Lib. i. Quęst. Tuscul. Callimachi, inqt, Epigrãma in Ambraciotã Cleombrotũ est, quem ait, cum nihil ei accidisset aduersi, e muro se in mare abiecisse lecto Platonis lib.

61 ¶ Annibal Amilcharis filius, dux Carthaginensium, post

L. Cor. Scipionem patrem Scipionis maioris superatum, Sempronium ad Trebiam. C. Flaminium ad Trasimenum magnis cladibus affectos. P. Aemylium apud Cānas cum toto exercitu deletum, Claudium Marcellum occisum, a Scipione iuniore postremo victus, & fugatus ad Antiochum primum, deinde ad Prusiam Bithyniæ regem confugit. De cuius fide dubitans, qm̄ videbat Flaminiū legatum a Romanis missum, ac se paulatim a militibus circūseptum, venenum (quod in annulo gerebat) hausit.

62 ¶ Asdrubal dux in tertio bello punico a Scipione Aemyliano victus, in medias vrbis flāmas sese cū filijs iecit. Sed qm̄ multi ei⁹ nois fuerūt, vide vt de quo loquaris intelligas.

63 ¶ Aristarchus grāmaticus Alexandrinus homo doctissimus, cum hydropisi laboraret, seipsum cibi abstinētia interfecit, annos natus. lxxij. Hic ille est Aristarchus, qui sub Ptolemæo Philometore floruit, Olympiade. 156. cuius & filium erudijt. Scripsit cōmentarios supra mille. Discipulus fuit Aristophanis grāmatici. Fuit autē censura adeo critica, seueroq; iudicio, vt prouerbio locū pene fecerit. eos enim vocamus Aristarchos, q nihil non examinant, & oīa diligenter expendūt. Duos habuit filios Aristarchū & Aristagorā degeneres, & patri oīno dissimiles. Fuit alter eiusdē nois Tegeates poeta Euripidis coætaneus, quē Aesculapius morbo liberauit. Quod ego adieci, vt intelligeret lector vter fuerit, qui mortem sibi consciuerit.

64 ¶ Calanus Indus vnus ex Brachmanibus (quo noīe dicebantur Indorum philosophi) ex ipsa India ad Persidem vsq; Alexandrū secutus, vltro & nullo cogente in rogum se coniecit. Quod videns Alexander, percontari cœpit, vellet ne aliquid mādare moriens. Tum ille, nihil, inquit, Propediem te videbo. Nec multis post diebus Alexāder veneno interijt. Cicero. Lib. ij. Quæst. Tuscul. Calanus Indus (inquit) indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus, sua voluntate viuus cōbustus est. Idem Lib. i. de Diuinatione. Ad mortem proficiscens Calanus Indus, cum

incederet in rogum ardentem. O præclarum discessum, inquit, e vita, cum (vt Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. Cunq; Alexander eum rogaret, siquid vellet, vt diceret, Optime inquit, propediem te videbo. Quod ita contigit. Nā Babyloniæ pauc̄is post diebus Alexander est mortuus.

65 ¶ Cleomenes dux Lacædemoniorum ab Antigono victus, ad Ptolemæum se recepit, a quo benigne primū exceptus, postmodum a Nicagora proditionis accusatus, in carcerem detrusus est. Vbi cum aliquot alijs voluntariam opperijt mortem. Mortuum rex pelle nudauit, & affixit cruci. Autore Plutarcho. Herodotus ait Cleomenem a suis incipientem, se detruncasse, carnesq; e tibiis ad femora, e femoribus ad coxarum vertebas proscidisse, atq; in reścindendo vtero expirasse.

66 ¶ Dinocrates Messenius victo primum Philopœmene Achæorū duce, ab ipsis postremo Achæis superatus, mortem sibi intulit, ne in eoꝝ veniret potestatem. Autor Plutarchus in Philopœmene.

67 ¶ Demosthenes Athenensis dū Antipatri (qui Alexandro successit) odiū incurrisset, decerneretq; Demades vt capite plecteretur, aufugit in Calabriā Aegei maris insulam. Vbi ab Archia Tyrio Comœdiographo & Antipatri satellitibus deprehensus, sumpto calamo, quasi prius epistolā ad Antipatrū daturus, venenū illic inclusum ebibit. Habuit Demosthenes patrē eiusdē nominis admodū parum, vt qui cultellos factitaret. Hic cū non esset apta satis pronunciatione, multitudinemq; & tumultū expauesceret, prope litoris marini sonitū dicere assuescebat. Literam R. difficile enunciabat, quam calculis in os coniectis proferre conabatur. Nunq; dicebat, nisi præmeditatus, propterea de eo Pythias prędicabat. Demosthenis Enthymemata lucernā olere. Non ignoro hoc pleriſq; visum in superuacaneū. Dabitur tamen venia, Opera enī dedita exercitio, quæ ad doctrinam conferre video.

68 ¶Eratosthenes Cyrenęus Callimachi poetæ discipulus, & præfectus bibliothecæ Ptolemęi, cum diuturno quoq; morbo torqueretur, neq; remedium inueniret, cibum sibi subtraxit, & inedia se peremit anno suę ætatis. 70.

69 ¶Menippus Phœnix philosophus Cynicus, cum esset ex eorum numero, qui auri cupiditate pruriunt, & inexplebili rerum libidine torreretur, amissis diuitijs laqueo vitam finiuit. Autor Diogenes Laertius.

70 ¶Mithridates Iunior, qui annis. 56. bellum cum Romanis varia gessit victoria, post occupatã Asiam Q. Oppiũ, & Aquleium in vincula coniectos, Rhodum oppugnata, Athenas per Archelaum præfectum occupatas, a Lucullo primũ, deinũ a Pompeio superatus, postremo a Pharnace filio adolescente ingratissimo, qui a patre ad Pompeium defecerat, bello petitus & obsessus, venenum hausit. Quo nihil ad mortem propter sumptum antidotum proficiente, auxilio Galli cuiusdam militis se interfecit.

71 ¶Monyma Milesia & Veronica Chia duæ Mithridatis vxores, audita eiusdem miserabili fortuna, p Bochidem Eunuchũ, ambæ vitam sponte reliquerunt. Nã Monyma primum se suspendit. Sed cum corporis grauitate confractus esset laqueus, O execrandum, inquit, Diadema quo neq; in tã tristi ministerio vti possum. Bochidi postmodũ se dedit iugulandã. Veronica vero calicem veneni hausit, quo per venas serpente, cum durius torqueretur & langueret, Bochidis quoq; auxilio accelerauit sibi mortem.

72 ¶Statyra quoq; & Roxana Mithridatis sorores, quę annos fere. 40. virginitatẽ seruauerãt, hausto veneno fraternam mortẽ comitatę sunt. Põt tñ dubitari an eo perierint qñ Plutarchus scribit Roxanã a Statyra in puteũ demersam, nisi fortasse hoc ad alias eius nominis sit referendũ.

73 ¶Critola⁹ dux Achęor̃ vict⁹a. Q. Cęcilio Metello apud Thermopylas, veneno sibi mortẽ cõsciuit. Autor Liuius.

74 ¶Nicias dux Athenienſis Imperator cõtra Syracusanos cum Demosthene missus, rebus infeliciter gestis, captus

est cum collega, amboq; in carcerem detrusi, sibi manus intulere, ne hostibus essent ludibrio. Videtur autem hic Demosthenes alter esse ab eo, de quo iam sumus locuti.

75 ¶Homerum poetarum omniũ facile principem ferunt, cum iam senio confectus ad quosdam nautas diuertisset, propositumq; ab eis ænigma nequisset dissoluere, pudore motum se suffocasse laqueo. Quod ego plane iudico fabulosum. Neq; enim credibile est, virum illum philosophiæ peritissimum, tanta rerũ experientia præditum, tam leui, tamq; nullo argumento vitam relinquere voluisse. Nam quæ fuerat ignominia inanẽ & friuolam remigum quęstionem ignorare? Immo vero prudentiæ maiori tribuitur, nihil abiectis & semitariis hoc genus homunculis respõdere, cum vulgo dici soleat, asinum plura posse percontari, q̃ respondere philosophum. Quare neq; hoc probo, neq; cum probantibus, pedariam fero sententiam.

76 ¶Athenienses & Lacedemonii cum de Tyreatium agro inter se cõtenderent, tandẽ ita pepigerũt, vt trecẽtis militibus summã rei cõmitterẽt, q̃ sua pugna oium litem dirimerent. Vbi oẽs interfecti sunt, præter vnũ Othryadẽ Lacedæmoniũ, q̃ ne solus in castra rediret, seipsum iter hostilia cadauera gladio ꝓfixit. Autor Val. Max. de fo titudine.

77 ¶Ferunt Pontium Pilatum patria Lugdunensem, nefariæ in Christum sententiæ meritas dedisse pœnas, sibiq; mortem intulisse. Autor est Gregorius Turonensis.

Tam tibi sit nutis Ponti Pilate Megæra,
Tamq; tuæ moueant lachrymæ Plutona ferocem,
Quam merito perijt fato te iudice Christus.

78 ¶Themistocles Athenienſis Nicoclis filius, inuidia ciuiũ relegatus, ad Artaxerxem ꝓfugit. A quo dum in patriam pugnare cogeretur, vitam cum morte volens cõmutauit hausto sanguine taurino, quem ideo pestiferum potu scribit Cœlius, q̃ celerrime coeat, atq; obdurescat. Porro sanguis taurinus recens, anhelitus difficultatem, ac præfocationem infert cum spasmo prævalido.

79 ¶ Plutarchus quoq; scribit Midã contracta ex somnio⁹ diritate, animi ęgritudine, cũ formidabilis affectio indies augeretur, nec occurreret remediũ mali, tauri sanguine copiosius hausto, concessisse ab humanis.

80 ¶ P. Terentius amissis. 108. Fabulis (quas e Græcis latinas fecerat, & cõuerterat ex Menandro) se submersit. Quod ꝙuis pleriq; falsum opinẽtur, credibile est tñ. Si enim permulti amisso thesauro ad mortẽ properauerint, ꝙta mentis ægritudine videntur tibi laborare, qui momento perdunt & in nictu oculi, quod improbo labore, diuturnis vigilijs, magna olei impensa, longo ante seculo fabricauerunt, demũ accuratiore studio incudi reddiderunt, & ad vltimã reuocarunt limã? Est (si periculum non feciſti lector) insania, & rabies maior, ꝙ vt fidem possit capere.

81 ¶ Theoxena mulier a Philippi Macedonũ Regis militibus in mari septa, cũ nullum salutis effugiũ videret, in mare se deiecit, maritũ (qui prius eadẽ morte perierat) secuta. Idq; ne in regis potestatẽ veniret. Vide Bononiensem cõmentatorem in Suetonium.

82 ¶ Democles puer, dubiũ maiore pudicitia an forma pulchriore, cũ a Demetrio Politiorcete ad stuprũ traheretur neq; vim tyrãni posset effugere, se in proximũ aquæ fluentis lebetẽ coniecit, atq; ibidẽ enecauit. Pulchrũ dii boni facinus, omniumq; facundiaꝝ magniloquentia dignũ.

83 ¶ Hipponax poeta Iambographus & amarulentus, grauiter ferens & indignanter se a Bubalo pictore, deformi facie pictũ, ad propellendã iniuriã, tã grauiter in eũ scripsit & inuectus est, vt laqueo vitã finire coegerit. Vnde Horatius in Epodo. Qualis Lycambæ spretus infido gener, aut acer hostis Bubalo. Et Hipponactæum præconiũ pro infami nota posuit Cicero in Epistolis familiaribus, ita scribens. Eumq; addictum iam tum puto esse Calui Licinii Hipponactæo præconio.

84 ¶ Cleanthes Philosophus cognita animarum immortalitate, vitam sponte reliquit, & voluntariam oppetiit

mortem. Lactantius. Multi, inquit, ex his (qui æternas esse animas suspicabantur) tanꝙ in cœlum migraturi essent, sibijpsis manus intulerunt, vt Cleanthes & Chrysippus, vt Zeno & Empedocles.

85 ¶ Cambyses & Zari Dianę sacerdotes & magi, missi ad insinuandã Taurino Episcopo Idololatriam, cũ operam lusissent, ac nihil profecissent, gladijs suis se cõfoderunt.

86 ¶ Sesostris Aegyptiorum rex, seu senio, seu morbo siue alia fortuna, oculis captus seipsum interfecit.

87 ¶ Decebalus rex Dacoꝝ a Traiano secũdum victus, ne in Romanoꝝ potestatẽ veniret, sua manu vsus interijt, mortuiq; caput Romã perlatũ est. Autor Dion Cassius.

88 ¶ Anaxagoras phius ab Athenienſibus in carcerem coniectus, ꝙ Solem (quem illi pro Deo habebant) ignitum dixisset lapidem, venenum hausit.

89 ¶ E. Celinus tyrãnus post infinita ꝓpe flagitia & crudelitatis exẽpla, tandẽ in bello (qd cõtra Martinũ Turianũ Mediolani principẽ susceperat) vulneratus, more frendẽtis belluę vulnus discerpsit, eoq; miserã euomuit vitã.

90 ¶ Volaterranus scribit Petrũ de Vineis ex Capua iurispẽritum fuisse, qui dolens se ob suspicionem cõiurationis a Federico secundo (cui prius erat charissimus) relegatum, capite parieti illiso, mortem sibi intulerit, composito prius de consolatione libello.

91 ¶ Iuba rex Mauritanię a Cęsare supatus, sibi quoq; mortẽ cõsciuit. Cuius filius puer Romã in triũphũ ductus est.

92 ¶ Circa Celenũ Phrygię oppidũ cum hiatus terrę & ingẽs vorago multos absorberet, essetq; respõsum ab oraculo, voraginẽ ipsam nõ prius clausum iri, ꝙ ad pacanda numina aliqs eo se demitteret, Anchurus Midę regis filius, datis genitori & Cimotheę vxori cõplexibus, equũ ascẽdit, & intro se demisit. Autor Plutarchus in Parallelis. Qui de Curtio adolescẽte Romano idẽ cõmemorat.

93 ¶ Cyane puella a patre Cyanippo incognito p vim stuprata, vbi tandem autorem sceleris agnouit, illum prius

demum seipsam interfecit. Autor idem Plutarchus re-
stem aduocans Dositheum Lib.iij.rerum Sicularum.

94 ¶Vxor Aemylij adolescētis zelotypiæ morbo affecta, dum suspicaretur maritū alterius puellę rapi desiderio, in syluas profectum secuta est. Vbi cum ad explorādam rei veritatem, in dumis & vepribus delitesceret, a canibus feram esse opinātibus laniata est. Recognita Aemylius seipsum interfecit. Autor idem Plutar. qui apud Sypharim Italiæ oppidum hoc cōmemorat factum.

95 ¶Calluce filia Lyci hois sanguinarij & hospites imolātis, relicta a Diomede (quē Troia redeūtē benigne susceperat, & a pīnis liberauerat insidijs) laqueo se suspēdit. Autor apud eūdē Plutarchū Iubas Li.iij. rex Africanarū.

96 ¶Balsatia quoq; puella a Calphurnio Crasso (quē ꝑditi prīs victorē fecerat) relicta sibi ferro iugulū trāsuerbauit.

97 ¶Gidica Pomminij Laurentini vxor, dum Cōminium priuignum maxime deperiret, neq; tamen ad concubitum posset inducere, suspendio spiritum intercepit. Autor Dositheus apud Plutarchum.

98 ¶Anius rex Tuscorum dum filiam Saliā a Catheo adolescente raptam non posset comprehēdere, in fluuium se demisit, quem a suo nomine fecit appellari Anionē.

99 ¶Lactātius ait Democri. sua spōte caput obtulisse morti.

100 ¶Superatis ab Alexādro Magno Atheniēsibus, Democrates Atheniēsis (q Macedonū opib⁹ semp obstiterat) venia desperata, gladio se trāsfixit. Autor Curti⁹. Lib.v.

101 ¶Dioxippus Atheniēsis surrepti inter epulas aurei poculi falso accusatus, dum oculoꝝ coniectum & iniuriam ferre nō posset, gladio se interemit. Accusabatur autem non sine inuidia. Nā ægre ferebant Macedones Horratam Macedonem armatū ab eo inermi, spectante rege, duello victum & resupinatum. Autor Curtius Lib.viij.

102 ¶Idem Curtius ait Boudiceam Britanorū reginam, & Pœniū posthumū eius ꝑfectū a Romāis duce Suetonio superatos, mortē sibi intulisse, hunc gladio, illā veneno.

103 ¶Plutarchus apud Gelliū Lib.xv. ait Milesias virgines repēte sine vlla euidēti causa, voluntatē cepisse obeūdæ mortis, ac deinde plurimas vitā suspendio amisisse. Cui malo vt mederētur Milesii, decreuerūt, vt quæ corporibus suspēsis demortuę forēt, nudæ cū eodē laqueo efferrentur. Quo facto ait virgines pudore tam inhonesti funeris deterritas, voluntariā amplius nō petiuisse mortē.

104 ¶Hippo & Miletia Scedasi Bœoti filiæ a iuuenib⁹ spartanis stupratæ & in puteum coniectæ sunt, occultandi sceleris causa. Quod vbi resciut pater, ad filiarum tumulos seipsum confecit. Autor Cœlius.

105 ¶Zanthus apud eundem Cœlium autor est Cambleta Lydorum regem, eo voracitatis progressum, vt nocte quadam vxorem quoq; absumpserit. Cūq; summo mane illius manum in ore comperisset, semet iugulasse.

106 ¶Timagoras cū Meletē Atheniēsem liberali forma adolescentē depiret, eiusdē iussu se dedit in præceps, vt q in oibus puero vellet obsecutū. Cui⁹ rei pœnitentia ductus Meles, eandē quoq; subijt mortē. Autor idem Cœlius.

107 ¶Timanthes Cleonæus Athleta cum & viribus senio defectis, & desuetudine ingentē arcū nō posset intendere, quē iuuenis lunabat & flectebat, furori adeo indulsit, vt eam tm̄ ob rē gladio se perforauerit. Autor Cœlius.

108 ¶Idem ait Tereum perpetrato in Philomelā scelere ac Ityn, sibi mortem cōsciuisse, mortuoq; sacra instituta anniuersaria, in quibus hordei loco, calculis vtebantur.

109 ¶Decreto Semiramidis mater, dum filiā ex adulterio cōceptā in desertis exposuisset, tandē facti & sceleris pœnitētia in lacū se præcipitem dedit. Autor idem Cœlius.

110 ¶Laurentianus Florētinus citra vllū corporis incōmodum, citraq; euidentē morbi causam in puteum se cōiecit, Autore Cœlio & Crinito, q ait se auditorem eius alī quando fuisse. Qua etiam morte se extinxit Petrus Leonius vir in philosophia excellens, & in signi prudentia.

111 ¶Negra quoq; virgo in Salentinis ægre ferens se ab eo

repudiatam, cum p coniuge pacta erat, eodem mortis genere vitam finiuit. Autor Pontanus.

112 ¶Mithridates a Pōpeio supatus, filiā noīe Direpti Menophilo Eunucho seruandā cōmisit in castello quodam Sinhorio noīe. Quod cum Manlius Priscus obsedisset, defensoresq; deditionē parātes Menophilus sentiret, gladiū inviscera sua cōpegit, veritus ne captiua puella raperet, & violaret. Autor Ammianus Marcellinus Lib. xvi.

113 ¶Argobastes cum Valentinianum iuniorem apud Vienam dolo strāgulasset, vt eidem in imperio succederet, a Theodosio mortem vlciscente superatus, sua se manu percussit. Autor Paulus Diaconus.

114 ¶Asmūdo rege Danoꝝ in pugna occiso, Gūnilda eiusdem vxor spiritū sibi ferro surripuit, virūq; fato insecuta est. Autor Saxo grāmaticus Lib. i. historiaꝝ danicarum.

115 ¶Hadingus Rex Danorum suspendio se vulgo spectāte suffocauit præ dolore, quem ex Hadingi Suerium regis conceperat. Autor idem Saxo.

116 ¶Rolno quoq; Danoꝝ Rex exprobratæ sibi turpitudinis dolore voluntaria morte se cōsumpsit. Idem Autor.

117 ¶Starcarterus itidem Rex Danoꝝ pœnitentia ductus, q; Lēnum quēdam per nefas occidisset, eius filio Hatherо se præbuit occidendum.

118 ¶Galeatius Mantuanus Papię cum hybernaret, puella (quam vnice amabat) per iocū imperante, se in fluuium deiecit, Autore Pontano.

119 ¶Socrates Athenis capitis dānat°, volēs hausit venenū. Vñ Oui. i Ibin. Sollicitoq; bibas, veluti doctissim° olī Imperturbato qđ bibit ore re°. Adrast° Gorgij fili° dū Athym Crœsi filiū suæ fidei creditū in venatiōe apri loco pcussisset, se sup eiusdem tumulū cōfodit. Autor Herodotus.

120 ¶Sargapises Thomyris filius a Cyro Rege Persarum captus, dum manicas & brachiorum vincula eximi sibi impetrasset, seipsum interfecit. Autor Herodotus.

121 ¶Idem ait Praxaspem virum inter Persas opibus & dignitate pollentem, e turri precipitem se dedisse.

122 ¶Boges Persa amicus Xerxis, ab Athenie°sib°& Cimone Milciadis filio obsessus, licet accepta fide posset egredi, abnuit tū, & ad extremū pstitit. Inde vbi in mœnibus nihil cōmeatus fuit reliquū, accēso rogo, liberos, pluge cōcubinas, familiā interemit, eosq; oēs in pyrā coniecit. Deide oē auꝝ vrbis atq; argētū e muris dispersit in Strymonē, ac postremo se in rogū iecit. Autor Herodotus.

123 ¶Petrus Trasseas Patauinus vir Catoniana disciplina & seueritate, propter suspicionem affectatæ libertatis a Nerone damnatus, sibi venas soluit.

124 ¶Quis ambigit diuina factum vltiōe, vt Herodes Rex Iudęæ Antipatri filius, post interfectos Alexādrū, Aristobolum, & Antipatrū fratres, trucidatos itē innocētes ad intercipiendum sacrū virginis partum, vermibus ad extremū toto corpore scatentibus mortē sibi consciuerit?

125 ¶Pyramus adolescens & Tysbe puella incredibili amore flagrantes, cum impediente parentum suspicione suis votis satisfacere nequirent, pepigerūt, vt certo die in remotū locū se reciperēt. Quo cum prior venisset Tysbe, metu leænæ ibidem repertæ profugit in latebras relicto capitis tegumento. Quod arripiens leæna venienti post Pyramo coniecturam præbuit & argumentū deuoratæ amasię, mortemq; sibi propterea consciuit. Tysbe paulo post reuersa, vbi mortuum amantem conspicata est, longioris vitæ pertæsa, suo se gladio cōfodit. Ouid. Lib. iiij. Metamor. de vtroq; meminit. Sic primū de Pyramo.

Vtq; dedit notæ lachrymas, dedit oscula vesti,
Accipe nunc, inquit, nostri quoq; sanguinis haustus.
Quoq; erat accinctus, demisit in ilia ferrum.

¶De Tysbe vero sic. Aptato pectus mucrone sub imum
Incubuit ferro, quod adhuc a cęde tepebat. Item Strozæ pater Lib. i. Eroticon. Pyramus exemplum præbet, miserandaq; Tysbe. Quos rapuit simili mors violēta modo.
Item Calentius in Epigrammatis.

Pyramus & Tysbe miseri sine crimine amarunt,
Occidit hic propria sæuus vterq; manu.
Et quos vnus amor retigit, nox vna peremit,
Ensis & vnus, & hæc contegit vrna duos.

Itẽ Architrenius Lib. iiij. ibi ferũ Pyramus ense Vindicat egressum Tisbe lugubria fati. Pondera morte leuat, tua nec formidat ad vmbras Pyrame fata sequi, seqturq; dolore dolorẽ, Et gemitu gemitũ producit, funere funus.

826 ¶ Erisicthonem poetę fabulãtur ob neglecta Cereris facta, in tantã famẽ redactũ, vt ꝓpria mẽbra deuorauerit, seq; ipsum corroserit. Addũt & filiã eius Metrã noie, in varias formas Neptuni bñficio mutari solitã. Vnde natũ adagiũ. Mutabilior Metra Erisicthonis. Oui. Li. viij. Meta. Ipse suos artus lacero diuellere morsu Cœpit, & infelix minuẽdo corpus alebat. Idẽ in Ibin, Vtq; pater solitæ varias mutare figuras, Plenus inextincta cõficiare fame. Item Paphilus Saxus in Ele. Talis erat ieiuna fames Erisicthona quondam Impleuit miserũ cum fera peste sua.

827 ¶ Lychione Dædalionis filia, Dianæ (cui se preferebat) sagittis cõfossa est. Cuius dum celebrarẽtur exeqæ, pater in puellæ rogum sese coniecit. Poetę fingunt eũ ab amicis (ne in ignem desiliret) impeditũ, fuisse mutatum in volucrem. Vnde Oui. Lib. xi. Meta. Vt vero ardentem vidit, quater impetus illi In medios fuit ire rogos, quater inde repulsus, Concita membra fugæ mandat.

830 ¶ Didonẽ suo gladio incubuisse pro cõperto est, sed nõ oẽs eãdẽ mortis causam afferũt. Scribit Ausonius (& ita se habet rei veritas) hoc ab ea factũ, vt mortuo marito Sichęo castitatẽ seruaret vidualẽ, & furias Iarbæ Getulorũ regis declinaret. Verba ei⁹ sunt hęc, Sed furias fugiens atq; arma ꝓcis Iarbæ, Seruaui fateor morte pudicitiã. Ausoniũ secutus Marullus Didonẽ sic inducit loquẽtẽ. Nec mihi Phryx nocuit (nec eni Phryga nouimus vllũ) Cura sed antiq; casta tenax q; tori. Quã ne cõiugio Libyci violare tyranni Cogerer, hac cecidi fortiter vsa manu.

Vtriq; succinit Rhẽnius, seu (vt alijs placet) Priscianus in Geographia Dionysii de situ orbis, dicẽs. Qua regnans felix Dido p secula viuit, Atq; pudicitiã non pdit carmine ficto. Cõtra vero Virgilius hoc ipsum ascribit ipatiẽtię doloris, quẽ ex Aeneę fuga cõceperat. Quod tũ fabulosum est. Virgilium pleriq; oẽs poetę Latini secuti sunt. Ouid. in primis Lib. iij. Fastoꝝ, & in Epistolis sic ait. Prębuit Aeneas & causam mortis & ensem, Ipsa sua Dido ꝓcidit vsa manu. Idẽ. 14. Meta. Excipit Aenea illic aioq; domoq;, Nõ bene dissidiũ Phrygij latura mariti Sidõis, inq; pyra sacri sub imagine fcã Incubuit ferro, deceptaq; decipit oẽs. Itẽ Sillus Li. ij. Ipsa pyrã sup igẽtẽ stãs saucia Dido, Mãdabat Tyrijs virticia bella futuris, Ardẽtẽq; rogum media spectabat ab vnda Dardan⁹, & magnis pãdebat carbasa fatis. Idẽ Li. viij. Iliaco postq; deserta ẽ hospite Dido, Et spes abrupta e medio, in penetralib⁹ atrã Festinat furibũda pyrã. tũc corripit ensem Certa necis, pfugi donũ exitiale mariti. Itẽ Angelus Politian⁹ in Mãto.

At Phœnissa rogum sęuo furiata dolore
Inscendet moritura, truceq; in vota vocabit
Eumenidas, mox & Phrygium (proh tristia dona)
Ahnieuem per pectus aget miserabilis ensem.

831 ¶ Anna Beli Regis filia post mortẽ sororis suæ Didõis, Carthaginẽ ab Iarba occupatã relinquẽs, ad Battũ Melitæ insulæ regem nauigauit. Quo demũ relicto, mare ingressa in Laurentũ litus delata est. Ibiq; ab Aenea cognita, & hospitio suscepta, nõ sine mutui cũ eo amoris suspicióe, adeo vt in odiũ Lauiniæ veniret. Cuius insidias vt declinaret, se i Numycũ fluuiũ ꝓcipitauit. Vñ Oui. Li. 4. Fastoꝝ. Corniger hãc tumidis rapuisse Numyci⁹ vndis Creditur, & stagnis occuluisse suis. Itẽ alibi, Placidi sum Nympha Numyci, Amne perẽne latens, Anna perẽna vocor.

832 ¶ Euadne Martis filia in rogũ mariti sui Capanei apud Thebas mortui (dum celebrarentur exequiæ) se cõiecit. Vnde Ouidius Lib. v. Tristiũ. Cernis vt Admeti canentur

& Hectoris vxor, Ausaq; in accensos Iphias ire rogos?
Idem Lib.iij. de arte. Accipe me Capaneu cineres misce
bimus igt Iphias, in medios desiluitq; rogos. Item Mar
tialis Lib.iij. Epigrā. Arserit Euadne flāmis iniecta mari
ti. Itē Statius Lib.xij. Turbine quo sese charis instrauerit
audax Ignibus Euadne, fulmenq; in pectore magno
Quę fierit. Item Propertius Lib. i. Cōiugis Euadne mise
ros elata per ignes Occidit, Argiuę fama pudicitiæ. Oui
dius lib.iij. de Ponto. Iphias ante oculos tibi erit ponen
da volenti Corpus in accensos mittere forte rogos.

833 ¶Hylonome fœmina Cētaura & biformis mortuo ma
rito Cyllaro, gladio suo incubuit. Ouid. Lib.xij. Vt Videt
extinctū, dictis q̄ clamor ad aures Arcuit ire meas, telo
qđ ihęrerat illi Incubuit, moriēsq; suū cōplexa maritū ē.

834 ¶Byblis Mileti filia ex Cyane, cū fratrem Caunū misere
deperiret, neq; eius cōcubitū posset asseq, vrgēribus fu
riis se occidit, & in fontē postea Nayadū bīficio mutata
est. Ouidius Lib. i. de arte, Biblida qd referā? vetito quæ
fratris amore Arsit, & est laqueo fortiter vlta nefas?

835 ¶Hercules induta tunica Nessi Centauri cruore tincta,
in tātas furias raptus est, vt prę imparietia doloris sese in
Oetha monte cōbusserit. Ouidius ad Liuiam. Qualis in
Herculeæ colluxit collibus Oethæ, Cū sunt iposito mē
bra cremata deo. Itē Claudianus intertiū cons. Honorij.
Iuga deseris Oethes Herculeo dānata rogo. Itē Statius
lib.xij. Thebaidos. Lęt⁹ in accēsa iacuit Tyrinthi⁹ Oetha.

836 ¶Theseo in Cretā ad Minotauę nauiganti Aegeus pr̄
Athenaę rex præceperat, vt si ꝓfecto mōstro incolumis
rediret, ad lętitiæ argumentū albis vteretur velis, vt ꝓ
spectātibus e portu amicis, supstitis vitę fidem prestaret.
Theseū tū cepit obliuio mādati. Propterea, cū ijsdem (q̄
bus venerat) remigraret velis, fecit vt pater nihil de fi
lio sibi ꝓmittens, e scopulo in mare se deturbauerit, &
aqs nouū imposuerit nomē. Quā fabulā vel (si mauis) hī
storiam Catullus longo ad modum prosequitur filo.

Eius autem verba de morte Aegei sunt hæc.
At pater vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos contollens lumina fletus,
Cum primum inflati conspexit lintea veli,
Præcipitem sese scopulorum e vertice iecit,
Amissum credens immiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paternæ,
Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.
¶Calentius quoq; Lib. i. Elegiarum sic inquit.
Dum tenet in gremio raptam Minoida Theseus,
Vela ferunt, quæ iam vela tulere rates.
Aſt vbi nigra dari prospexit lintea vento
Rex pater, in fluctus hoc caput, inquit, eat.
Præcipitemq; senex specula se iecit ab alta,
Quem venus esse deum fluctibus alma dedit.
¶Item Ouidius in Ibin.
Vt qui Theseæ fallacia vela carinæ
Vidit, & Iliaca missus ab arce puer.
Huius rei etiā meminit Cœlius Lib.x. Lectionum anti
quarum Cap. 25.

837 ¶Hæmon Thebanus iuuenis cū amore incredibili An
tigonem Oedipi & Iocastæ filiā deperiret, ad eius tumu
lum mortem sibi cōsciuit. Fuerat autem Antigone iussu
Creontis (qui vetuerat Græcoꝝ cadauera inhumari) iu
gulata, ꝙ Polynicē fratrē mortuū noctu sepelire voluis
set. De huius adolescēris morte Properti⁹ Lib.ij. sic inqt.
Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus?
Et sua cum misera permiscuit ossa puella,
Qua sine Thebanam noluit ire domum.

838 ¶Sappho puella ex Lesbo insula, e Leucade Epiri pro
mōtorio se præcipitauit, ꝙ a Phaone liberali forma ado
lescente (quē supra fidem hoium deperibat) mutuo nō
redamaretur. Statius Lib.v. Syluarum. Saltusq; ingressa

viriles. Non formidata temeraria Leucade Sappho. Vbi Domitius pro Leucade putat legendū Chalcide, & aggressa sit carmen Elegiacū instar Euphorionis poetæ Chalcidici. Cuius opinio nō admodū mihi ridet. Neq; enim video, cur temerariā vocet nisi ob illatā sibi imprudenter mortē. Suffragat mihi Ausonius dicēs, Præcipitē pelago vel Leucados elige rupem. Pamphilus quoq; in Elegijs dicens, Memet vt æquoreas veluti iam Lesbis in vndas Torquerem, musis Lesbis amica sacris. Et Politianus in Nutricia. Sed tādē Ambracias temeraria saltat in vndas. Item Politianus in Eleg. Masculā quæq; suos cantat moritura calores, Leucadij Sappho crimen honorq; freti.

139 ¶ Græcis Thebas obsidentibus, cum Tyresias vates præ dixisset Thebanos expugnatū iri, nisi eorū q (serpētinis dentibus prognati fuerant) aliquis se morti deuouceret, Menecœus vt patriæ saluti cōsuleret, in ipsis Thebarum mœnibus gladio se cōfodit, cōfossum ad hostes deturbauit. Quo viso, ptinus abierunt Græci. Statius Lib. i. Theb.

Sic ait, insigneq; animam mucrone coruſco
Dedignantem artus pridem, mœstamq; teneri
Arripi, atq; vno quæsitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc spargit turres, & mœnia lustrat,
Seq; super medias acies nondum ense remisso
Iecit, & in sæuos cadere est conatus Achiuos.

140 ¶ Iocasta filia Creontis, & vxor Laij videns filios suos Etheoclē & Polynicē mutuis vulneribus iterfectos, horrore tāti facinoris mortē sibi itulit. Statius Lib. xi. Theb.

Regina extulerat notum penetralibus ensem,
Ensem, sceptriferi spolium lacrymabile Laij,
Multaq; cum superis & diro questa cubili,
Et nati furijs & primi coniugis vmbris
Luctata est dextra, & prono vix pectore ferrum
Intrauit tandem, & venas prorupit aniles
Vulnus, & infelix lustratur sanguine pectus.

141 ¶ Annibale Segunthū vrbē Hispaniæ Romanis amicā

obsidēte, Mopsus Cretensis fauens Sagūtinis, vbi filios vidit interfectos, tēperare sibi nō potuit, quin se præcipitaret e turri, & filijs comitē daret. Vnde Syllius Lib. ij.

Atq; pater gemino natorum funere Mopsus
Correptos arcus ter mœsta mouit ab ira,
Ter cecidit dextra, notas dolor abstulit artes.
Pœniter heu sero dulces liquisse penates,
Arreptoq; auide quo concidis icare saxo,
Postq; æuum senior, percussaq; pectora frustra
Sentit, & vt tantos compescat morte dolores
Nil opis in dextra, vastæ te culmine turris
Præcipitem iecit. moribundos explicat artus
Dum cadit, extremo Gortynius aduena bello.

142 ¶ Phædram Hippolyti nouercam furiæ Veneris vsq; adeo torquerūt, vt laqueo spiritū sibi interceperit, & priuigni (cuius amore çtuabat impatiēter, & pruriebat) cōcubitum non posset exorare. Moriens tñ scelerata mulier, literas reliquit, quibus Hippolytum stupri arguebat suęq; mortis vocabat autorem. Ausonius. Suasi quod potui; tu alios modo consule. Dic quos? Phædra, & Elisa tibi dent laqueum aut gladium. Item. Respicit abiectas desperans Phædra tabellas. Hæc laqueum gerit.

143 ¶ Athamas Rex Thebarum furijs agitatus. Learchum filium dedit morti. Propterea Ino Cadmi & Hermiones filia & eius vxor sibi timens, cum altero filio Melicerta se in mare præcipitē dedit. Quos in deoz indigitamenta poetæ retulerūt. Cyprianus. Melicertes & Leucothea præcipitant in maria, & fiunt postmodū maris numina. Paphilus in Eleg. Cur sumis nequeo salebris Athamāis vt vxor, Triste sub Aeolia mergere corpus aqua? Ouid. in Ibin. Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi. Val. Fl. Li. viij. Attonito qualis pede pſilit Ino In freta, nec patrui meminit cōterrita nati. Aegidius Maseri homo egregie doctus cū Zenodoto ait, Athamanta Euriclia filiam primum inde Learchum interfeciſſe, ſubterfugiente Ino

vxore cum Melicerta. Ouidius Lib. iiij. Meta. Seq; super pontum nullo tardata timore. Mittit, onusq; suum.

144 ¶ Phyllis Lycurgi Thracum regis filia ęgre ferens se relictam & spretam a Demophoonte Thesei filio, quem vnice deperibat, & ab expeditiõe Troiana redeuntẽ hospitio exceperat, vitã laqueo præfocauit, in Amygdalũ postea (vt fabulantur poetæ) conuersa. Păphilus Saxus. Exẽplũ tribuit mortis mihi nobile Phyllis. Pẽdebat longa corpus inane trabe. Põtanus Lib. iij. de Stellis. Ac misera ante diẽ zona crudeliter vsa Phyllis ab inuiso pẽdet Rhodopeia trũco. Cremutius apud Plinĩ autor est nũq; virere arborẽ, ex qua Phyllis se suspenderit. Mantuanus ad Melisam. Phyllida fecit amor vitã finire dolendo.

145 ¶ Aiax Telamonis filius ęgre ferẽs mortui Achillis arma (q̃ supramodũ appetebat) Vlyssi data fuisse, iuidia motꝰ, & in rabiẽ cõuersus mortẽ sibi itulit. Ouid. Lib. 13. Met.

Hectora qui solus, qui ferrum, igneq;, Iouemq;
Sustinuit toties, vnam non sustinet iram.
Inuictumq; virum vicit dolor. arripit ensem,
Et meus hic certe est. an & hunc sibi poscit Vlysses?
Hoc ait vtendum est in me mihi, quiq; cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit,
Ne quisq̃ Aiacem possit superare, nisi Aiax.
Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum
Qua patuit ferro, letalem condidit ensem.

146 Iphis puer liberali facie, cũ Anaxaretẽ puellã incredibili amore prosequeret, neq; tñ readamaret ab ea, laqueo se suffocauit, Atq; onus infelix elisa fauce pependit, inqt Ouidius lib. 14. Demum cum celebrarentur exequiæ, puella mortui miserta se quoq; interfecit. Pontanus de Stellis lib. 3. Substrinxit laqueo collum, atq; ad limen amatæ Iphis Anaxaretes immania fata peregit.

147 ¶ Auctolia Vlyssis mater cum falso nuncio audiuisset filium apud Troiam occubuisse, laqueo vitam finiuit.

148 Amphiõ Iouis filiꝰ interfectis ab Apolline quatuordecim

liberis, seipm gladio iteremit. Oui. i Ibin. Addidit vt fidi cẽ mihis sua funera natis, Sic tibi sint vitę tędia iusta tuę.

149 Althea Thyestis filia cum audiuisset Meleagrũ filiũ suis fratribus intulisse mortẽ, se ꝑcipitauit, cõbusto priꝰ fatali stipite, quo cremato Meleagrũ ex fato pituę audiuerat.

150 ¶ Britona nympha Cretẽsis cũ esset formosa, ppetuoq; virginitatis voto, venationi vacaret ad vim & stuprum Minois regis declinandũ, se in aquas dedit præcipitem.

151 ¶ Brotheus Vulcani filius propter oris deformitatẽ illusus, in rogum desiluit, ibiq; vitam incendio finiuit. Ouidius in Ibin, Quodq; ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis, Des tua succensæ membra cremenda pyræ.

152 ¶ Aeolus Rex ventoꝝ audito Canaces filiæ cũ Macharco fratre incestu, ad eam gladium misit, vt scelus voluntaria morte diueret, & vlciscereturQuod illa fecit,

153 ¶ Ceyx Alcyones maritus, ad oraculũ nauigans naufragiũ fecit, & obrutꝰ est aqs. Quod indignãter ferẽs Alcyone, mortẽ mariti secuta, in mare se deturbauit, & in auẽ sui noĩs mutata est. Ouid. in Ibin. Nec tibi sit tumidis melior Neptunꝰ in Vndis, Quã cui sunt visę ff & vxor aues.

154 ¶ Deianyra Herculis vxor, audita mariti morte, superesse noluit, ac propterea dolore animi se peremit. Ouidius. Impia quid dubitas Deianyra mori?

155 ¶ Hesperie nympha Esacum Priami filium (a quo adamabatur) persequentem fugiens, morsu colubri in herba latentis interfecta fecit, vt Esacus ipse vitam sibi acerbam putauerit, & aquis se obruerit.

156 ¶ Erigone audita patris Icari morte, laqueo se suspẽdit. Ouidius in Ibin. Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit, Vincula per laquei fac quoq; guttur eat. Statius Lib. v. Syluaꝝ. Nec enim Marathonia virgo Parcius extinctum fœuorum crimine agrestum Fleuerat Icarium.

157 ¶ Euenus ęgre ferens Marpissam filiã ab Ida filio Apharei in certamine curuli superatam, ac ꝑpterea ex pacto nuptijs copulatam, se in Lycormam Aetoliæ fluuiũ de-

misit, cui & imposuit nomen. Autor Domitius Calderinus. Vnde Oui. in Ibin. Vtq; vel Euentus torrenti flumine mersus, Nomina des rapidæ vel Tyberinº aquæ. Adhuc fere modũ Plutarchus, Euenus, inquit, Martis & Stropæ filiº, ex Alcippa Oenomai filia Marpissam suscepit filiã. Quã ab Aphareto in Chorea raptã insequẽs, dũ cõprehendere nõ posset, in Lycormã fluuiũ se præcipitauit.

158 Iuturna Dauni filia post interfectũ ab Aenea Turnũ fratrem suũ, mœroris impatiẽs, se dedit in aquas precipitẽ.

159 ¶Ilice Ibyci Lydij filia, dum amores Martis cõtẽneret, deo factum vlciscente in furorẽ versa, e scopulo se demisit. Ouidiº in Ibin. Lydia se scopulis vt virgo misit ab altis, Dixerat inuito quæ mala verba deo.

160 ¶Athenienses dum mortui Herculis tutarẽtur liberos, quos insectabatur Eurystheus, ab oraculo acceperunt se ab Eurysthei liberatum iri incursatione, siquis e liberis Herculis semet inferis deououeret. Quo audito Macaria eiusdem filia sese spontaneæ morti obtulit.

161 ¶Alcestis filia Perilai seipsam interfecit, vt vmbra sua cõteti manes, egroto marito parcerẽt. Seneca i Medea. Cõiugis fatũ redimẽs Pherei Vxor, impẽdit animã marito.

162 ¶Tyro mulier Thessala mortuo marito, spõte opperiẽs mortem. Baptista Pius Lib. ij. Eleg. Carmine cõspicua est Tyro Pagasæa puella, Quę voluit pprij fata subire viri.

163 ¶Hercules ab Iole connubio reiectus, Oechaliam puellæ patriam diripuit. Dolore facti Iole, se præcipitem e muro dedit. Autor Plutarchus.

164 ¶Charandes Thyrius cum legem tulisset, nequis armatus veniret in concionem, & tũ ipse rure veniens, prẽter spem aliter fecisset, monitus legis ab eo, qui proxime sedebat, vitam spõte reliquit, & gladio suo incubuit, cum tamen culpam dissimulare potuisset, aut defendere.

165 ¶De Amata Lauiniæ matre, quo modo & quãobrem spiritum sibi laqueo interceperit, vide in eorum historia, qui suspendio & cruce vitam finiuerunt.

166 ¶Cum L. Opimius Consul. C. Gracchum Agrarias leges cõtra autoritatem senatus ferre molientẽ sustulisset, Herẽnius Siculus (quo & aruspice & amico vsus semper fuerat Gracchus) cõprehẽsus, dũ in carcerẽ traheret, capite posti carceris illiso spiritũ deposuit. Autor Val. Max.

167 ¶Coma latro frater Diogenis latronũ ducis ad P. Rutilium ductus dum interrogaretur de genere belli a seruis & latrombus moti, capite in crura demisso, sibijpsi spiritum intercluſit. Autor Val. Maxi.

¶Parentes liberorum interfectores.

1	Domeneus	15 Althea	29 Deiotarus
2	Darius	16 Aidona	30 Mithridates
3	Epaminondas	17 Artaxerxes	31 Antonius Caracalla
4	Manlius Torquatus	18 Cambyses	32 Virginius
5	Brutus	19 Constantinus magnus	33 Herodes
6	Cassius	20 Dioscorus	34 Hippomenes
7	Agesilaus	21 Euristhenis mr	35 Embarus
8	Medea	22 Ptolemæus	36 Orchamus
9	Athamas	23 Ptolemęus Auletes	37 Lenogildus
10	Tantalus	24 Deuteria	38 Lysimachus
11	Leus Athenięsis	25 Apteras	39 Aulº posthumiº Tubero
12	Agaue	26 Erictheus	40 Arpiages
13	Progne	27 Darius	41 Ethearchus
14	Hippodamas	28 Boges	

1 Domeneus Deucalionis filius, & Cretẽsiũ rex, cum vouisset se immolaturũ eũ q primus Troia redeunti occurreret, filiã forte fortuna repertã immolauit.

2 ¶Darius rex Persarum Ariobarsanem filium interfecit, q̃ is Alex. promisisset, se patri insidiaturum, & mortem intentaturum. Plutar. in Pa.

3 ¶Stesimbrotus ab Epaminõda patre Thebanorũ duce interfectus est, q̃ cõtra mandatũ patris manũ cum hostibus Lacedæmonijs cõseruisset, quis parta victoria.

4 ¶ Manlius Torquatus itidem filium securi percussit, q̃ in Samnites cõtra edictũ pugnasset, q̃uis hoste ꝓfligato ad suos victoriam retulisset. Vnde Virgilius Lib. vi. Sæ/uũq; securi Aspice Torquatũ, & referẽtẽ signa Camillũ.

5 ¶ Brutum a Romanis expulsum cum filius prodere vo luisset, paterna cecidit manu. Autor Aristides Milesius apud Plutarchum.

6 ¶ Romanis in Latinos certãtibus, Cassius signifer Cras/sum Brutum filium occidit, q̃ is patrem prodere, & ho/stibus portas aperire voluisset. Autor Plutar.

7 ¶ Persis Græciam infestantibus, Pausanias Lacedæmo/nioꝝ dux. 50. auri talenta (vt Spartam ꝓderet) a Xerxe acceperat. Quod vbi resciuit Agesilaus pater, filiũ in tẽ/plo Palladis ineluſum inedia cõsumpsit. Idem Autor.

8 ¶ Medea ab Iasone, quẽ hospitio susceperat, & modũ rapiendi velleris docuerat, reiecta, filios ex eo susceptos Dyndimũ & Thessandrũ interfecit. Virg. Aegl. 8. Sæuus amor docuit natoꝝ sanguine matrẽ Cõmaculare manꝰ. Idem in Culice. Cum cernã Colchida matrẽ Anxia solli citis meditantem vulnera natis. Ouidius. Lib. vij. Meta. Vtroq; Sanguine natoꝝ perfunditur impius ensis. Idẽ. Lib. ij. Eleg. Colchida respersam puerorũ sanguine cul/pant. Idem Lib. ij. de arte. Coniugis admissum, violataq; iura mariti, Barbara per natos Phasias vlta suos. Proper tius Lib. iij. Nam qd Medeæ referam, quo tempore ma/tris Iram natorũ cæde piauit amor? Stroza pater. Lib. 1. Eroticon. Læsaq; natoꝝ maculata est sanguine Colchis. Sabellicus. Hanc fama est fraterna cæde cruentam Ma/gnanimum Aesonidem Colchis cum patre relictis, Per varios casus, per deuia regna secutam. Horatius in Arte, Ne pueros coram populo Medea trucidet.

9 ¶ Athamas rex Thebarũ furore correptus, Learchum & Eurycleã liberos ꝓ leonibus occidit. Ouidius Lib. iij. Meta. Deq; sinu matris ridentem & parua Lear chũ Bra/chia tendentem rapit, & bis terq; per auras More rotas

fundæ,

fundæ, rigidoq; infantia ferro. Discutit ora ferox. Idem Lib. vi. Fastoꝝ. Hinc agitur furijs Athamas sub imagine falsa, Tuq; cadis patria parue Learche manu. Statius Lib. ij. Syluaꝝ, Toruꝰ adhuc Athamas insanos flecteret arcus. Idem Lib. i. Theb. cui sumpserit arcus Infelix Athamas. Claudianus Lib. i. in Ruffinũ. Hęc Athamãteę direxit spi cula dextræ. Bap. Pius Li. ij. Eleg. Qualis ad absumptũ p tela paterna Learchũ, Desiluit lachrymis saucia facta pa/rẽs. Plin. quoq; Li. 34. Cap. 14. de hoc nõ nihil meminit.

10 ¶ Tantalus (q in Phrygia regnauit) deis hospitio susce ptis, Pelopem filium coctum membratim comedẽdum appposuit, vt eoꝝ diuinitatem expiretur. Seneca in Thye ste. Exceptus gladio paruulus impio, Dum currit patriũ natus ad osculum, Immatura focis victima concidit, Di/uisusq; tua est Tantale dextera, Mensas vt strueres hospi tibus deis. Item Mãtuanus Li. i. De Cala. Tempoꝝ. Præ/tereo concisa sui qui corpora nati Dijs epulanda dedit.

11 ¶ Leus Athenienſis ab oraculo monitus, Athenas ipsas perituras, nisi tres filias immolaret, voluit oraculo pare re, q̃ suis parcere. Volateranus Autor.

12 ¶ Agaue Thebana mulier Pentheum filiũ Bacchanalia despicantem, cũ cæteris Mœnadibus interfecit. Virgil. in Culice. Quo quondam victa furore, Venit Nyctileum fu giens Cadmæis Agaue, Infandas scelerata manus, & cæ/de cruenta. Ouid. Lib. iij. Meta. Prima suũ misso violauit Penthea Thyrso Mater. Statius Li. xi. Theb. Pẽthea qua lis Mater ad insani scãdebat culmina mõtis, Promissum sæuo caput allatura Lyco. Sidonius. Ipsa aũt nato occiso Pentheia mater, Amplius vt furiat, nunqd vęsana futura est? Vbi furiat ꝓ verbo neutro vsus est. Seneca in Thebai de. Egit sorores mater, & gaudens malo, Vibrãte Thyrso prætulit fixum caput. Idem in Oedipode, Qualis attoni ta & furens, Cadmæa mater abstulit nato caput.

13 ¶ Progne Pandionis filia ægre ferẽs sororem suã Philo melam a Tereo marito fuisse stupratã, Itim filiũ eidem

comedendum appoſuit. Ouid.Li.vi.Meta. Tendentēq; manus,& iam ſua fata vidētem,Et mater mī clamātē,& colla petētem,Enſe ferit Progne,lateri qua pectus adhęret. Idem Lib.ij.Eleg. Atq; ſua cæſum matre queruntur Itim.Idem Lib.i.de Remedio. Nec dolor amaſſet cōtra ſua viſcera matrem,Quæ ſocij damno ſanguinis vlta virum eſt.Sidonius.Siue prandia quis refert Thyeſtæ,Diſcerptum aut puerum,cibumq; factum.

14 ¶Perimele puella vim & ſtuprū ab Acheloo paſſa, ab Hippodamante patre deteſtante facinus precipitata eſt. Ouid.lib.viij.Meta.Quod pater Hippodamas egre tulit,inq; ,pfundū Protulit e ſcopulo picturæ corpora natę.

15 ¶Althea egre ferēs fratres ſuos a Meleagro filio interfectos,fatalem combuſſit ſtipitem,de quo Parcæ prædixerāt Meleagrum nō prius periturum, q̄ ſtipes ipſe igni fuiſſet abſumptꝰ.Hoc itaq; modo natū emori fecit.Ouidius Lib.i.Triſtiū, Vtq; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum Teſtias,& melior matre fuiſſe ſoror.

16 ¶Aidóa vxor Zeti,Ithilū noctu iprudēs occidit,dūvnū ex filijs Amphiōis(cuiꝰ vxori iuidebat)iterficere vellet.

17 ¶Artaxerxes Mnenon cognomēto,Perſarum rex, Darium filiū cum alijs interfecit,q̄ ab eis inſidijs peteretur.

18 ¶Cambyſes Cyri filius Perſarum rex,filium ſagitta occidiſſe fertur,furore correptus,quo prius fratrē & grauidam ſororem dederat morti.

19 ¶Cōſtantinus magnus Criſpum filiū cum Licinio ſororis ſuæ marito incerta cauſa morti dedit. Sextus Aurelius prodit hoc eum feciſſe ſuaſu Fauſtæ coniugis.

20 Dioſcorus pater beatæ Barbaræ filiam multis prius tormentis affectam,ad extremum ſupplicio capitis affecit, q̄ ad Idololatriam flecti non poſſet.

21 ¶Euriſthenes cum male in bello pugnaſſet,ac ꝓpterea domui ſuæ ignominiam peperiſſet,inedia conſumptus eſt a matre. Ouidius in Ibin.Obſtrictuſq; necem patiaris limine tecti,Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parens.

22 ¶Ptolemęus Euergetes a ſuis ob crudelitatē regno pulſus,filiū quē ex Cleopatra ſorore ſuſcepat,in Cypro occidit,eiuſq; caput & pedes mī ꝓ mūer natalitio remiſit.

23 ¶Ptolemæus Auletes regno ſuo redonatus(quo ob flagitia fuerat electus) Cleopatram filiam & Archelaū eius maritum(quos Aegyptij in regnum aſciuerant)occidit.

24 ¶Deuteria mulier timēs ne filia ſua (quam nubilem & formoſam habebat) a Theodeberto rege corrūperetur, eam in flumen præcipitauit apud Viridunum ciuitatem. Autor Gregorius Turoñ.

25 ¶Apteras veruſtiſſimus Grecorum Saturnus patrem ceſtrauit, filios interemit, fratribus bella & ferrum intulit. Aninus in Beroſum.

26 ¶Erictheus bellum cū Euiloquio gerens,cum ab oraculo accepiſſet futurā ſibi victoriā , ſi filiā dijs immolaret, paruit,& conſenſu Praxithæ vxoris puellam cecidit.

27 ¶Darius quoq; Cymbrico bello profligatus,cum intellexiſſet ſe fore victorem , ſi Calphurniam filiam dijs daret victimam,dedit,vt patriæ conſuleret.

28 ¶Boges Perſa ab Athenienſibus obſeſſus,vbi nihil habuit commeatus in caſtris,liberos cum vxore primum, demum ſeipſum interfecit.Autor Herodotus.

29 ¶Deiotarus cū multos ſuſcepiſſet liberos,omnes excepto tantum vno iugulauit,vt q̄ ſuperfuturus erat potentior fieret,& maieſtatis auguſtioris.Autor Cœlius.

30 ¶Mithridates ſanguinolētus ac crudelis in omnes fuit. Nam matrem,fratrē ac filios tres impuberes,ac totidem filias interfecit.Autor idem Cœlius.

31 ¶Antonius Caracalla Imperator Iuliam nouercam in vxorem duxit,cuius filiū Getam nomine paulopoſt interfecit.Autor Aelius Spartianus.

32 ¶Virginius filiam Virginiā Icilio deſponſatam,ſpectante populo & palam interfecit,vt Appium Decemuirum (qui eam ſtuprare velut ſeruam tentauerat)in odium & inuidiam populi traheret.Quod & factum eſt, Nanq; vt

propter illatum Lucretiæ stuprum Romani reges desie-
runt, ita quoq; immoderata Appij libido finem fecit De
cemuirorum magistratui. Autor Liuius. Syllius Lib. xiij.
Virginia iuxta Crine cruentato vulnus sub pectore ser-
uat. Tristia defensi ferro monumenta pudoris.

33 ¶Herodes rex Iudeæ præter innocentium cædem, tres
quoq; ex liberis sibi suspectos, Alexandrum Aristobo-
lum & Antipatrum morti dedit.

34 ¶Hippomenes Atheniēsium princeps, filiā Limonem
in adulterio deprehensam, vna cum equo feroci conclu
sit, nec huic, nec illi cibum prębens. Equus igitur fame in
rabiem actus, puellam deuorauit. Hinc ortum Adagium
a Diogeniano positum magis impius Hippomene. Oui
dius in Ibin. Solaq; Limone pœnā ne senserit illam, Et
tua dente ferox viscera carpat equus.

35 ¶Pyreus insula cum maxima laboraret peste, propter
interfectum ibidem ab Athenienſibus aprum Dianæ sa-
crum, consultum oraculum respondit, finem mali futu-
rum, siqs filiam immolasset numini. Vnus autē repertus
est Embarus, q filiam solēni ritu ornatam sacrificauerit.

36 ¶Orchamus Leucotheā filiam ab Apolline stupratā,
viuā defodit. Autor Domitius in Ibin. Ouid. itē Lib. iij.
Met. Ille ferox, immāsuetusq; precantē, Tēdentēq; ma-
nus ad lumina solis, & ille, Vim tulit inuitæ dicētē, defo-
dit alta Crudus humo, tumulūq; sup grauis addit arenę.

37 ¶Lenogildus rex Hispanię filiū Hermogildū, q a secta
parentum abhorreret, ac Childeberti Francorum regis
Orthodoxi filiam duxisset in vxorem, morte affecit.

38 ¶Lysimachus rex Pergami Agathoclē filiū fortissimū
(cuius prącipua opera, multa bella feliciter gesserat) no
uerca Arsinoe Ptolemęi sorore istigāte, veneno sustulit.

39 ¶Aulus Posthumius Tubero filiū securi pcussit, q occa
siōe rei bñ gerēdæ, iniussus pugnā tētasset. Autor Liui⁹.

40 ¶Arpiages filiū comedit. Oui. in Ibin. Vt puer Arpiagę,
referas exempla Thyestæ, Iuq; tui cæsus viscera pris eas-

41 ¶Etearchus rex Cretæ suasu secundæ vxoris, Phrony-
mam filiam per negociatorem quendam nomine The-
misonem, submergi fecit. Autor Herodotus.

¶Liberi parentum interfectores.

1	ALemæon	11 Mithridates	22 Heraclius
2	Carnabas	12 Ioannes maria	23 Oedipus
3	Orestes	13 Agyrtes	24 Cyane
4	Nero	14 Telegonus	Medulin
5	Albanus	15 Oxias	25 Filię Peliæ
6	Antipater	16 Euander	26 L. Ostius
7	Ninus Iunior	17 Polydice	27 Iulius mansue-
8	Ptolemæus	Nysa	tus
	Philopator	18 Friscus	28 Manfredus
9	Ptolemæus	19 Guillermus	29 Nicomedes
	Philo.	20 Phraates	30 Fabricianus
10	P. Mallcolus	21 Syroches	

1 ALemæon Eryphilem matrem interfecit, q illa
Amphiaraum patrem (q in bello Thebano ter-
ræ hiatu absorptus est) Polinici prodidisset, acce
pto monili aureo. Virgil. lib. vi. Aen. Mœstamq; Eryphi-
lem, Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

2 ¶Perrheborum rex Triopas dum tyrannice nimis im-
peraret, a Carnaba filio tantę feritatis impatiente occi-
sus est. Autor Cœlius.

3 ¶Orestes Clytemnestram matrē interemit, in vltionē
patris Agamēnonis, quem a Troia redeuntem illa cum
Aegysto adultero interfecerat. Oui. Li. i. Eleg. Et vindex
in matre, pris malus vltor Orestes, Ausus in arcanas po-
scere tela deas. Horatius Lib. ij. Sermonū. Nec ferro, vt
demens genitricem occidit Orestes. Sidonius. Vel furi-
bunda manus, raperet cū Taurica sacra Matricida pius.
Val. Fl. Lib. vij. Argon. Turbidus vt pœnis, cęcisq; pauorī
bus ensem Corripit, & sæuæ ferit agmina mīis Orestes.

4 ¶Nero cum Agrippinam matrem facta sua exqrentem
acerbis, & corrigentē grauaretur, eā varijs modis tēta

tuit perdere. Primo veneno. Sed cum sentiret eam Antidotis premunitã, solutilem nauem (cuius vel naufragio, vel camerę ruina periret) cõmẽtus est, simulataq; amicitia, Baias euocauit. Quã nãdo euasisse vt cõperit, inops cõsilij eã interfici iussit, quã prius stupro cõtaminauerat.

5 ¶ Albanus martyr Magũtinus patrẽ habuit, cui frequẽs erat cum filia incestus, ex quo & ipse genitus fuerat. Vbi adultus originem suam probrosam didicit, parẽtes monuit, vt ab antiquo abstinerent flagitio. Quod cum non facerent, ambos nocte quadam in concubitu interfecit. Vide Catalogum sanctorum.

6 ¶ Trogus scribit Thessalonicẽ ab Antipatro filio interfectam, cum tñ vitam per vbera materna deprecaretur, Idq; ꝓ Alexandro fratri magis, q̃ sibi faueret.

7 ¶ Semiramidem a Nino filio interemptam produnt, ꝙ eius cõcubitum & congressum optasset, quæ prius equi amore conflagrauerat.

8 ¶ Ptolemæus Euergetes a Ptolemęo filio interfect⁹ est, q propterea Philopator. i. pris interfector, vocari cœpit.

9 ¶ Ptolemęus filius Epiphanis matrem Cleopatram dedit morti: Vnde & Philometor eadem ratiõe dictus est, qua præcedens Philopator.

10 ¶ P. Malleolus teste Liuio matre interempta primus omnium insuto culeo, in mare præcipitatus est.

11 ¶ Mithridates Autore Cœlio, tantæ fuit impietatis, vt matrem, fratrẽ, filios tres, ac totidem filias interfecerit.

12 ¶ Ioannes maria Ioannis Galeatij filius, dux Mediolani Catharinam matrem facta sua acerbius obiurgãtem, in turri conclusit, & ibidem emori fecit.

13 ¶ Ouidius Lib. v. Meta. ait Agyrtem fuisse quẽdam, qui patrem interfecerit. Regisq; Thoactes Armiger, & cæso genitore infamis Agyrtes.

14 ¶ Redeũtem Troia Vlyssem Thelegonus filius vt ignotum occidit. Horatius Lib. iij. Car. Decliue cõtempleris aruum, & Thelegoni iuga parricidæ.

15 ¶ Ozias Amos ꝓphetã patrẽ suũ vecte p tpa trãsfixit, q̃ cõtra mandatũ Hieroboã regis verbum dñi prædicaret.

16 ¶ Ab Euandro quoq; occisum fuisse patrem qdam prodiderũt, vt scribit Cœlius Lib. vi. Lectionum antiquarũ.

17 ¶ Polydice Pterelam patrem Thebarũ regem Creonti prodidit, & occidi fecit, vt Nysus a Minoe obsessus, pditiõe Scyllę filia crinẽ amisit fatalẽ, atq; ita interfectus est.

18 ¶ Etiscus Actium Ferrariæ principem patrem suũ in carcerem coniecit, atq; ibidem fecit emori, cum ob inductam nouercam, tum libidine dominandi.

19 ¶ Guillermus Iacobini Carrarienſis filius patrem occidit, ꝙ ab eo spurius fuisset appellatus.

20 ¶ Orodes rex Parthorum amisso filio Pacoro, qui in bello contra Ventidium occubuerat, in furorem prope versus, ab altero filio Phraate occisus est.

21 ¶ Cosroes rex psarũ senio opfect⁹, dũ Medorsẽ filiũ regni hrdẽ istituisset, ab altero Siroche natu maiore iterfect⁹ẽ.

22 ¶ Heracli⁹ Imp. Phocã prem multis pri⁹cõtumelijs affectũ, postremo iterfecit, dñandi (vt credibile est) libidine.

23 ¶ Oedipus cũ Laio pre ignoto apud Phocidẽ ꝓgressus, ipsum nescius interemit. Ouidius in Ibin. Nec plus aspicias, q̃ quẽ sua filia rexit: Expert⁹ scelus est cui⁹ vterq; parẽs. Seneca in Thebaide. Genitorẽ adort⁹ ipia straui nece.

24 Cyane puella prem Cyanippũ (quod ab eo per vim stuprata fuisset) gladio confodit. Medullina quoq; ab Armito patre ebrio violata, eidem mortẽ intulit. Plutarchus.

25 ¶ Peliam senio cõfectũ dũ filiæ a Medea psuasæ vellẽt ad iuuẽtutẽ reuocare, lebeti feruẽti impositũ occiderũt.

26 ¶ Post Annibalis bellũ. L. Ostius fertur primus patrem occidisse. Autor Plutarchus in vita Romuli.

27 ¶ Iulius Mãsuetus ex Hispania rapaci legioni additus, impuberẽ filiũ domi liquerat. Is mox inter septimanos a Galba conscriptus oblatum forte patrẽ, & vulnere stratum dum semianimẽ scrutatur, agnitus cognoscensq; & exãguẽ amplexus, voce flebili precabatur placatos pri-

manes, ne se vt parricidam insectarentur. Cor. Tacitus.

28 ℂ Fredericus Imp. Panormũ, pfectus Manfredi filij dolo interfectus est, cum annos. 32. rebus præfuisset.

29 ℂ Nicomedes Prusiam patrem Bithyniæ regem domi nandi libidine vita spoliauit.

30 ℂ Fabricianus matrẽ Fabiã interfecit, q illa Fabiũ Fabricianũ maritũ suũ occidisset, vt liberi° adulteriũ cũ Petronio adolescẽte cõmitteret. Autor Dosithe° apud Plutar.

ℂ Interfectores fratrum & sororum.

1 ETheocles Polynices
2 Medea
3 Tydeus
4 Polytes
5 Athila
6 Antiochus magnus
7 Aristobolus
8 Romulus
9 Theodericus
10 Fernandus
11 Helenus
12 Cayn
13 Mempricus
14 Cunedagius
15 Antonius
16 Cambyses
17 Canis grandis
18 Henricus
19 Pinus Ordelaphus
20 Ptolemæus philadelphus
21 Ptolemæus philosophus
22 Francis. Gõzaga Lud. Gonzaga
23 Boleslaus
24 Ardieus
25 Mithridates
26 Alexius
27 Haldanus
28 Feugo
29 Starcatherus
30 Herminefredus
31 Dardanus
32 Bela rex
33 Learchus
34 Typhon
35 Ilis
36 Hericus clericus
37 Orodes
38 Ioram
39 Ioannes pont.
40 Iugurtha
41 Aurelius
42 Oxilochus
43 Sisapho
44 Antiphus Crimenus
45 Rhesus
46 Caduidus
47 Commodus
48 Maximianus
49 Critolaus
50 Horatius
51 Cambyses
52 Polyphontes

1 OEdipus rex Thebarum moriens, filijs suis Etheocli & Polynici regnum alternis annis dimisit regendum. Verũ cum Etheocles maior natu peracto anno fratri cedere noluisset, moto propterea bello, contractisq; vtriusq; copijs ambo mutuis se vulneribus interfecerunt. Virgilius in Culice. Ac discordantes Cad/

meo sanguine fratres, Iam truculenta ferunt infestaq; lumina, corpus, Alter in alterius iamq; aduersatus vtercq;, Impia germani manat pro sanguine dextra.

2 ℂ Medea cum Iasone fugiens, Aegyaleum fratrem membratim discerpsit, discerptum p agros passim proiecit, vt Aætem prem se psequentem in colligendis filij ossibus remoraret. Ouid. in Ibin. Et tua sic latos spargatur membra p agros, Tanq; quæ prias detinuere vias. Idem Li. iij. Tristiũ. Dum qd agat querit, dum versat in omnia vult°, Ad fratrẽ casu lumina flexa tulit. Cuius vt oblata est pręsentia, vicim° inqt. Hic mihi morte sua causa salutis erit. Protinus ignari nec qcq; tale timentis, Innocuum rigido pforat ense latus. Atq; ita diuellit, diuulsaq; membra per agros Dissipat, in multis inuenienda locis. Neu pr ignoret, scopulo proponit in alto Pallentesq; manus, sanguineumq; caput. Idẽ in epistola Hypsiphiles ad Iasonem. Spargere quæ fratris potuit lacerata p agros Corpora, pignorib° parceret illa meis. Sidonius. Sic torua Pelasgis Colchis in Apluſtri steterat trepidãte marito, Absyrtum sparsura patri, facturaq; cęsi Germani plus morte nefas, dũ funere pugnat, Et frem sibi tela facit. Sabellic°. Hãc fama est frna cæde cruẽtã Magnanimũ Aesonidẽ Colchis cũ pre relictis, Per varios casus p deuia regna secutam.

3 ℂ Menalippus Oenei filius dũ in syluis aprũ Calydoniũ venaret, a Tydeo fratre imprudẽte occisus est. Stati° Lib. ij. Theb. Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.

4 ℂ Polytes quoq; fuit quispiam, q fratrem peremit. Statius Lib. vij. The. Cesoq; infamis fratre Polytes.

5 ℂ Athila rex Pannonię reuersus e Gallia, Budã fratrem (qui regnum occupauerat) de medio sustulit.

6 ℂ Antiochus magnus Seleuci filius, mortuo patre fratrem vita exuit, vt solus principaretur, & regno frueret.

7 ℂ Aristobolus rex Iudęæ, Antigonũ fratrẽ (quẽ prius regni cõsortẽ fecerat) falso postea insimulatũ iterfici iussit.

8 ℂ Romulus cum ad extruendos vrbis muros, vallum

fratrem duxisset, vetuissetq; neq; illud transiliret. Remus in ludibrium fratris ausus est transilire. Quod iniquo ferés aio Romulus, eidē eripuit vitā. Lucan°. Fraterno primi maduerūt sanguine muri. Oui. in Ibin. Vtq; Remo muros ausus trāsir recētes, Noxia sint capiti rustica tela tuo.

9 ¶ Theodebertus Chilperici filius Francoꝝ rex, a Theoderico fratre bello petitus, & ad extremū interfectus est.

10 ¶ Fernandus rex Castellæ Sancij filius, Carsiā fratrē regē Nauarræ peremit, vt Nauarrā ipsam suo adiceret regno. Vsq; adeo libido principādi nō pscribit sibi modū.

11 ¶ Helenus Priami filius dum venaretur, nescio qua fortuna, Chaonem fratrem (a cuius nomine Chaonia dicta est) imprudens peremit.

12 ¶ Inuidia (quæ alienā psperitatē oculo irretorto nescit pspicere) fuit in causā cur Cayn fratrē Abelem (cuius victimas domino videbat gratas) nefarie interfecerit.

13 ¶ Memprícus filius Maddam rex Britaniæ, Malym fratrem exuit vita, vt eo mortuo principaretur. Cuneagius quoq; nō alia ratione fratrē Morganū occidit, quo tempore Roma condita est, vt supputat Volaterranus.

14 ¶ Cansignorus Veronensiū princeps moriens Antoniū & Bartholomæum filios reliquit hęredes. Quorum Bartholomeus Antonium fratrem de medio sustulit, quem in principatū consortem aut parem ferre non poterat.

15 ¶ Cambysi Persarum regi visus est per quietem nūcius adesse, dicēs Merdigem fratrem solio sedere regio. Qua ille visione consternatus, Prexaspem Persam ad eum interimendum misit. Autores Trogus & Herod. Cui flagitio, sororis quoq; mortem adiecit.

16 ¶ Canis grandis Veronensium princeps fratrem Erigatum (qui dum abesset, Veronam inuaserat) foris reuersus, obsedit, obsessum vicit, victum dedit morti.

17 ¶ Henricus Alphōsi vndecimi filiº, Petrū fratrē multis homicidijs famosum, tādē iterfecit magno oium plausu.

18 ¶ Perinus Fregosus Genuensium princeps, Nicolaum

fratrem doctrina moribusq; insignem, ob suspicionem affectati principatus interfecit.

19 ¶ Pinus Ordelaphus Foroliuiensis, vt solus regnaret, Franciscum fratrem trucidauit, eius liberis in exiliū missis. Autor Volaterranus.

20 ¶ Ptolemæus Philadelphus Argeū fratrem (a quo insidias parari sibi intellexerat) interfecit, & alteri fratri Magæ nomine (qui Cyrenis imperabat) bellum intulit.

21 ¶ Ptolemæo Philopatori nō satis fuit patrem interficere, nisi in fratrem quoq; & amicos gladio sæuiret.

22 ¶ Fráciscus & Ludouicus Gōzaga Vgolinū fratrē simulata amicitia ad cœnam inuitatum adorti sunt, & interfecerunt sola ad facinus inuidia moti, q̄ Guido Gonzaga pr̄ Mantuanoꝝ dux, ei soli principatum reliquisset.

23 ¶ Boleslaus Vratislai Bohemoꝝ regis filius, fratrē Vuēceslaū equitatis & religionis obseruātissimū, & Abeli iusto p similē, interfecit, Draomitia matre sceleris cōscia.

24 ¶ Ardiæus Pamphylię tyrānus patrē senio cōfectum, & fratrē natu maiorē interfecit. Autor Plato. Lib. x. de rep.

25 ¶ Iam diximus tantam in Mithridate rege Ponti fuisse feritatem. vt matrem, fratrem, & sex liberos interfecerit. Autor Cœlius Lib. xvi. lectionum antiquarum.

26 ¶ Isacius Angelus Imper. ab Alexio fratre (quem a Turcis captum redemerat) per summū scelus, oculis, imperio, & vita priuatus est.

27 ¶ Frotho Danorū rex tres habuit liberos Haldanum, Roem, & Scatonem, Quibus mortuo patre æqua incessit regnandi cupiditas. Quo factum est, vt Haldanus natu maximus duos iuniores interfecerit, & regnum parricidio fuscepit. Autor Saxo Grammati.

28 ¶ Feugo quoq; Horuēdilū Danoꝝ regē fratrē suū insidijs circūuēit, atq; vbi parricidio datº ēt locº, cruēta manu funestā mentis libidinē satiauit, vt eo mortuo regnaret.

29 ¶ Idē Saxo Lib. vi. historiæ Danicę, meminit cuiusdam Starcatheri, quē inusitata fortitudine, viribusq; prodigiosis

ait fuisse, vt q̃ nouem fratres athletas simul pugnantes interfecerit, decem & septem vulneribus acceptis, amissaq; maiori viscerum parte.

30 ¶ Herminefredus Bertarium fratrem vi oppressit, Vt soli sibi tranquillius & securius apud Thoringos liceret regnare. Autor Grego. Turon.

31 ¶ Orta inter Dardanum & Iasium contentione, Dardanus superior fratrem peremit, adeo cõsortem nescit potestas, adeo rara est in necessarios charitas, vbi illa dominandi libido mentes hominum titillat.

32 ¶ Bela rex Pãoniæ, Polonor̃ copijs instructus, Andreã fratrẽ bello aggressus est, partaq; victoria iterfecit victũ.

33 ¶ Aliarchus Arcesilaum fratrẽ Cyrenæor̃ regem ęgrotantem veneno potauit, & eo modo strangulauit. Learchus demũ ab Eryxo Arcesilai vxore, lege Talionis interfectus est. Autor Herodo. in Melpo.

34 ¶ Typhon Aegyptius fratrẽ suũ Osiridẽ peremit, iuidia accensus. Autores Berosus & Seneca de sacris Aegyptiorum. Diodorus item. Cõpertum est, inq̃t, Osiridẽ Aegypto iuste regnãtem a Typhone fratre ipio ac nefario interemptum. Quem in sex & viginti partes dissectũ, cuilibet eor̃, qui tanti sceleris participes fuerant, partem dedit, vt ipsos defensores custodesq; regni fidos haberet.

35 ¶ Isis demum Osiridis fratris mortẽ vlta, Thyphonem alterum fratrem auxilio filij (qui Oros dicebatur) occidit. Annius in Berosum.

36 ¶ Henricus cognomento Clericus Anglor̃ rex, Robertum fratrem hostem habuit quem in bello captum, oculis primum auulsis in carcerẽ detrusit, ac demum pędore & inedia ibidem emori fecit. Volaterranus.

37 ¶ Orodes Phraatis filius, Parthorũ rex, Mithridatem secundum fratrem suum Babyloniæ obsedit, factaq; deditione in cõspectu omnium q̃uis supplicem interfecit. Deus te perdat Ambitio. Quæ fratres armas in fratrum viscera, quæq; Securum a nato non sinis esse patrem.

38 ¶ Ioram rex Iudęæ suasu Athalię vxoris, fratrẽs interfecit & nullũ sceleris gen° omisit a nullo abstinuit flagitio.

39 ¶ Ioannes Iudæ pontificis filius, quintus Hebręor̃ pontifex, fratrem Iesum nomine (quem affectatæ dignitatis habebat suspectum) morti dedit.

40 ¶ Iugurtha Manastabilis filius nothus, fratres suos Adherbalem & Hiempsalem Micipsę patrui sui filios, interfecit, vt solus Numydis imperaret. Autor Sallusti.

41 ¶ Friola Alphonsi Catholici filius rex Hispaniæ, ab Aurelio fratre iterfectus est, cũ annos duodecim regnasset.

42 ¶ Leucõ ab Oxilocho fratre rege Ponti interfectus est, q̃ cum eius vxore adulterij & incestus consuetudinẽ haberet. Ouidius in Ibin. Aut pia te cæso dicatur adultera, sicut Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.

43 ¶ Mamertes cum Sisaphonis Corinthi fratris sui filios regnãdi libidine peremisset, ab ipso Sisaphõe mẽbratim laceratus est. Ouid. in Ibin. Trunca geras sæuo mutilatis partibus ense, Qualia Mamertis membra fuisse ferunt.

44 ¶ Hesiodus poeta Ascręus noctu iugulatus est ab Antipho & Crimeno fratribus, non tũ opera dedita, sed per errorẽ, dum illi sororis suæ interfectorem esse putarent.

45 ¶ Rhesus Maximi & Ameriæ filius, fratrem Simulum in venatione volens interfecit, ac ꝓpterea ei paterna domo interdictum est. Autor Aristides apud Plutar.

46 ¶ Anacharsis ꝓnus Scytha genere, dũ Atheniẽsiũ leges apud suos itroducere conaret, vt prię cõsuleret, a Cadui do fratre eius loci rege p liuorem sagitta confossus est.

47 ¶ Lucilla M. Antonij & Faustæ filia, a Commodo fratre, in quem coniurauerat, deprehensa, ab eodem interfecta est. Autor Herodianus.

48 ¶ Maximianus Diocletiani filius Artemiam sororem gladio percussit, quod relicta Idololatriæ hæresi, ad fidẽ se conuertisset.

49 ¶ Critolaus Tægeates sororem interfecit, ꝙ sibi e victoria redeunti nõ gratularetur, cum tũ cęteri omnes ei ap-

plauderent Autor Demarathus apud Plutarchum.

10 ¶Primus apud Romanos Horatius ob sororē iterfectā pduellionis reus factus est, dein absolutus. Autor Liui⁹.

11 ¶Cābyses sororē interfecit, q illa Smerdis fratris sui a pre occisi mortē lugeret velut inultā. Autor Herodot⁹.

12 ¶Polyphontes rex fratrē interfecit, q ab eo insidias & mortē parari sibi itellexisset. Autor Gelli⁹. Lib. iiij. Ca. j.

¶Mulieres quæ maritos occiderunt.

1	Clyremnestra	6 Laodice	11 Semiramis
2	Belides	7 Lucilla	12 Ioanna
3	Albina	8 Cyrce	13 Fabia
4	Thebe	9 Vxor Gandul.	14 Agrippina
5	Rosimunda	10 Vxor Galeoti	15 Vxor Spitamēis

1 REdeuntem ab expeditione Troiana Agamemnonem, Clytēnestra vxor interfecit auxiliante Aegysto, quo cū stupri cōsuetudinem habebat. Virgilius Lib. xi. Aenei. Ipse Myceneus magnorum ductor Achiuum Coniugis (infandum) prima intra limina, dextra, Oppetijt, deuicta Asia subsedit adulter. Seneca in Agamemnone. Rex ille regum, ductor Agamemnō ducum. Cuius secutæ mille vexillum rates, Iliaca velis maria texerūt suis, Post dena Phœbi lustra deuicto Ilio, Adest daturus coniugi iugulum suæ. Idem alibi. Adest cruenta coniugis victrix sui.

2 ¶Danaus Beli filius quinquaginta habuit filias, quę totidem Aegisti filijs nupserunt, factaq; simul cōiuratione omnes maritos nocte vna interfecerunt, præter Hypermnestram, quę Lynceo viro pepercit. Seneca. in Hercule Furēte. Nunc nūc cruentę regis Aegysti nurus Adeste, multo sanguine infectæ manus. Ouidius Lib. i. de Arte. Quęq; patrare necē miseris patruelib⁹ ausæ Belides. Ho. Lib. ij. Car. Impię sponsos potuere duro Perdere ferro. Pamphilus. Et nunq̄ captas captabūt Belides vndas, Turba maritali pernicioſa nece.

3 ¶Scribit Volaterranus Albinam quandā Syriæ regis fi-

liam duas & triginta habuisse sorores, quæ totidem maritos interfecerunt, expulsaq; ppterea a patre venisse in Britaniā & a nomine Albinæ insulam vocasse Albionē.

4 ¶Alexander Pheræus Thessaliæ tyrānus cum vxorem Theben cuidam barbaro nudam plerunq; ostēdisset, ab eadem factum ægre ferente, dormiēs iugulatus est. Ouidius in Ibin. Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi, Qui datus est Letho coniugis ense suę.

5 ¶Albionis rex longobardorum Cunimūdo Gepidorū rege interfecto, eius filia nomine Rosimūdam sibi copulauit, Cui cum aliquando inter pocula, patris Caluaria per iocum propinasset, irata puella nō prius machinari destitit, q̄ eum curauerit interficiendum. Quo mortuo alium maritū Helmigem nomine sibi copulauit, quem postea veneno suffocauit.

6 ¶Antiochus Deus cognomento rex Syriæ, ab vxore Laodice veneno interfectus est, ob inductā alteram Berenicem Ptolemæi sororem.

7 ¶Antoni⁹ verus Impator perijt veneno a Lucilla vxore ppiato, ob Fabię pluetudinē, ad quā frequēter itabat.

8 ¶Cyrce venefica mulier Sarmatarū regem (cui nupserat) veneno itidem fertur occidisse, arreptoq; regno subditos multum oppressisse.

9 ¶Gandulphus (qui in Burgundia pro fide martyrium passus est) dum vxorem adulterij insimularet, eiusdem opera ab adultero interfectus est.

10 ¶Galeotus Foroliuij princeps Ioānis Bentiuolij filiam duxit in vxorem. A quo dum sperneretur puella simulata ægritudine sicarios subornauit medicos, q̄ eum adorti in cubiculo confoderunt.

11 ¶Semiramis cum a marito Nino impetrasset, vt diem modo vnū in regio sederet tribunali, obiretq; regiū munus iuri dicundo, sanciēdoq; quæ viderentur, exploratis satellitum animis Ninum ipsum apprehendi iussit, & in vincula conijci, ac postremo interimi. Autor Cœlius.

12 ¶Andreas filiꝰ Caroli Pănonię regis a Ioănavxore regi na Sicilię iterfectus eſt, ꝙ ignauꝰ & regno iutilis videret.

13 ¶Fabia mulier Fabiũ Faberianũ iterfecit, vt liberiꝰ poſ ſet laſciuire cũ Petronio Valentino liberali forma adole ſcentulo, quo cum adulterij conſuetudinem habebat.

14 ¶Agrippina Tiberium Claudium principem maritum ſinum veneno ſuſtulit. Autor Plinius Lib. xxxij. Cap. 22.

15 ¶Curtius Lib. vij. ait Barbaꝛ quẽdã Spitamenẽ ſomno & vio ſepultũ, ab vxoꝛi in caſtris Alexãdri fuiſſe iterfectũ.

¶Viri vxorum interfectores.

1 Cephalus.	4 Conſtantinus	7 M. Cæcilius	
2 Nero	5 Mithridates	8 Periander	
3 Chilpericus	6 Egnatius	9 Dacianus	

1 PRocris mulier exiſtimans Cephalum maritum al teram deperire puellam, eundem in ſyluas profe ctum ſecuta eſt, vt obſeruaret quid faceret. Cũ er go in dumis deliteſceret, ac vepres concuteret, Cepha lus opinatus eſſe feram, ſagittis eam confodit. Ouidius Lib. vij. Meta.

Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca
Sum ratus eſſe feram, telumq; volatile miſi.'
Procris erat, medioq; tenens in pectore vulnus,
Hei mihi conclamat. Vox eſt vbi cognita fidæ
Coniugis, ad vocem præceps amenſq; cucurri:
Semiaminem & ſparſas fœdantem ſanguine veſtes,
Et ſua (me miſerum) de vulnere dona rrahentem,
Inuenio &c. Adagium eſt apud Eraſmum, Procridis te lum, De certis Iaculatoribus, aut ictu ex ſententia iacto.

2 ¶Nero Sabinam Poppeam vxorem calcis ictu, quam uis prꝙgnãtem interfecit, nulla impellente cauſa, ſed ſo ꝛa bile & iracundia motus. Autor Cor. Tacitus Lib. xvij.

3 ¶Chilpericus Clotharij filius, Gloſindam vxorẽ Atha nagildi Gotorum regis filiam ſuaſu Fredegundæ pelli cis noctu iugulauit.

4 ¶Conſtantinus Imperator Conſtantij & Helenæ filius, vxorem

vxorẽ ſuã Fauſtã cuiꝰ ſuaſu Criſpũ filiũ prius iterfecerat) in balneas ardẽtes ꝓiectã interemit. Autor Sex. Aureliꝰ.

5 ¶Mithridates rex Ponti vxorem Laodicem (qua mor tua Hipſicrateam duxit) cum ſorore, matre, fratribus, ac liberis interfecit. Autor Herodo.

6 ¶Plinius lib. xiij. Scribit Egnatij Metentini vxorem ꝙ vinum bibiſſet e dolio, iterfectam fuſte a marito, eumq; cædis a Romulo abſolutum.

7 M. Cæcilius apud eundem Pliniũ Lib. xxvij. accuſat Cal phurniũ Beſtiã, ꝙ dormiẽtes vxores veneno peremerit.

8 ¶Miratur Sabellicus, nec ſane mirꝛ ꝙ miretur Periãdrũ Corinthium inter eos numeratũ, quos Græcia ſapientes appellauit, qui Lyſidem vxorem (alij Melitã ſcribũt) in pellicis gratiã interfecerit, ſciens volenſq; cũ Cratea mꝛe concubuerit, filium relegauerit, & Corcyrentium natos Aliatti excæcandos præbuerit, vt docet Herodotus.

9 Dacianus præſes Alexãdriam vxorem a beato Georgio ad fidem conuerſam ſuſpendi fecit & interfici.

¶Alij Parricidæ.

1 Amulius	11 Childebertus	20 Aegyſtus	
2 Artabanus	12 Conſtantinus magnus	21 Perſeus	
3 Childebertus		22 Draomitia	
4 Sigiſbertus	13 Eduardus	23 Io. Caleatius	
5 Egebertus	14 Nuceria	24 Caligula	
6 Mamertes	15 Martina	25 N. Ioannes al ber. ne.	
7 Aurelianus	16 Hippodamia	26 Domitianus	
8 Moſes	17 Pto. Auletes	27 Tydeus	
9 Atreus	18 Val. Beſtius		
10 Pygmalion	19 Polymneſtor		

1 PRoca rex Albanoꝛ duos habuit filios Amulium & Numitorem, qbus regnum alternis annis dimi ſit regendũ. Cum autem prior Amuliꝰ regnaſſet, peracto anno fratri cedere noluit. Quinetiam Lauſum eius filium interemit, & Iliã eius ſororem (nequa inde manaret proles, quæ facinus vlciſceretur) inter Veſtales

inclusit. Ouid. Lib. iiij. Fastorum. Quem sequtur duri Numitor Germanus Amuli, Ilia cum Lauso de Numitore sati. Ense cadit patrui Lausus, placet Ilia Marti.

2 ¶ Xerxes ob res infeliciter in Græcia gestas, adeo inter suos euiluit, vt Artabanus, spem nactus occupādi regni, eum in regia interfecerit. Autor Trogus.

3 ¶ Childebertus Clodouei primi filius fratris sui Clodomyri filios pupillos & clientes suos ad se venire iussos interfecit, vt eorum patrimonio potiretur.

4 ¶ Sigisbertus Clotarij filius bellum cū Chilperico gessit, in quo Theodebertum eius filiū post alia multa crudelitatis exempla interfecit.

5 ¶ Egebertus Sycoberti filius rex Angloꝝ, fratris filios (quos patre mortuo educabat) impuberes occidit.

6 Mamertes Corinthius filios fratris sui Sisaphonis regnādi libidine interficit, maximo suo malo. Nā vbi Sisapho factū resciuit, eū mēbratim discerpsit. Autor Ouid. i ibin.

7 ¶ Sextus Aurelius scribit Aurelianū Imperatorē sæuū fuisse & sanguinarium, vt q sororis suæ filiū interfecerit.

8 ¶ Orchāes rex Turcaꝝ Celapini filiꝰ, a Mose patruo (cui pupilli fidei se pupillū cōmiserat) interfectꝰ ē, & regno spoliatꝰ.

9 ¶ Thyestes Pelopis & Hippodamiæ filius, Europā seu Aerōpen fratris sui Atrei vxorē stuprauit, & ex ea duos suscepit liberos, Tātalū & Plysthenem, quos Atreus ipse interfecit, interfectos fratri comedēdos apposuit. Seneca. Tātalus pria hostia est. Tūc ille ad aras Plysthenē seu trahit, Adijcitq; fratri, colla percussa amputat. Itē apud eūdem Atreꝰ sic loqt̄. Ferro vulnera ipressō dedi. Cecidi ad aras, cæde votiua focos. Placaui & artus corpora exanima amputās. In parua carpsi frusta, & hęc feruētibus Demersi ahenis, illa lētis ignibꝰ Stillar iussi, mēbra neruosq; abscidi Viuētibꝰ, gracilicq; traiecto veru Mugir fibras vidi.

10 ¶ Pygmalion rex Tyri frater Didonis, cū esset auri cupidissimus, Sichæū sororis suæ maritū agri inter Phœnicas ditissimū interfecit: vt mortui diuitias arriperet. Virgi.

Lib. i. Aen. Ille Sichęū Impiꝰ ante aras, atq; auri cęcꝰ amore Clā ferro incautū superat, securus amoꝝ Germanæ.

11 ¶ Childebertus Clodouei filius in Almarichū Gothoꝝ regem sororis suæ Clotildis maritum bellum mouit, ac victū victor obtrūcauit, ꝙ Clotildē ipsam iurgis & verberibus ꝓpter cultū Orthodoxæ fidei quotidie incesseret.

12 ¶ Constantinus magnus Licinium sororis suæ maritum pugna sæpius oppressum, & tādem apud Nicomediam victum interfici iussit.

13 ¶ Eduardus secundus rex Anglorum venatu rediēs ab Alfrida nouerca venenato poculo interfectus est. Volebat enim scelerata mulier Eceldredum filium suum seprennem principari.

14 ¶ Nuceria vxor Hebij, cū Firmū Priuignū maligno ꝓse quereē odio, filios suos ad inferēdā ei mortē incēdebat. Quod cū illi facere p pietatē abnuerēt, dormientem gladio adorta est. Autor Dositheus apud Plutarchum.

15 ¶ Constantinus Heraclij filius cum annum vnum imperasset, Martinæ nouercæ laborantis filium imperare, veneno interfectus est.

16 ¶ Pelops Tantali filius ex Hippodamia, duos suscepit liberos Atreū & Thyestem. Ex Danide puella Chrysippū patri cæteris chariorem. Quem cum nouerca Hippodamia odio prosequeretur, eius cruore manus impias contaminauit. Dositheus apud Plutar. testis.

17 ¶ Ptolemęus Auletes a Romanis regno Aegypti redonatus, quo ꝓpter flagitia eiectus fuerat, Archelai Cappadociæ regis filium sororis suæ Cleopatræ maritū (quem Aegyptij regē sibi delegerāt) vna cum sorore interfecit.

18 ¶ Spoliante Campanos Annibale. L. Imbricus filiū Rusticium cum magno auri pondere Valerio Bestio genero suo seruandum commisit. Quem tamen Valerius auaritia stimulante obtruncauit, vt auro potiretur.

19 ¶ Eadē causa Polymestor rex Thracię Polydoꝝ Priami soceri sui filium iugulauit. Mantuanus Lib. i. de Calami.

Temporum. Hæc Priami natũ cui longa pepercerat ira Martis,& a patria procul obsidione latentem Threicio iuuenem innocuũ mucrone peremit. Ah scelus, ah diru facinus,multroq; piãdum sanguine.primęuæ imberbem sub flore iuuentæ,Ignarumq; doli puerũ,nil tale verentem Perfidus obtruncat. Virg. Lib. iij. Aen. Hũc Polydoꝛ auri quondã cũ p ndere magno Infelix Priamus furtim mandarat alendũ,Threicio regi. Demum subiungit. Fas omne abrumpit,Polydoꝛ obtrũcat,& auro Vi potitur.

20 Aegystus Thyestæ filius Atreum patruum suum adultus interfecit,mortemq; Plysthenis & Tantali fratrum suoꝛ ab ipso Atreo interfectorum vltus est.

21 ¶ Acrisius Abantis filius cũ ab oraculo accepisset se eius manu periturum, qui ex Danae filia nasceretur, natum postea ex ea Perseum iussit exponi & submergi. Cõpertus tamen in litore Perseus, a piscatore quodam nutritus est. Inde vbi adoleuit,suamq; resciuit originem, Acrisium ipsum interfecit.

22 ¶ Draomitia Bohemorum regina Ludimillam socrum Religionis obseruãtissimam interfici iussit. Cuius suasu Boleslaus filius Vuenceslaum fratrem iam interfecerat. Autor Volater.

23 ¶ Io. Galeatius Barnabam socerum Mediolani ducem per proditionem cepit, coniectumq; in carcerem mori coegit, vt eo mortuo principatum arriperet.

24 ¶ Tiberius Nero Caligulę nepotis imperãdi libidine cõflagrãtis,astu & dolo pyt,anno ętatis. 78. Impij vero. 23.

25 ¶ Albertus Imp. dux Austrię. & filius Rodulphi imperatoris,dum suasu Bonifacij Pont. exercitũ pararet in Gallos,a Ioanne fratris sui filio interfectus est.

26 ¶ Domitianus,autore Tranquillo,Flauium Clemẽtem patruelem suũ (cuius filios etiam paruulos successores palam destinauerat) interfecit.

27 ¶ Tydeus Oenei filius Alcatum & Lycothæum nepotes apud Calydonẽ interfecit,ac demum Argos aufugit.

¶ Submersi aquis.

1 Hylas
2 Orontes
3 Leucaspis
4 Palinurus
5 Aesacus
6 Tyberinus
7 Anna
8 Helle
9 Icarus
10 Læander
11 Cærelia
12 Aegeus
Sappho
13 Pharao
14 Ino
Melicerta
15 Cæsari⁹ Apher

16 Eupolis
17 Cl. Marcellus
18 Milo
19 Menander
20 Misenus
21 Myrtilus
22 Terentius
23 Aeneas
24 Decius
25 Argyropylus
26 Edimundus
27 Astorgius
28 Britona
29 Cæyx
Alcyone

Iulianus presbyter

30 Sigismundus
31 Sforția Attẽdul⁹
32 Federic⁹ænoba
33 Lycas
34 Iordanes Monna.
35 Phronyma
36 P. Malleolus
Galeatius
Euneus
37 Marullus
38 Pœtus
39 Argynus
40 Quintianus
41 Martyres nonnulli
42 Roxana

1 HYlas Thyodamantis filius cum Hercule (cuius erat amasius) reliquisq; Argonautis Colchos naui gans, dum aquam vellet haurire, vrnæ ponderi submersus est, multisq; clamoribus ab ipso Hercule, sed frustra acclamatus. Virg. Aegloga. vi. His adiũgit Hylam, nautę quo fonte relictum Clamassent, cum litus Hyla Hyla omne sonaret. Iuue. Et multum quæsitus Hylas, vrnamq; secutus. Item Mãtuanus de fortuna Gonzagę. Quid frustra Alcides, pueꝛ per litora & vndas Quæris Hylam, dum te insano clamore fatigas, Ille inter dulces vitreo sub gurgite nymphas Dormit, & affectus ridet mens libera nostros. Fabulantur poetæ eum a Nymphis ob formam excellentem raptum. Propertius Lib. ij.

Tandem haurire parat demissis flumina palmis
Innixus dextro plena trahens humero.
Cuius vt accensæ Dryades candore puellæ,
Miratæ solitos destituere choros.

Prolapsum leuiter facili traxere liquore.
Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat responsa, sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert. ¶ Ausonio.
Aspice quam blandæ necis ambitione fruatur.
Letifera experiens gaudia pulcher Hylas,
Oscula & infestos inter moriturus amores,
Ancipites patiť Nayadas Eumēidas. ¶ Bap. Pi. li. i. Ele.
Non tantum geminatus Hylas Tyrinthius, vrnam
Thynniacis quondam forte secutus aquis.

2 ¶ Orontes Troia diruta cum Aenea in Italiā nauigans, naufragiū fecit. Virgil. Lib. i. Aeneidos, Vnā, quę Lycios, fidumq; vehebat Orontem, Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus In puppim ferit, excutitur, pronusq; magister Voluitur in caput. ast illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

3 ¶ Leucaspis quoq; eadem procella obrutus est, eodē Virgilio teste, qui Lib. vi. Aen. inquit. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem. Quos simul a Troia ventosa p æquora vectos Obruit Auster aqua, inuoluens nauemq; virosq;.

4 ¶ Palinurus gubernator nauis Aeneæ, dum obrepente somno dormitaret, incautus decidit in mare. Neq; tñ tūc primū submersus est. Sed cū portui (qui Velinus postea dictus est) adnaret, ab incolis pro belua marina obrutus est. Virgi. in fine quinti Aene. O nimium cœlo & pelago confise sereno, Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Idē i sexto, Ecce gubernator sese Palinurus agebat, Qui Libyco nup cursu (dū sydera fuat) Exciderat puppi medijs effusus i vndis. Oui. in Ibin. Aut vbi vētosum supparis naufragus æquor, Contacta pareas, vt Palinurus humo.

6 ¶ Aesacus Priami filius ægre ferēs Hesperiem puellam (quā fugientē insequebat) morsu colubri in herba latentis fuisse iterfectā, in aquas se demisit, mutatus postea in Mergū, vt poetæ fabulantur. Ouid. Lib. xij. Meta. Dixit,

Et e scopulo (quē rauca subederat vnda) Decidit i pōtū.

6 ¶ Iam diximus Tyberinū regem se in Tyberim præcipitasse, & fluuio (q prius Albula dicebatur) nomen imposuisse. Ouidius in Ibin. Vtq; vel Euenus torrenti flumine mersus, Nomina des rapidæ vel Tyberinus aquæ. Idem Lib. xiij. Sed Capys ante fuit, Regnū Tyberinus ab illis Cepit, & in Thusci demersus fluminis vndis, Nomina fecit aquæ. Idē Lib. iiij. Fasto. Accipimus regnum, post hūc Tyberinus ab illo Dicit in Thuscę gurgite merius aquę. Tyberinus (inqt Lactātius) vel Tyberis amni mersus est.

7 ¶ Anna soror Didōis se in Numitium fluuium demisit. Causam mortis vide in eorum historia qui se occiderūt. Ouidius Lib. iij. Fastoꝝ, Corniger hanc tumidis rapuisse Numitius vndis Creditur, & stagnis occuluisse suis.

8 ¶ Helle filia Athamantis regis Thebarum, insidias nouercę cum Phryxo fratre fugiens, arietem aurei velleris conscendit, vt eo modo Colchos veheretur. Quos cum per mare ferret aries, contigit vt Helle puella perterrita in pontum caderet, & Hellesponto imponeret nomen. Ouidius Lib. iiij. Fast. Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra Fœmina, cum de se nomina fecit aquæ. Pene simul perijt, cū vult succurrere lapsæ Frater, & extētas porrigit vsq; manus. Idē in Epistolis Heroidū. Forsitan ad pōtum mater piavenerit Helles, Mersaq; turbatis nata fleat aqs. Aut mare ab inuiso priuignę noie dictū Vexat in æquoream versa nouerca deā. Item. Hac Helle perijt, hac ego lędor aqua. Val. Flaccus Li. i. Argo. Quis tibi Phryxe dolor, rapido cum cōcitus æstu. Respiceres miseræ clamantia virginis ora, Extremasq; manus, sparsosq; per æquora crines? Seneca in Troade. Questus est Hellem cecidisse Phryxus, Cum gregis ductor radiante villo Aureo fratrem simul & sororē Sustulit tergo, medioq; iactum Fecit in pōto. Propertius Lib. ij. Qualem purpureis agitatā fluctibus Hellem, Aurea quā molli tergore vexit ouis.

9 ¶ Icarus Dædali filius a Creta cū pre fugiēs, fretus ala-

rum(quas fecerat pr̃) fiducia, dum altius in auras euolaret, liquefactis a Sole pẽnis cereis in mare cecidit, quod ab ei⁹ ruina Icariũ cœpit dici. Seneca i Hercule Oethęo. Sed dum volucres vincere veras Icarus audet, patriasq; puer despicit alas, Phœboq; volat proximus ipſi, Dedit ignoto nomina põto. Ouidius: Lib. i. Triſtium. Dum petit infirmis nimiũ ſublimia pẽnis Icarus, Icareis noia fecit aqs. Idẽ Lib. viij. Meta. Oraq; cœrulea patriũ clamantia nomen, Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.

10 ¶ Læander ſpecioſus puer ex Abydo, cũ in Seſton vrbẽ multũ remotã nauigaret ad amaſiã ſuã, Ero noie, tẽpeſtate ſuborta periclitatus eſt. Ouid. Lib. iij. Triſtiũ. Si tibi tale fretũ quondã Læandre fuiſſet, Non foret anguſtæ mors tua crimen aquæ. Stroza pr̃ Lib. i. Eroticon. Iamq; procelloſo poſiturus in æquore vitã, Hei mihi cõgeminat, Seſta puella vale. Seſta puella vale clamabat, & eccę loquentem Præruptus vaſtę ſupprimit ager aquæ. Mantuanus ad Heliſam. Quis natat inflatũ piceis aglonibus æquor, Naufragus iratis inter Delphinas in vndis? Eſt Læander. Amor iuuenem ſic ire coegit. Martialis Lib. i. Cum peteret dulces audax Læandrus amores, Et feſſus tumidis iam premeretur aquis, Sic miſer inſtãtes effatus dicitur vndas, Parcite dum ꝓpero, mergite dum redeo.

11 ¶ Cærelia mulier dum Baias nauigaret. aqs obruta eſt. Martialis Lib. i. Dum petit a Baulis mater Cęrelia Baias, Occidit inſani crimine merſa freti.

12 ¶ Aegeus Theſei pr̃ ſe ſubmerſit. Cauſam vide in præcedenti capite. ¶ Sappho quoq; e Leucade Epiri promontorio ſe pręcipitauit. Statius Lib. v. Syl. Saltuſq; ingreſſa viriles. Non formidata temeraria Leucade Sappho.

13 ¶ Pharao rex Aegypti dum Iſraelitas perſequeretur, mare rubrum virga Moyſis diuiſum ingreſſus, cum toto exercitu periit & ſubmerſus eſt. Politianus in Nutricia, Vt rubra ſicco pede tranſiit vndas, Demerſo inſignẽ fecunit Pharaone triumphum.

14 ¶ Ino vxor Athamãtis ſe cum Melicerta filio demerſit. Ratio iam poſita. Val. Flac. Lib. viij. Argõ. Attonito qualis pede proſilit Ino In freta, nec parui meminit conterrita nati. De Melicerta ſeu Palęmone Statius Lib. ij. Syl. Talis Iſthmiacos ploratus ab æquore portus Naufragus impoſita iacuit ſub matre Palęmon.

15 ¶ Cæſari⁹ Apher genere, & Iulian⁹ pſbyter apud Terraci nã ſub Claudio i mare ꝓcipitati ſunt Calẽdis Nouẽbris.

16 ¶ Eupolis Athenienſis poeta Comœdiographus nauigans in Helleſpontum, quo tempore Lacedæmones opprimebantur bello, naufragio periit.

17 ¶ Claudi⁹ Marcellus miſſus ad Maſſaniſſam in Africã, pĳt naufragio paulo añ tertiũ bellũ Punicũ. Autor Liui⁹ Cice. in oõne ad Piſonẽ. Marc⁹ Marcellus, iqt, q ter fuit ꝯſul, ſumma virtute, pietate, gloria militari periit i mari.

18 ¶ Milo Tyrannus Piſæ cũ ſubditos multis afficeret tormentis & cruciatibus, ab eiſdem in mare demerſus eſt. Oui. in Ibin. Vtq; Milo, ſub quo cruciata eſt Pyſa Tyranno, Viuus in occultas præcipiteris aquas.

19 ¶ Menander Gręcus poeta Comœdiographus, dum in exiguo nataret fluuio, ibidem ſubmerſus eſt. Ouidius in Ibin. Comicus vt liquidis periit, dum nabat, in vndis, Et tua ſic Stygius ſtrangulet ora liquor.

20 ¶ Miſenus Aeneę tubicẽ, dum Tritonem deũ marinum ad Tubæ certamẽ irritaſſet, ab eodẽ in mare deturbatus eſt. Virgil. Lib. vi. Aen. Qui tum fõite caua dum perſonat æquora concha, Aemulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa virũ ſpumoſa immerſerat vnda.

21 Oenomaus ab oraculo mõitus ſe tũc peritur̃: cũ Hippodamia nuberet, ꝑcis eã petẽtibus certamẽ ꝓpoſuit: vt cũ puella curſu cõtẽderẽt, quæ ꝓpter Harpynnæ & Pſyllæ equor̃ celeritatẽ videbatur inſuperabilis. Cõuenerat añt: vt victi interficerẽtur, victores eã ſibi haberent. Cũ ergo Pelops puellam deperiret, eius aurigã Myrtilum, largitiõe corruppit. Quẽ ꝓpterea Oenomaus in mare (quod

ab eo Myrtoum dictum est) demersit. Alij volunt Myrtilum ab ipso Pelope precipitatũ, dum sue ꝓditiõis mercedem peteret. Ouid. in Ibin. Proditor vt ſeui periꝛ auriga tyrãni, Qui noua Myrtoæ noia fecit aquæ. Seneca in Thyeſte. Prodit° occidit Deceptor dñæ Myrtilus & fide
22 Vect° qua tulerat, nobile reddidit, Mutato pelagus noie. ¶ De publio Terẽtio poeta Comœdiographo & Theoxena muliere, vide Hiſtoriam præcedentem.
23 ¶ Licet Virgilius dicat Turnũ ab Aenea interfectũ, sunt tñ argumẽta quæ inficiantur, imo vero Aeneam Turno adactũ ad mortẽ inferũt, ſubmerſumq; in Nũicio fluuio, dũ inſequẽtẽ Turnũ fugeret. Quod & apud Virgiliũ fatet videt Venus ꝓ Aſcanio Iouẽ orãs deſperato iã Aenea, vbi ait. Aeneas ſane ignotis iactet in vndis, Et q̃cũq; viã dederit fortuna, ſequat, Incolumẽ Aſcaniũ liceat ſupeſſe nepotẽ. Quã mortẽ prius Dido ei imprecata fuerat, vbi ait. At bello audacis populi vexatus & armis, Finib° exſortis, cõplexu auulſus Iuli Auxiliũ iploret, videatq; indigna ſuoꝝ Funera, nec cũ ſe ſub leges pacis iniquæ Tradiderit, regno, aut optata luce fruat, Sed cadat ante diẽ, mediaq; inhumatus arena. Itẽ Iuuenalis de Romulo fulminato, & Aenea ſubmerſo loquẽs. Alter aqs, alter flam mis ad ſydera miſſus. Ouid. quoq; in Meta. ſic ait. Litus adit laurẽs, vbi tect° arũdine ſerpit In freta flumineis vicina Numici° vndis. Hũc ſubet Aneę q̃cũq; obnoxia morti Abluere, & tacito deferre ſub ęquora curſu. Corniger exeqtur Veneris mãdata, ſuiſq;, Quicqd in Aenea fuerat mortale, repurgat. Itẽ Tibullus Lib. j. Illic ſanctus eris. cũte veneráda Numici, Vnda deũ cœlo miſerit indigetem.
24 ¶ Decius Imperaror a Gothis cum toto exercitu profligatus fugã arripiens paludis voragine abſorptus eſt, nec poſtea inuentus. Autor Sextus Aurelius.
25 ¶ Argyropylus ipator Zoęvxoris & Michaelis Paphlagonis ei° adulteri dolo, inter Balneas aqs imerſus obiit.
26 ¶ Atelſtanus Edimũdũ adoleſcẽtẽ Angloꝝ regẽ i nauigio ſine remige fluctib° pdẽdũ expoſuit vno tm̃ comite.

27 ¶ Aſtorgius filius Galeoti Foroliuienſium principis, cũ longam obſidionem Cęſaris ab Alexandro pontifice patre miſſi ſuſtinuiſſet, ad extremum victus, & Romanꝰ ductus in Tyberum noctu præcipitatus eſt.
28 ¶ Britona filia Martis, ſe in mare deiecit, vt ſtuprũ Minois regis poſſet effugere.
29 ¶ Cæyx maritus Alcyones ad oraculũ nauigãs, naufragium fecit in auẽ poſtea mutatus, vt fabulantur poetæ. Oui. in Ibin. Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in vndis, Quã cui ſunt viſæ frater & vxor aues. Seneca in Agamẽnone. Licet Alcyones Cæyca ſuũ Fluctu leniter plangente ſonẽt. Eo mortuo, Alcyone quoq; ſe ſubmerſit.
30 ¶ Clodomyrus Frãcoꝝ Rex Gũdebaldo Burgũdię rege ſupato Sigiſmũdũ ei° filiũ vna cũ ſoroꝛ i puteũ demerſit.
31 ¶ Sforcia Attendus cum vni e miniſtris in Aterno fluuio periclitanti vellet ſuccurrere, cum eo naufragium fecit. Fuit is pater Franciſco Sforciæ.
32 ¶ Federicus Aenobarbus imperator ad expeditionem Hieroſolymitanam profectus, cum aliquot Armenię oppida iam cepiſſet, in amnis tranſitu periit.
33 ¶ Lycas cũ venenatã Herculi tunicã attuliſſet, ab eo in mare Euboicũ deiectus ẽ. Oui. in Ibin. Quã q dona tulit Neſſęo tiẽta veneno, Eboicaſq; ſuo ſanguie tixit aquas.
34 ¶ Iordanes monachus Theologus Pariſiẽſis dum ſepulchrum dãi viſeret, tempeſtate ſuborta aqs obrutus eſt.
35 ¶ Phronyma puella ab Etearcho patre rege Cretæ ſuaſu nouercæ, in aquas præcipitata eſt, Themiſone quodã ſceleris miniſtro. Autor Herodotus.
36 ¶ De P. Malleolo matricida, Galeatio Mantuano, Eueno patre Marpiſſæ (qui omnes ſubmerſi ſunt) iã ſumus locuti in præcedente Hiſtoria.
37 ¶ Marullus poeta Pontani diſcipulus (qui a Politiano æmulo & hoſte ſuo, Mabilius dicitur, & quẽ ipſe Ecnomum vocat) in amne Cecina ſubmerſus eſt.

38 ¶Propertius Lib.iij.scribit Pœtũ quẽdam, in Aegyptũ causa pecuniæ cõparãdę nauigãtẽ, fluctibus obrutũ fuisse. Sic enim pecuniã alloquens ait. Tu Pœtũ ad Pharaos tendẽtẽ lintea portus, Obruis insano, terq; quaterq; mari. Idẽ. Positaq; in gurgite vita Pœtũ spõte tua vilis arena tegas. Idẽ. Huic fluctus viuo radicit⁹ abstulit vngues, Et miser iuisam traxit hiat⁹ aquã. Hũc paruo ferri inuidit nox iproba ligno, Pœtus vt occideret, tot coiere mala.

39 ¶Argyn⁹ puer formosus (quẽ Agamẽnon hẽbat in delicijs) itidẽ submersus ẽ. Idẽ Prop. Li.iij. Sũt Agamẽnõias testãtia litora curas, Quã votat Argyui pœna minãtis aq.

40 ¶Quintianus præses (sub quo passa est beata Agatha) dum flumen cum equis transiret, ab eorũ vno excussus, & in aquas proiectus, miseram exhalauit animam.

41 ¶Multi quoq; ex martyrib⁹ eodẽ mortis genere extincti sunt, vt Ascla, Anastasius Aquileiẽsis, Florianus Helychius, sub Diocletiano, Theogenes sub Licinio, Claudi⁹ Tribunus sub Numeriano, Calistus Papa sub Alexãdro Imperatore, Symphorosa sub Adriano. Itẽ Apolloni⁹, Philemon, Bassus, Antoninus, Protolycus apud Alexãdriam, Calistus & Carisius apud Corinthũ, Iocundianus apud Africã, Palatinus & Maxima virgo & infiniti alij hac morte cœlestem meruerunt lauream.

42 ¶Roxana & Statyra Darij filia duæ fuerunt Alexandri vxores seu concubinæ. Quarum alteram Roxanã prægnantem Statyra in puteum demersit, solo ducta liuore, quod Macedones præcipuis honoribus eam cumularẽt. Autor Plutarchus in Alexandro.

¶Qui suis casib⁹, aut naufragio noia aqs iposuerũt.

Aegeus Athenienſium rex mari Aegeo.
Erythra rex mari Erythræo seu rubro.
Helle soror Phryxi Hellesponto.
Icarus Dædali filius Icareo.
Myrtilus auriga Oenomai Myrtoo.
Hesperides puellæ Hesperio.

Tyrrhenus Rex Tyberi fluuio Thuscorum.
Euenus Eueno.
Marsyas tibicen Marsyæ.
Anius Rex Thuscoꝝ Anioni, q & Anienus & Anien dr.
Absyrtus frater Medeæ Absyrto Colchorum.

¶Occisi & discerpti ab Equis.

1 Hippolytus
2 S.Hippolytus
3 Glaucus
4 Metius
5 Diomedes
6 Neocles
7 Brunechildis
8 Comminius
9 Taraxippus
10 Limone
11 Licinius Imperator.
12 Pyrrechmes, Abderus

1 Hippolyt⁹ falso accusat⁹ & suspectus stupri Phedræ nouercę illati, dũ pris Thesei furorẽ fugeret, arrepta fuga ab eqs discerptus est. Oui. Lib.v. Meta.

Excutior curru, lorisq; tenentibus artus
Viscera viua trahi, neruosq; in stirpe teneri,
Membra rapi partim, partimq; reprensa relinqui,
Ossa grauem dare fracta sonum, fessamq; videres
Exhalare animam, nullasq; in corpore partes
Noscere quas posses, vnũq; erat oia vuln⁹. Idẽ li.iij. Fast.

Hic latet Hippolytus loris discerptus equorum,
Vnde nemus nullis illud aditur equis. Idem lib.v.

Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem.
Dum consternatis diripereris equis. Ibidem Lib.vi.

Excíderat curru, lorisq; morantibus artus,
Hippolytus lacero corpore raptus erat. Idem in Ibin.

Vel tua (ne pœnæ genus hoc cognouerit vnus) Viscera diuersis scissa trahantur eqs. Sabinus in Epistola Demophoontis ad Phyllidẽ. Non fratrem Hippolytũ, cecidit miserabilis ille Præceps attonitis p freta raptus equis. Seneca in Hippolyto. Late cruentat arua, & illisum caput Scopulis resultat, Auferũt dumi comas, Et ora durus pulchra populatur lapis, Peritq; multo vulnere infelix decor, Moribunda celeres membra peruoluunt rotæ.

2 ¶Fuit alter Hippolytus martyr Romanus, q p Christi

nomine sub Decio principe, indomitis idem equis alligatus & discerptus spiritum deo reddidit.

3 ¶Glaucus filius Sisyphi (qui apud Potniam regnauit) dum equas humana carne aleret, ab eisdē postremo deuoratus est. Virg. Lib. iij. Geor. Scilicet ante oēs furor est insignis equaꝫ, Et mētem Venus ipsa dedit quo tēpore Glauci Potniades malis mēbra absumpsere quadrigæ.

4 ¶Metius Suffetius dux Albanoꝫ, qm̄ in bello Fidenatiū pactū & fœdus societatis cū populo Romano pfide ruperat, captus postmodū viuus quadrigis in diuersa nitētib⁹ lacerat⁹ est, iussu Tulli Hostilij. Autor Liui⁹, & post Liuiū Gellius Li. x. Cap. i. Vnde Virg. Lib. viij. Aen. Haud procul inde citæ Metiū in diuersa quadrigæ Distulerāt. at tū dictis Albane maneres. Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus, Per syluas, sparso rorabāt sanguīe vepres.

5 Diomedes rex Thracię, dum equos suos humana carne aleret, ab Hercule illac iter facīte eqs ipsis dat⁹ est in pabulū. Ouid. in Ibin. Vtq Threicij quondā præsepia regis, Fecerūt dapibus sanguinolēta suis. Seneca. Suisq; regem pabulū armentis datū. Claudianus. Diraq; sanguinei vertit præsepia regis, Et Diomedæos gramine pauit equos.

6 ¶Neocles Themistoclis filius equi morsu interijt. Autor Plutar. in Themistocle.

7 ¶Brunechildis Francoꝫ regina, post multa flagitia spectante Clothario, indomitis equis alligata, & mēbratim discerpta est. Hoc scribitur in historia Adonis Viēnensis.

8 ¶Cōminius a Gidica nouerca stupri falsō accusat⁹, metu Pōminij pris currū pscēdit, & in fuga more Hippolyti ab eqs raptim distractus est. Dositheus ad Plutarchum.

9 ¶Cœlius Lib. xi. Lectionū antiquaꝫ scribit Taraxippū quendam fuisse in Isthmo ab equis interemptum.

10 ¶Limone puella adulterij cōperta ab Hippomene prēdata est equo famelico deuoranda. Ouid. in Ibin. Solaq; Limone pœnam ne senserit illā, Et tua dēte ferox viscera carpat equus. Idē in eodem operę. Vtq; nouum passa

est genus Hippomenia pœnæ, Tractus in Actæa fertur adulter humo: Sic vbi vita tuos inuisa reliquerit artus, Vltores rapiant turpe cadauer equi.

11 ¶Licinius Imperator cum Herinam virginem filiā suā (q̄ Christiana esset) equis dedisset conculcandam, ab eorum vno morsu interfectus est.

12 ¶Hercules regem Euboiæ Pyrechmē Bœotijs bellum inferentem, victum equis discerpendum exposuit apud Heraclium fluuium. Autor Plutar. in Paral.

13 ¶Abderus vnus fuit eoꝫ, qui ab equis Diomedis Thracię regis interfecti sunt & deuorati. Autor Aegidius Maserius in Valerij Argonautica.

¶Mortui equorum lapsu.

1 Nipheus	3 Thymœtes.	7 Bellorophon	
2 Leucagus	Amycus	8 Seleucus	
Ligeris	4 Antoni⁹ vicus	9 Philippus rex	
Clonius	5 Agenor	10 Falco	
Remulus	6 Bela		

1 NIpheus. Virgilius. Lib. x. Quin Ecce Niphei Quadriiuges in equos, aduersaq; pectora tēdit. Atq; illi longæ gradientem & dira frementem Vt vidēre, metu versi retroq; ruentes: Effunduntq; ducem, rapiuntq; ad litora currus.

2 ¶Leucagus Virg. Excussus curru moribūd⁹ voluit̄ aruis.
¶Ligeris frater Leucagi eodem quoq; modo excussus est. Idem Virgilius ibidem. Frater tendebat inermes Inferix palmas, curru delapsus eodem.
¶Clonius. Ibidem. Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem Obtruncat.
¶Remulus. Idem. Li. xi. Orsilochus Remuli (qñ ipsum horrebat adire) Hastā intorsit equo, ferrūq; sub aure reliquit. Quo sonipes ictu furit ardu⁹, altaq; iactat, Vulneris ipatiēs arrecto pectore crura Voluit̄ ille excussus humi.

3 ¶Thymœtes quoq; equo suo excussus i bello interfect⁹ ē. Idē Vir. Li. xij. Et sternacis eq; lapsum ceruice Thimœtē.

¶ Amycus. Idem Vir. in eodem. Turnus equo deiectum Amycum fratremq; Diorem Congressus pedes, hũc venientem cuspide longa, Hunc mucrone ferit.

4 Antoni° Vic°. Páphil°. Sax°. Nõ equ° Antoni seua te morte pemit Vice, licet corp° pferit ille tuũ. Frena trahẽs, sed tu mortis tibi cã fuisti. Nõ poteras fato cãdidiore mori.

5 ¶ Agenor lapsu equi inserta ori manu extictus est. Ouidius in Ibin. Vtq; loquax in equo est elisus gutture Agenor, Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

6 ¶ Bela rex Pannoniorum, frater Andreæ, & filius Vazulis regum decessit lapsu equo membris luxatis & dilocatis, anno regni sui tertio.

7 ¶ Stenobæa Prœti vxor cum Bellorophontem ad coitum non posset inducere, eũ coram marito stupri postulauit. Stenobæę verbis fidem adhibens Prœtus Bellorophontem periculis obiecit, ac primũ ad superandã Chimeram misit. Quam cum vicisset, elatus victoria in cœlum Pægaso equo alato voluit conscendere. Sed vlciscẽte Nemesi decidit. Ouidius in Ibin. Quiq; ab equo præceps alienis decidit aruis, Exitio facies cui sua pene fuit.

8 ¶ Seleucus Calinicus Antiochi cognomento dei filius, & Syriæ rex ex equo lapsus excéssit.

9 ¶ Lego in historijs Gallorũ Philippum Ludouici Crassi filium, equi lapsu itidem perijsse.

10 ¶ Fulco Andegauẽsiũ comes, qntus rex Hierosolymaꝝ equo in caput verso occubuit, cũ regnasset annis vndeci.

¶ Occisi a serpentibus.

1	Laocoon	6 Tillo	11 Orestes
2	Eurydice	7 Canopus	12 Idmon
3	Hesperie	8 Ampycide	13 Cleopatra
4	Orion	9 Demetrius phal.	
5	Opheltes	10 Euryalus	

1 Laocoon, Troianus percussa in vteꝝ fatali machina, pœnã luisse dicitur duobus filijs a serpentibus occisis. Quibus dum præsidio esse vellet, eadẽ periit morte.

Vir.

Virg. Lib. ij. Aen. Illi agmine certo Laocoonta petunt, & primum parua duoꝝ Corpora natorum serpens amplexus vterq;, Implicat, & miseros morsu depascitur artus. Post ipsum auxilio subeuntem & tela ferentem Corripiunt, spiriscq; ligant ingentibus, & iam Bis medium amplexi, bis collo squamea circum Terga dati, superant capite & ceruicibus altis. Ille simul manibus tendit diuellere nodos Perfusus sanie vittas, atroq; veneno. Ouidius in Ibin. Quam puer Hytsiphiles, q̃ qui caua primus acuta Cuspide, suspecti robora fixit equi.

2 ¶ Eurydice, Orphei vxor Aristeũ (a quo adamabatur) fugiens morsu colubri in herba latẽtis, interfecta est. Orpheus apud Ouid. Lib. x. Causa viæ est coniux, in quam calcata venenũ Vipa diffudit, crescẽtesq; abstulit annos. Idem. Occidit in talum serpentis dente recepto. Idem in Ibin. Ne vevenenato leuius feriatis ab angue, Quã senis Oeagri, Calliopesq; nurus. Põtanus Lib. ij. de Stellis. Si quæras forte Eurydicen per gramina læta Errãtem, atq; anguis de vulnere multa gementẽ, Paulatimq; vdo claudentem lumina somno. Item. Quintianus in Cleopoli. Hic iacet Eurydice calcato extincta colubro.

3 ¶ Hesperie puella Aesacum Priami filiũ (a quo itidem adamabãtur) fugiens, serpentis morsu periit. Ouid. Lib. xi. Meta. Ecce latens herba coluber, fugientis adunco Dente pedem strinxit, vulnusq; in corpore liquit.

4 ¶ Orion cum se iactasset, nullum a terra monstrum produci posse, quod non conficeret, terra ipsa peperit scorpionem, a quo interfectus est. Ouidius Lib. ix. Quis fata putaret Scorpion aut vires maturæ mortis habere? Ille minax nodis, & tetro verbere sæuus, Teste tulit cœlo vi ũi decus Orionis.

5 ¶ Opheltes (q alio nomine Archemorus dicitur) filius Lycurgi regis Nemeæ, dũ negligenter ab Hysiphile nutrice custodiretur, serpentis morsu extinctus est. Ouid. in Ibin. Quam puer Hysiphiles, q̃ q caua primus acuta Cu-

spide, suspecti robora fixit eq. Statius Lib. ij. Syluarꝝ. Sic & in anguiferæ ludentẽ gramine Lernæ Præcisum squamis auidus bibit anguis Opheltẽ. Idẽ Lib. v. Theb. Occidis extremę districtꝰ verbere caudę Ignaro serpẽte puer.

6 ¶ Xanthus Historiarũ autor, tradit apud Plinium Lib. xxv. Thilonem a dracone interfectum, ac demum herba (quam Balim dicunt) restitutum saluti.

7 ¶ Sulpitius in Lucanum ait Canopum Gubernatorem nauis Menelai, Aspidis morsu apud Canopum Aegypti vrbem occisum.

8 ¶ Politianus in Nutricia scribit Ampycidẽ in Libya serpentis morsu interfectum, vbi ait. Ampycidemq; pium, Libycis quem struit arenis Vipera, fatifero fauces accensa veneno.

9 ¶ Demetrius Phaleræus auditor Theophrasti, & præfectus Bibliothecæ Ptolemæi Soteris, excessit ex morsu Aspidis.

10 ¶ Ouidius in Ibin scribit Euryalum quendam fuisse, q a serpentibus sit comestus, vbi ait. Aut velut Euryali, qui sceptrũ cepit ab illo, Sint artus auidis anguibus esca tui.

11 ¶ Orestes furore liberatus cum Thisamenem filium imperio Mycenarum suffecisset, serpentis itidem morsu perijt. Ouidius in Ibin. Vtq; Agamẽnonio vulnus dedit anguis Oresti, Tu quoq; de morsu virus habente cadas.

12 ¶ Seneca in Medea scribit Idmona a serpente in Libya cæsum, ibiq; sepultum, vbi ait. Idmonem (q̃uis bene fata nosset) Cõscidit serpẽs Libycis arenis. Ouid. tamen scribit ab apro interfectum, vt postea docebimus

13 ¶ Iam diximus Cleopatram ab Augusto superatã, mordendum Aspidi porrexisse brachium, ne in triumphum duceretur, Propertius Lib. ij. Brachia spectaui sacris admorsa colubris, Et trahere occultũ mẽbra soporis iter.

¶ Occisi ab Apris.

1 Adonis
2 Dædalus
3 Idmon
4 Anceus
5 Bruthes

1 ADonis Cynaræ ex Myrrha filius, Veneri ob formam charissimus, dum venaretur, ab apro interfectus est. Ouidius Lib. x. Meta. Fixerat obliquo iuuenis Cynaræius ictu, Protinus excussit pando venabula rostro, Sanguine tincta suo, trepidumq; & tuta petentem Trux aper insequitur, torosq; sub inguine dentes. Abdidit, & fulua moribundum strauit arena. Propertius Lib. i. Testis qui mueum quondam percussit. Adonim, Venantem Idalio vertice durus aper. Pamphilus. Quem ferox syluis aper in iugosis Dente peremit. Idẽ. Non quem sæuus aper crudeli dente peremit Venãtem Paphiæ vulnera sæua deę. Ausonius. Cædis Adonæę mala gloria fulmineus sus.

2 ¶ Martialis Lib. i. ait Dædalum quẽdam feris obiectum ab apro laniatum fuisse. Dædale Lucano cum sic lacereris ab apro, quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.

3 ¶ Idmonem vatem licet Seneca dicat a serpente interfectum, Ouid. tñ in Ibin, & Politianus in Nutricia, ab apro occisum volũt. Ouid. sic. Quiq; Lycurgidem laniauit ab arbore nactũ, Idmonaq; audacem, te quoq; rũpat aper. Sic Politianꝰ. Quid ve loquar te Clauce senex, plenũq; parente Idmona fulminei prostratum dentibus apri?

4 ¶ Anceus filius Astypaleæ Phœnicis & Neptuni filiæ, rex Sami, dum vellet occidere aprum agros suos vastantem, ab eodem est interfectus.

5 ¶ Bruthem Lycurgi filiũ ex arbore detractum aper laniauit. Ouidius in Ibin. Quiq; Lycurgidem laniauit ab arbore nactum, Idmonaq; audacem, te quoq; rumpat aper. Volaterranus tñ facit Anceum Lycurgi filium, Domitius vero Calderinus hoc ad Bruthem refert.

¶ Occisi a Leonibus.

1 Hyas
2 Paphages
3 Satyrus
4 Perpetua
4 Ignarus

1 HYas Athlantis ex Aethra filius dum venaretur, a leæna interfectus est. Ouid. Lib.v.Fast. Dumq; petit latebras fœtę catulosq; Leænę, Ipse fuit Libycæ præda cruenta leę. Mater Hyan, & Hyan mœstę fleuere sorores, Ceruicemq; polo suppositurus Atlas.

2 ¶Paphages rex Ambraciæ, dum occurrisset Leænæ Catulis suis stipatæ, ab eadem interfectus est. Ouid. in Ibin. Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo, Sitq; Paphageæ causa Leæna necis.

3 ¶Satyrus & Perpetua martyres, cum nullis tormentis, nullisq; comminationibus ab Orthodoxæ fidei cultu diuerti possent, Leonibus deuoti sunt, & ab eis deuorati. Valeriani & Galeni temporibus sub præside Tarnutio.

4 ¶Ignatius Episcopus Antiochenus, cum neglectis tormentis constans in fide persisteret, iussu Traiani imperatoris Leonibus destinatus est, & ab eisdem præfocatus.

¶Occisi a canibus.

1 Linus	4 Thrasus	7 Heracletus
2 Neanthus	5 Consyngis	8 Actæon
3 Euripides	6 Diogenes	9 Lucianus

1 LInus filius Apollinis ex Psamata Crotopij Argiuorum regis filia, a matre apud Nemeũ fluuium expositus, ibidem a canibus laniatus est. Ouidius in Ibin. Quiq; verecundæ speculantem membra Dianę, Quiq; Crotopiadẽ diripuere Linũ. Statius Lib.i. Theb. Viridis nam cespite terræ Proiectum temere & patulo cœlum ore trahentem, Dira canum rabies morsu depasta cruento Dissecat.

2 ¶Neanthus propter chelyn Apollinis temere affectatam, deo vindice a canibus discerptus est. Politianus in Nutricia. Improbus hanc stulte chelyn affectare Neanthus Ausus, apollinea pendentem sustulit æde. Quem tamen indocto ferĩetem pollice chordas, Vindice discerpsit rictu nocturna canum vis.

3 ¶Euripides poeta noctu rediens a cœna Archelai regis

Macedonię canibus a Promero quodam æmulo immissis, extinctus est. Politianus in Nutricia. Quemq; tegit rabidis laceræ pia Pella molossis. Ouid. in Ibin. Vtq; cothurnatum vatem tutela Dianæ, Dilaniet vigilum te quoq; turba canum. De eius morte vide Gelliũ. Li. xv. Cap. 20.

4 ¶Thrasus puer Delius Dianę charissimus, a canibus itẽdem interfectus est. Ouid. in Ibin. Prędaq; sis illis, quibus est Latonia Delos Ante diẽ rapto non adeunda thraso.

5 ¶Scribit Plinius Lib. vij. Consyngem reginam propter liberiorem cum marito Nicomede rege Bithyniæ aclasciuiorem iocum, fuisse interfectam a regis cane.

6 ¶Diogenes philosophus decessit ex morsu canis eodẽ die, quo Alexander Macedo in Babylone mortuus est.

7 ¶Heracletus philosophus cum esset hydropicus, ad remedium sæuo bubulo se vnxit, atq; soli siccandum præbuit. sepultus itaq; somno a canibus laniatus est.

8 ¶Actæon filius Autonoes, dum inter venãdũ Dianã in fonte nudam cõspexisset, dea vlciscẽte in Ceruũ mutatus est, & a canibus suis laceratus. Ouid. in Ibin. Quiq; verecundæ speculatẽ mẽbra Dianæ, Quiq; Crotopiadẽ diripuere Linum. Idem Lib. ij. Meta. Vndiq; circũstant, mersisq; in corpore rostris Dilacerant falsi dñum sub imagine cerui. Seneca in Thebaide. Qua peragrati celer, Per saxa montis iacuit Actæon suis noua preda canibus.

9 ¶Lucianus Sophista Samosateus, qui Traiani temporibus floruit a canibus laniatus est, non sine diuinæ vltiõis suspicione. Nam cum primũ esset Christianus, a Catholica fide postea deficiens, religionem insectari cœpit.

¶Occisi ab alijs feris.

1 Reuocatus	6 Hatto	10 Flocellus
Felicitas	7 Euphemia	11 Germanicus
2 Milo	8 Syluan⁹ præsul	12 Pyrene
3 Saturninus	9 Priscus	13 Gratis
4 Crathis	Malcus	
5 Basilius	Alexander	

1 Reuocatus & Felicitas martyres, a Leopardis cõmesti sunt, imperãtibus apud Romanos Valerio & Caleno, sub Tarnutio præside.

2 ¶ Milo Crotoniates, dum nimia roboris cõfidentia, arborem in geminas partes vellet diducere, manibus in medio conatu districtis ibidem retentus est, & a feris comestus. Pausanias apud Cœlium ait a lupis fuisse deuoratum. Ouid. in Ibin. Vtq; Milo robur diducere fissibile tentes, Nec possis captas inde referre manus.

3 ¶ Saturninus Episcopus Tolosanus, dũ acerrime p christiana fide pugnaret, ferocis tauri cornibus alligatus, membris cõfractis & illiso cerebro domino spiritũ reddidit.

4 ¶ Legimus apud Sybarim, pastorẽ fuisse Crathim, q cũ in libidinẽ esset procliuior, capellã oium formosissimã deperire cœpit. Cumq; veneris incendio acrius titillaretur, eã frequẽter inibat, ac vti amicã grate amplexabat, nõ sine multa suauiatiõe. Quinetiã munuscula ei offerebat, pabulũ videlicet leti⁹ amœniusq;. Molles quoq; sub sternebat accubit⁹, qb⁹ velut Nympha decũberet, & mollius qesceret. Quod cõtẽplatus dux gregis hircus, œstro Zelotypiæ agitat⁹ dormiẽtẽ adort⁹ est, eiq; sinciput allisit. Hoc ex historijs Græcis aduocãt Volater. & Cœlius.

5 ¶ Basilius Macedo imperator, cũ annis. 20. imperasset, a ceruo in venatione percussus cornu, interijt.

6 ¶ Hatto Archiepus Magũtin⁹, a murib⁹ in Rheno fluuio deuorat⁹ fertur, nõ sine maxima diuinę vindictę suspicione, q multitudinẽ pauperũ (qbus se eleemosynã datũ simulabat) tẽpore famis in horreo fecisset concremari.

7 ¶ Euphemia virgo Philophrõis senatoris filia, sub Procõsule Prisco vrsis & leonib⁹ obiecta ab eisdẽ interfecta ẽ.

8 ¶ Syluanus Tyri prẽsul, sub Diocletiano imperatore, amore Christianæ pietatis nõ grauatus est feris exponi.

9 ¶ Priscus, Malcus, Alexander martyres apud Cęsaream Palestinæ passi sunt, sub Valeriani persecutione, & pro Christi nomine a bestijs deuorati.

10 ¶ Flocellus martyr temporibus Antonij Imperatoris passus est apud Augustudunum, & iussu Valeriani præsidis feris expositus, a quibus deuoratus est.

11 ¶ Germanicus sub M. Antonio, & L. Aurelio Smyrnæ passus est ac post infinita ppe tormenta, bestijs obiectus, a quibus fractim cõminutus vitam cum morte mutauit.

12 ¶ Pyrene puella Bebrycis filia, in Pyrenæo monte ab Hercule cõpressa, atq; a feris ibidem laniata est & sepulta. A cuius nomine monti quoq; impositum nomen.

13 ¶ Gatis regina Syriæ (quæ postea Atergatis vocata est) piscibus data & deuorata dicitur. Autor Antipater Tarsensis apud Volaterranum.

¶ Fulminati, seu fulmine percussi.

1 Enceladus	9 Autolemus	16 Zoroastres	
2 Typhœus	10 Salmoneus	17 Adimanthus	
3 Gygantes	11 Anastasius	18 Asopus	
4 Aiax	12 Manius	19 Aurelius Carus	
5 Phaethon	13 Mertia	20 Chore	
6 Remulus	M. Herennius	21 Prester.	
7 Semele	14 Tul. Hostilius	Atrax	
8 Capaneus	15 Aesculapius	22 Porphyrio	

1 Enceladus gygas Terræ filius a Ioue fulminatus est cum cæteris fratribus, q Iouem ipsum cœlo detrudere voluisset. Autor Aetnę. Gurgite Trinacrio mo rientem Iuppiter Aetna Obruit Enceladum, vasti quoq; pondere montis Aestuat, & petulans expirat faucibus ignes. Virgi. Fama est Enceladi semustũ fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingentemq; insuper Aetnam Imposi tam. Seneca in Hercule Oethæo. Scindetq; latus montis aperti, Nondum Enceladus fulmine victus.

2 ¶ De Thypœo Gygãte Ouidius Lib. iij. Meta. Nec quo Centimanum deiecerat igne Typhœa, Nunc armat eo. Lucanus. Vndat apex Campana fremens, cui saxa vapo rat Conditus Inarimes æterna mole Typhœus.

3 ¶ De cæteris Gigãtibus Virg. Li. vi. Aen. Hic genus an-

tiquum terræ Titania pubes Fulmine deiecti fundo volnuntur in imo. Seneca in Agamẽnone. Quale canebas, cum Titanas, fulmine missō fregere dei.

4 ¶ Aiax Oileus ab expeditiõe Troiana rediẽs, a Pallade fulminatus est, q̃ in eius tẽplo Cassandrā virginẽ stupraſſet. Virg. Lib. i. Aene. Ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignẽ, Diſiecitq; rates, euertitq; ęquora ventis. Illum expirãtẽ trãſſixo pectore flãmas Turbine corripuit, ſcopuloq; ifixit acuto. Sylli⁹. Li. xiij. Qualis Oilides fulmẽ iaculãte Minerua, Surgẽtes domuit fluctus ardẽtibus vlmis. Val. Flaccus Lib. i. Argon. Et tortũ nõ a Ioue fulmen Oile⁹. Oui. in Ibin. Vtq; ferox perijt, & fulmine & æquore raptor, Sic te merſuras adiuuet ignis aquas. Politian⁹ in Ambra. Diſiectaſq; rates, patriumq; a Pallade miſſum Fulmẽ, Oilidẽq; ignes & ſulphura fixo Pectore proflantem. Seneca in Medea. Fulmine & põto moriẽs Oileus-

5 ¶ Phaethõ Solis & Climenes filius, dũ currũ p̃ris temere regẽdũ ſuſcepiſſet, eqs inſolitũ aurigã nõ audiẽtibus, fecit vt totus cõflagraret mũdus. Ac ꝓpterea fulmine pcuſſus, in Padũ cecidit, q ab eo Phaethontæus dicit. Lucreti⁹ Lib. v. Ignis enim ſupauit, & ambiẽs multa peruſſit Auia cũ Phaethonta rapax vix Solis equoꝝ Aethere raptauit toto, terraſq; p oẽs. At p̃ oipotens ira tũ parcit⁹ acri, Magnanimũ Phaethonta tepẽti fulminis ictu Deturbauit eqs in terrã. Claudianus in quartũ Conſ. Honorij. Sęuiretq; dies, terrãq; & ſtagna ꝓpinq Haurirẽt radij. Plinius Lib. vij. Padus a grẽcis dictus Eridanus, ac pœna Phaethõtis illuſtrat⁹. Idẽ Li. xxxvij. Phaethõtis fulmine icti ſorores mutatas in arbores populos poetæ dixere, Oui. in Ibin. Vt ſoror Autonoes, vt cui mitera Maia eſt, Vt temere optatos q male rexit equos. Idẽ Lib. ij. Meta. Intonat & dextra libratũ fulmẽ ab aure, Miſit in aurigã, pariterq; animaq; rotiſq; Exuit, & ſęuis compęſcũt ignibus ignes. Varro apud Fabium Lib. i. Cum te flagrãti deiectum fulmine Phaethon. Vbi Phaethon poſuit diſſylla

bum nobis non imitandum.

6 ¶ Remulus filius Tyberini regis fulmine percuſſus eſt. Quidius. Lib. xiij. Remulus maturior annis, Fulmineo perijt imitator fulminis ictu.

7 ¶ Semele Bacchi mr̃ Iouiali fulmine tacta eſt quod Iouem ipſum oraſſet vt ſecũ tãtus, q̃tus cũ Iunone iaceret. Proptius Lib. ij. Eleg. Dicã ego mr̃nos Iouiali fulmine partus. Ouid. Lib. iij. Eleg. Tot meruere peti, Semele miſerabilis arſit. Idẽ in Ibin. Vt ſoror Autonoes, vt cui matertera Maia eſt. Per ſororẽ Autonoes, Semelẽ itelligit.

8 ¶ Capaneus maritus Euadnes in bello Thebano fulmine pculſus dicit. Quod ideo fingũt poetæ, qm̃ cũ ſcalis admotis muros vellet cõſcendere, iactu lapidũ ab inimicis oppreſſus eſt. Ouid. Lib. iij. Triſtium. Cum cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu. Idẽ Lib. iij. de Põto. Notior eſt factus Capaneus fulminis ictu. Idẽ ad Liuiã. Hoc fuit Euadne, tũc cũ ferienda coruſcis Fulminibus Capaneus impauida ora dedit. Propti⁹ Lib. ij. Aut Capanei ſummo grata ruina Ioui. Põtanus Lib. iij. de Stellis. Capaneus vt turrib⁹ altis, Igne Iouis ruit, atq; vſt⁹ deſcẽdit ad vmbras.

9 ¶ Marullus in Epigrã. mortẽ Autolemi fulmine pcuſſi ſic deſcribit. Dixerat Autolemo flãmas ꝑſultus aruſpex Die cauendas poſtero. Credidit, & rerũ dubius de mane, ſub amnis Delituit Ethruſci vadis. Sed neq; ſic fatũ effugit, nam dum innatat Arno, Ictus crematur fulmine.

10 ¶ Salmoneus rex Elidis cũ Iouis fulmẽ in aere mẽtiret, vt ꝓpterea crederẽt deus, ab ipſo Ioue fulminat⁹ ẽ. Virg. Lib. vi. Aen. Vidi & crudeles dãtẽ Salmonea pœnas, Dũ flãmas Iouis, & ſonitus imitat̃ Olympi. Quatuor hic iuuctus eqs, & lampada quaſſans, Per Graium populos mediaq; p Elidis vrbẽ, Ibat ouãs diuũq; ſibi poſcebat honores Demens q nimbos & non imitabile fulmen Aere & cornipedũ curſu ſimularat equoꝝ. At p̃ omnipotẽs dẽſa inter nubila telum Torſit, præcipitemq; immani turbine adegit. Val. Flac. Lib. i. Argon. Salmoneus nõdũ ille

furens, cum fingeret alti Quadrifida trabe, tela Iouis.

11 ¶ Anastasius Imperator cū iam septimū & vigesimum imperij annum ageret, ictu fulminis percussus interijt.

12 ¶ Menius Lycaonis filius, cū pre in lupum verso, & domo cōflagrāte Iouē detestaretur, ab eodē fulmine pcussus est. Oui. in Ibin. Vt ferus Aeolides vt sanguine natus eodē, Quo genita est liquidis quæ caret Arctos aquis.

13 ¶ Plinius Li.ij. ait Martiā grauidā partu fulmine exanimato superuixisse citra vllū corporis incōmodū. Idē scribit. M. Herēniū decurionē, sereno dē, fulmie ictū fuisse.

14 ¶ L. Piso apud eundē Plinium autor est Tul. Hostilium fulmine itidem suffocatum, ꝙ quedam parum rite fecisset, & sacrificio Iouem ipsum cœlo deuocare voluisset. Autor etiam Plutarchus in Numa Pompilio.

15 ¶ Aesculapius Apollinis ex Coronide filius, Iouiali fulmine percussus est, ꝙ Hippolytum mortuum ad vitam reuocasset, vt ait Plinius Lib. xxix. Cap. i. Vnde & Virgi. Lib. vij. Aene. Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab vmbris Mortalem infernis ad limina surgere vitæ, Ipse repertorē medicinæ talis, & artis, Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vmbras.

16 ¶ Zoroastres rex Bactrianorum, Oromasi filius, & artis magicæ repertor, igne quoq; cœlesti absumpt⁹ creditur.

17 ¶ Adimanthus rex Philesiorum, cum Iouem suis indignum sacrificijs iudicaret, ab eodem fulmine pcussus est. Ouidius in Ibin. Quæq; in Adimanthum Philesia regna tenentem A Ioue venerunt, te quoq; tela petant.

18 ¶ Asopus Oceani filius, dum ꝓpter Aeginā filiā a Ioue stupratā bellum suis vndis in astra vellet gerere, ab ipso Ioue fulminatus dicit. Statius, Donec vi tonitru summotus & igne trisulco Cessit, adhuc ripis animosus gurges anhelis, Fulmineū cinerē, magnæq; insignia pœnæ Gaudet, & Aetnæos in cœlum afflare vapores.

19 ¶ Aureli⁹ Carus cū biēnio sperasset, i castris supra fluuiū Tygridē exanimat⁹ fulmine, occubuit. Autor Fl. Vopisc⁹.

20 ¶ Chore fili⁹ Yssuar, cognat⁹ Mosis ex leuitarę tribu nat⁹ cū de sacerdotio cū Aarone ꝓtēderet, igne cœlesti perijt.

21 ¶ Prester filius Hippomenis: cum deos detestaretur, itidem fulminatus est.

22 ¶ Atrax quoq; cum Dosithoen violatam a Ioue prodidisset, deo vlciscente ictus est fulmine. De vtroq; memi/nit Ouidius in Ibin. Aut Iouis infesto telo feriare trisulco, Vt satus Hippomene, Desithoesq; pater.

23 ¶ Porphyrio filius Sisiphi paternā in deos imitatus impietatem, itidem cœlesti suffocatus est igne. Ouidius in ibin. Vt ferus Aeolides, vt sanguine natus eodem, Quo genita est, liquidis quæ caret Arctos aquis.

¶ Mortui suspendio & cruce.

1	¶ Christus	16 Symeon	30 S. Agricola
2	Dismas	17 Zoe	31 Iulia
3	Achæus	18 Petrus Aulanus	Hemesius
4	Glumerus	19 Bomilcar	Nestor
5	Histiæus	20 Hanno	32 Enguerranus
6	Artaÿctes	21 Bal. Bestius	33 Lycambes
7	Amata	22 Polycrates	Biblis
8	Arachne	23 Sataspes	Phyllis
9	Marsya	24 Leonides	Monyma
10	Arnulphus	25 Symon puer	Calluce
11	Capronia	26 Daphitas	Anaxarete
12	Helena	27 Sindualdus	Auctolia
13	Glaucus	28 Alexander	Bubalus
14	S. Andreas	Epipodius	Silanus
	S. Petrus	29 Claudius	Iudas
15	Dorotheus	Asterius	Erigone
	Gorgonius	Menon	

OMnium qui cruce perierunt, nemo maiore ludibrio affectus est, nemo pluribus tormentis afflictus, nemo frequētioribꝰ plagis mutilatus, q̄ intemeratę Virginis inocēs filiꝰ. Nulla in eo peccati scintilla repta est, nihil deligt vnq̄, mūdus ex mūda mre natꝰ est.

Munde vixit, iustitiam & equitatem verbo semp & ope re docuit. Neq; tñ puduit verpos illos & recutitos canes liuore & inuidia tabescẽtes causam machinari, qua eum morti traderẽt. Quã licet nullã reperissent, agnũ tñ primum flagellis vbiq; mẽbroꝝ mutilauerũt, frontẽ corona spinea pforauerũt, faciẽ immũdis deformauerũt sputis, colaphis manibus totũ caput ꝓtuderũt, latronis more vinxerũt, vinctũ ad maiorẽ ignominiã traxerũt cõpitatim, & ad extremũ inter latrones veluti latronẽ suspẽderunt. Quod cũ ad mortem non putarent sufficere, manus & pedes clauis, latus lancea confoderunt.

Illum ego de Libyca natum iurabo leæna,
Arcadiasq; inter delituisse lupas,
Cui tua crux lachrymas non mouerit o bone Christe,
Ille erit & ferro durior & chalybe.

2 ¶ Dismas Aegyptius natione, vnus fuit eoꝝ latronũ, q̃ cum Christo patibulati sunt. Huic aũt dñs in cruce peperit, & statim post mortẽ sua clemẽtia ad cœlũ euocauit.

3 ¶ Achæus rex Lydiæ, cum noua tributa a populo vellet extorquere, in factiõe populari suspẽsus est, pedibus sursum versum erectis, & capite in aquas Pactoli demisso. Oui. in Ibin. More vel intereas capti suspẽsus Achæi,
Qui miser aurifera teste pependit aqua.

4 ¶ Hadig⁹ rex Danoꝝ regressus e bello Suetico, vbi ꝑrariũ pecũia spolijsq; bellicis furto violatũ cõperit, custodẽ eius Glumeꝝ suspẽdio affecit. Autor Saxo Grãmaticus.

5 ¶ Dario in Greꝯos bellãte, Histiꝰ Milesi⁹ ab Harpago Darij tribuno capt⁹ & cruci affixus est. Autor Herodot⁹.

6 ¶ Artyactes vir Persa Sesti præfectus ab Athenien sibus Xantippo Antiphronis filio duce captus, stipiti suffixus est. Autor idem Herodotus.

7 ¶ Amata Lauiniæ mater ægre ferens filiam Aeneæ copulatam, quam contra votum patris Turno nuptam dari volebat, seipsam suspendit, & vitã laqueo finiuit. Amabat enim Turnũ, adeo vt cum existimaret eum mortuũ,

ad mortem ipsa cucurrerit. Virgilius Lib. xij.

Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore,
Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum,
Multaq; per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus.
Et nodũ informis lethi trabe nectit ab alta. Sages quoq;
Turnum apud eundẽ sic alloqtur. Præterea regina tui fidissima, dextra,
Occidit ipsa sua lucemq; exterrita fugit.

8 ¶ Arachne Lydia puella lanificij peritissima, ægre ferẽs opus suũ a Pallade (qua cũ certamẽ susceperat, cõfractũ, laqueo iugulũ pfocauit. Oui. Lib. vi. Meta. Nõ tulit infelix, laqueoq; animosa ligauit
Guttura pẽdẽtẽ Pallas mi serata leuauit. Atq; ita vince qdẽ, pende tñ iproba dixit.

9 ¶ Marsya tibicen ab Apolline victus, pepẽdit laqueo. Quod innuit Pli. Lib. xvi. Cap. 44. vbi inqt Platanus ostẽditur, ex qua pependit Marsya victus ab Apolline.

10 ¶ Arnulphus septimus Galloꝝ imperator, Bergamo capta, Ambrosium eius loci principem suspẽdio enecauit.

11 ¶ Capronia virgo vestalis stupri cõperta, suspendio affecta est. Oportebat enim eas in virginitate pfistere, quæ ministerio Vestæ alligabantur.

12 ¶ Helena post mortẽ Menelai a Megapentho & Nicostrato filijs Orestis fugata, In Rhodũ ad Polyzo vxorem Tlepolemi peruenit. Cui cum suspecta esset ob viri zelotypiam, eiusdem mandato arbori suspensa est. Autor Pausanias apud Volaterranum.

13 ¶ Alexãder Macedo mortuo Ephestiõe (quẽ vnice diligebat) medicũ ei⁹ glaucũ cruci suffixit. Autor Plu. i alex.

14 ¶ Beatus Andreas & Petrus pro Christi noie arboribus suffixi sunt. Hic sub Nerone, ille sub Aegea pcõsule. Hic capite deorsum versum demisso, ille sursum versum cretto. De vtroq; Ioãnes Frã. Mirãdula sic scribit i hymnis.

Extenditq; alacer, figendaq; brachia lætus. Porrigit Andreas versaq; sub arbore pẽdet, Et caput i terrã simili sub

stipite, Petrus Prebuit, atq; lubēs ꝓtendit in aera plāta
15 ¶ Dorothæus & Gorgonius martyres pro Christiana pietate vitam suspendio finiuerunt sub Diocletiano imperatore, mortuorumq; corpora famelicis canibus obiecta sunt, quæ illæsa remanserunt.
16 ¶ Symeon filius Cheophe, post Iacobum fratrem domini Hierosolymarum episcopus, sub Traiano imperatore, crucis patibulo spiritum emisit.
17 ¶ Zoe Nicostrati martyris vxor in furcā erecta, ibidem cū morte vitā mutauit, partim crucis tormēto, partim fumo, qué carnifices ad arboris radicē posuerāt, suffocata-
18 ¶ Petrus Aulanus tpe Diocletiani & Maximiani ipatoꝝ, supplicio crucis vitam finiuit, Sub Seuero presidē-
19 ¶ Bomilchar Amilcharis filius Pœnoꝝ dux, veniēs in suspicionem Carthaginensium, cum Agathocle conspirasse, in medio foro patibulatus est. Ferunt aūt eum crucī affixū magnis clamorib⁹, multisq; cōuicijs, subditoꝝ igratitudinē obiurgasse & iter clamores spiritū emisisse-
20 ¶ Hanno Carthaginēsis (qui Philippi regis Macedonū floruit grate) cū ob potentiā tyrānū vellet induere, capt⁹ a ciuibus virgis primum cęsus est, deinde effossis oculis, fractisq; crurib⁹ & manibus, cruci affixus. Autor Trogus.
21 ¶ Val. Best⁹ a L. Imbrico affixus est cruci, quod Rusciū ipsius Imbrici filium, suę fidei cōmissum interfecisset, vt eius auro potiret. Autor Aristides apud Plutarchum.
22 ¶ Polycrates tyrānus Samioꝝ, & frater Silosontis, cum tota vita felicissimus fuisset, ad extremū ab Oroete Persa cōprehensus, & in furcā erectus, docuit cū Solone nihil omni ex parte beatū. Autor Herodotus in Thalia & Strabo Lib. xiiij. Mantuanus de fortuna Gonzagæ.

Inueniens vnum (toto qui vixerit æuo
Liber ab aduersis) Saminæ relluris alumnum,
Ac dominum, tanq; illius fortuna fuisset
Immemor. At vitæ supremo in margine, totum
Accepit, plenoq; hausit cratere venenum.

23 ¶ Sataspes Persa Teaspis fili⁹ a Xerxe rege cruci affixus est, quod Zopyri filij Megabysi filiā virginem vitiasset, quodq; etiam totam Africam nō peragrasset, quod se fecisse ad diluendum stuprum dixerat. Autor Herodo.
24 ¶ Idem Xerxes Leonidem Spartanorū regem ac principem bellica virtute clarum iussit absciso capite in crucem tolli. Autor idem Herodotus.
25 ¶ Simon puer Tridentinus sedente Sixto quarto Pontdie veneris (quo Christus pro nobis in cruce immolatus est) a Iudæis clam comprehensus, omnibusq; tormentis
26 prius affectus, demum cruci affixus est.
¶ Daphitas Grammaticus cum reges conuicijs aspergeret, & probris notaret, cōprehensus in Thorace monte itidem erectus est in crucem. Vnde est adagium. Cauete Thoracem. Strabo apud Erasmum.
27 ¶ Narses rex Italię Sindualdū Britanoꝝ regem prius vi-
ctū, donatūq; venia, cū iteꝝ rebellasset, captū in trabe suspēdit. Autor Paul⁹ diacon⁹ Li. ij. de gestis Lōgobardoꝝ.
28 Alexāder & Epipodi⁹ martyres passi iūr apud Lugdunū
29 sub Antonio Vero, & ꝑ Chri noie patibulo crucis affixi.
¶ Claudius quoq;, Asterius, & Menon, dum Christianā profiterētur religionē, & gētilem insectarētur hæresim, post multa suppliciorum genera, tandem in crucem erecti sunt, eaq; morte spiritum domino reddiderunt.
30 ¶ S. Agricola Vitalis magister, itidē ꝑ fide Orthodoxa
31 suffix⁹ ē patibulo, tpib⁹ Diocletiāi & Maximiāi ipatoꝝ.
¶ Iulia virgo carthaginēsis, dū idola & simulachra deorū cōtēneret: Christianāq; ꝓfiterē religionē, eodē mortis gñe animā efflauit. ▽ Nemesius martyr sniam Aemi-
32 liani iudicis apud Aegyptū iter latrones patibulatus est.
¶ Nestor episcopus eandem subijt mortem sub Decio Imperatore, & Pollione præside.
33 ¶ Ludouicus Hutinus Philippi Pulchri filius rex Gallorum, Enguerrannum quendam inter Gallos auoritate & opibus pollentem crucifigi fecit.

33 ¶Plerique alij vitam suspendo & furca clauserunt, vt Lycambes Biblis, Phillum, Monyma Mithridatis vxor, Calluce, Anaxarete, Auctolia, Bubalus, Silanus. T. Manlij filius, Iudas, Erigone. De quibus quoniam iam sumus locuti, nihil hic repetemus.

¶Mortui siti & fame.

1 Erisichthon
2 Pausanias
3 Sisigambis
4 Euristhenes
5 Vgolinus
6 Neocles
7 Aristo
8 Chœrilus
9 Ricard⁹ secūdus
10 Cleantes
11 Pomponius
12 Gabinus
13 Orator Fortunatus
14 Murita
15 Thales
16 Bñdictus sextus
17 Bonifacius Felix Silinus

1 ERisichthō, vt iam diximus, ꝑpter neglecta Veneris sacra ad tātā famē adactus est, vt ꝓpria mēbra cornis ora profani Accipiunt, poscuntq; simul. cibus omnis in illo Causa cibi est, semperq; locus fit inanis edendo.

2 ¶Pausanias ab Agesilao patre inedia cōsumptus est, ꝙ pecuniam a Xerxe accepisset, vt Spartam proderet. Author Crysermus apud Plutar.

3 ¶Sisigambis Darij Persarum regis mater inedia extincta est, cum cibo aliq̄diu abstinuisset. Curtius Lib. iiij. de gestis Alexandri ait eam itineris cōtinui labore, animiq; ægritudine fatigatam, inter manus filiarū cecidisse. Demum Lib. v. die quinto extinctam, quo mori statuerat, cibo & luce dedita opera sibi subtractis.

4 ¶Euristhenes a matre inedia interfectus est, ꝙ male in bello pugnasset. Ouid. in Ibin. Obstrictusq; famem patiaris limine tecti, Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.

5 ¶Vgolinus Pisanorum comes, cum a suis expulsus patriam bello oppressisset, tandem captus per proditionē, vna cum liberis fame absumptus est.

6 ¶Neocles Sicyonioꝝ tyrān⁹, a suis ob crudelitatē fame & frigore extinctus est. Ouidius in Ibin. Aut vt oliuifera quondam

quōdā Sicyone ꝓfecto, Sit frigus mortis cā, fameq; tuę.

7 ¶Aristo poeta ab Atheniēsib⁹ fame extinct⁹ ē, ꝙ suis carminib⁹ eoꝝ laudes fuisset insectat⁹. Oui. in Ibin. Vt veprū stabili q carmie lęsit Athēas Inuisus p eas deficiēte cibo.

8 Solēt luculēti scriptores his multū glorię cōparare quos suis dignantur monumētis. Cōtra vero inepti, q suis modulis se nō metiunt, & multa supra vires audēt, tm ꝓbri & ignominię afferūt, q̄tū illi honoris & famę. Propterea nō verto crimini Alexādro, quod insulsum versificatorem Chœrilū (quē præconē suoꝝ dedignabat facinoꝝ) inedia suffocauerit, dicēte eodē Ouidio. Incluſusq; necē cauea patiaris, vt ille Nō professuræ conditor historiæ.

9 ¶Richardus Secundus Eduardi filius, puer admodū ab Anglis fame extinctus est, ꝙ inutilis regno videretur. O duræ ceruicis populum, cui semper fuit moris secūdum aut tertium quenq; regum crudeliter enecare.

10 ¶Cleāthes philosophus Zenōis discipulus dum cibum sibi subtraheret, vt cuidā morbo (quo laborabat) mederetur, nimia inedia se peremit.

11 ¶Pōponius Atticus Ciceronis amic⁹, morbo quodā in senectute corrept⁹, seipm abstinētia cibi itidē suffocauit.

12 ¶Gabinus presbyter ciuis Romanus iussu Diocletiani imperatoris in carcerem coniectus est, ibiq; fame extinctus ꝙ Christianam profiteretur religionem.

13 ¶Orator, Fortunatus, Felix, & Silinus martyres apud Alexādriā, ꝓ Christi noie fame & inedia interfecti sunt.

14 ¶Murita martyr ab Elpidephoro quodā Arriāo i exiliū missꝰ, ibidē fame & frigoꝝ extict⁹ vitā cū morte mutauit.

15 ¶Volaterranus ait Thaleta philosophū (dum Gymnicū certamen prospiceret) æstu & siti absumptum fuisse.

16 ¶Bñdict⁹ Sext⁹ pōtifex a Cincio ciue Romāo i carcere detrusus, ibidē fame enect⁹ ē, vel (vt alij volūt) strāgulat⁹.

17 ¶Bonifacius Octauus dum inimicitias cū Philippo Gallorum rege exerceret, rex Sciarrā Colūnienſem in eum misit, qui captum Pontificem in carcere fame extinxit.

¶Combusti.

1	Perillus	11 Alcibiades	22 Empedocles
2	Macedon	12 Almericus	Dido
3	Auiola	13 Crominus	Euadne
4	Cæsius bassus	14 Creusa	Hercules
5	Eustachius	15 Erotho	Sardanapalus
	Theophita	16 Phalaris	Catulus Luctati⁹
6	Plini⁹ secũdus	17 Nicias	Asdrubal
7	Polycarpus	18 Pythagoras	Portia
8	Valens	19 Nigrinus	Dædalion
9	Ioanna puella	20 Laurentius	Brotheus
10	Alexãder Mile	Tyburtius	23 Plericq; marty/
	sius	21 Emerita	res

1 ¶Perill⁹ rogat⁹a Phalaride tyrãno Agrigẽtino, vt nouũ tormẽti gen⁹ ad plectẽdos reos cõminiscer̃et, tauiq; æneũ excogitauit, quo icl̃usi flãmis suppositis pirẽt, & boũ mugit⁹ imitarent̃. Quã pœnã pm⁹ expt⁹ est. Ouid. in Ibin. Aere Perillæo veros imitere iuuencos, Ad formã tauri queniẽte sono. Idẽ Li. v. Tristiũ. Ipse Perilleo Phalaris primsit ĩ ere Edere mugit⁹, & bouis ore q̃ri.

2 ¶Macedon mulier (a cuius nomine Macedonia dicta est) igne cœlesti vna cum marito absumpta est. Ouid. in Ibin. Vt Macedon icta est rapidis cum coniuge flammis, Sic precor ætherei vindicis igne cadas.

3 ¶Scribit Plinius Lib. vij. Natu. Histo. Auiolam consularem in rogo reuixisse. Sed quoniam subueniri non potuit, prævalente flamma viuum fuisse crematum.

4 ¶Fama est Cęsiũ Bassum poetã lyricũ ĩ suis p̃dijs ardẽte Vesęuo, lateq; vagantibus flãmis cũ villa sua cõflagrasse.

5 ¶Eustachius Traiani aulicus, dum ceruum in venatiõe sẽctaretur, viso inter eius cornua crucis simulachro, auditaq; hac voce, Cur me pśequeris, statim cõuersus est vna cum Theophita vxore. Quod vbi postea resciuit Traianus, ambos in tauro æneo comburi fecit.

6 ¶Plinius secundus cum nihil in maiore negocio habe-

rẽt, q̃ rerum naturalium causas scrutari, perijt in Vesæui montis incendio, dum rationem vellet inquirere.

7 ¶Polycarp⁹ Ioãnis discipul⁹ & Smyrnæ p̃sul, p Chr̃iana pietate palã & spectãte ppl'o ĩ Amphitheatro cõbust⁹ ẽ.

8 ¶Valẽs Impator frat̃ Valẽtiniani, p̃lio supat⁹a Gothis, ĩ tugurio (quo spe salutis ꝓfugerat) ab eisdẽ crematus est.

9 ¶Carolo septimo Gallis pr̃icipãte dũ barbara Angloꝝ natio bonã Gallię partẽ furibũda puagaret̃, post aliquot calamitates, sui tãdẽ ppl'i misert⁹ dñs, puellã ad subsidiũ misit, tãto spiritu puellã tãtaq; virtute, vt instar Amazonis armata, & copiarũ ductrix, inimicos parta elatos victoria & iã nihil sibi nõ, pmittẽtes iuaserit, repressoq; supcilio potẽrer expugnauerit, factũ qdẽ primis inauditũ sęculis. Qd̃ licet diuina cõtigerit volũtate neq; tñ erubuit Ioãnes Lucẽburgus, vilissimũ ĩgratitudinis mãcipiũ eã inimicis, pdere, neq; illi flãmis impie deuouere. Quod vt sine odii nota, & liuoris suspiciõe seruata æquitate videret̃ fecisse, magicę artis fœminã postulauerũt, suborauerũtq; q testimonijs & iuramẽto venefică & sortilegam esse cõtenderẽt, & palam faterentur. Sed haud dubie nõ est mirum gẽtem illam sæuisse in externos quæ suorum quoq; vitam nunq̃ pluris q̃ porcorum æstimauit.

¶PARERGON. Quid torpetis Galloꝝ ingenia? Quid Epimenidis somnũ vestræ idormitis ignauię? Nõ repẽdetis beneficiũ puellæ, quę magno capitis sui piculo regni vestri salutem procurauit, quæ tandẽ se flãmis exposuit, vt vos ab hostili redimeret incẽdio? Hãc ei notã pmittetis inuri? Eius nomẽ a mortalitate nõ vindicabitis? Carnificum iniquitatem nõ insectabimini? Sepultã relinquetis puellæ innocẽtiã? Nõne tãrũ laudis apud vos meruit, q̃rum apud Romanos Chloelia? Hæc vim Porsenæ fugit, illa furias Angloꝝ fugauit. Vtram maiore præconio dignã putatis? Erimus nimiꝝ somnolentiores gliribus, si tñ facinus, tantã virginis virtutẽ in obliuionẽ cadere p̃miserim⁹. Habeo tibi gratiã Valerãde Varanie vir doctiss.

sime, tuũq; nomẽ nudo semp capite, & multa honoris ꝑ
fatiõe reuerebor, ꝙ primus oĩum puellæ patrociniũ de/
sumpseris, eiusq; manes ab eoꝝ rabie (qui mortuos alla/
trãt, & cũ laruis luctant) cõseruaris potẽtissime. Nõ pote
ras regno vtilius & aptius tuis musis moliri negocium.

10 ¶ Alexãder Milesius Polyhistor cognominatus libert⁹
Cor. Lẽtuli grãmaticus apud Laurẽtes ex incẽdio crema
tus est Syllę tẽporibus. Autor Suidas apud Volaterranũ.

11 ¶ Alcibiades Clycię filiº dũ in Phrygia ab Atheniẽsibus
exularet, ꝑcussoꝝ (q̃ imissi fuerãt) decreto viuus in cubi
culo crematus est. Ouid. in Ibin. Clyciadeq; modo circũ/
datº ignibus atris, Mẽbra feras stygiæ semicremata neci.

12 ¶ Innocẽtius tertius iussit Almericũ hęreticũ (q̃ dicebat
Ideas ĩ mẽte diuĩa creare, & creari) apud Lutecią cõburi.

13 ¶ Clotarius rex Gallorũ, cum Conabro Britonum du/
ce bellum gessit, victumq; interfecit, & Crominum eius
filium nothum, vna cum vxore ac liberis cremauit.

14 ¶ Medea ægre ferẽs se ab Iasone relictã, sibiq; Creusam
seu Glaucã Creontis filiã supinductã fuisse, nouæ nuptæ
dona quædã misit nuptialia, quæ eidẽ & toti domui in/
cẽdium attulerũt. Propertius Lib. ij. Aspice qd donis Eri/
phyla inuenit amaris, Arserit & q̃tis nupta Creusa malis.
Nigidius tamen apud Maseriũ ait Corinthi fontem esse
Glaucem noie, in quẽ se illa præcipitauit, cum aduersus
Medeæ veneficia igneſq; id sibi ſperaret profuturum.

15 ¶ Saxo Lib. vij. historiarũ Danicarum ait Frothonem re
gem incendio consumptum fuisse, & in antro (quo con/
fugerat) flamma & fumo fuisse suffocatum.

16 ¶ Phalaris tyrãnus Agrigẽtinus, dum ciues suos multis
torqueret supplicijs, a populo vna cum liberis & cõiuge
crematus est, & in eodẽ tauro (quo reos puniebat) lege
taliõis suffocatº. Oui. in Ibin. Vtq; ferox Phalaris lingua
priº ense resecta Moꝝ bouis Paphio clausus ĩ ęre gemas.

17 ¶ Nicias fuit inter venatores quispiam venandi ardore
cõcitatior, dũ feras imissis canibus ardentius insectaret,

ĩn carbonariã præceps decidit fornacem. Autor Cœlius.

18 ¶ Plutarchus scribit Pythagorã ꝑm viuũ fuisse a Cylo
nijs exustũ. Laertiº ait hoc factũ fuisse in Nicoclis Croto/
niatę domo a quodã quẽ ĩ disciplinã admitter noluisset.

19 ¶ Nigrinum quendam Ammianus Marcellinus fuisse
scribit, qui propter excitatum bellum viuus sit exustus.

20 ¶ Laurẽtius & Tyburtius martyres pro Christi nomine
incendium volentes pertulerũt. Io. Fr. Mirandula Lib. ij.
Hymnoꝝ. Iucunda incendia Laurens Suscipit, Empyrea
multũ irroratus ab vnda, Atq; per ardentes prunas illæ/
sus abibat, Maiores in corde ferens Tyburtius ignes.

21 ¶ Emerita Lucij Angloꝝ regis soror, ꝑ christiana itidẽ
pietate flammis extincta, spiritum domino reddidit.

22 ¶ Fuerũt & alij permulti, q̃ incendio finiuerũt vitam, vt
Empedocles, Dido, Euadne, Hercules, Sardanapalus, Ca
tulus, Luctatius, Asdrubal, Portia, Dædalion, Protheus.
Quoꝝ mortẽ reperies in eoꝝ Historia qui se occiderũt.

23 ¶ Martyrũ quoq; plurimi hoc mortis gñe vitã relique/
rũt, vt cœlestẽ sibi cõpararẽt Laureã, vt Tymeõ eps, Chrẽ
sta, Calista, Claudiº Caij papę frater, Chionia Anastasię an
cilla, Thedulus, Alexãder, Arsenius, Anastasia, Amonius
Arã Tharæ filiº, Apollonia, Agathõ Bassiani socius, Aga
pe, Antonia virgo, Amãtiº, Getuliº, Cerealis, Aphra me
retrix, Barnabas discipulus, Crescẽtianº, Speusippº, Seue
rianº, Symphronius, Sosthenes, Victor, Dioscorus, Eulo
gius, Fructuosus, Aemyliº, Petrus Diocletiani cubicula/
riº, Pulio, Potamiena virgo, Poleus, Fausta, Faustinus, Fi
dẽtius, Hero, Heleusippus, Hyreneus, Hylaria Aphrę mr̃
Nicetius, Nilus, Macarius Libycus, Meleusippus, Mo/
sceus, Mardonius, Muson, Macedonius ꝑsbyter, Mode/
stia, Machabęi, Marcellianus, Marcº, & alij plus sexcẽti.

¶ Præcipitati.

1 Astyanax
2 M. Manlius
3 Thessalus
4 Tarpeia
5 Lycas
6 Lycurgus
7 Aesopus
8 Nauplius
9 Theombrotus

Sapho Timagoras Meles

8 TRoia diruta, Troianisq; profligatis, neqd supesset reliqæ, quod in posteæ vrbis & ppli ruinã vlciscereť, Vlysses Astyanactẽ Hectoris filiũ in ꝑceps dedit mira qdẽ immanitate. Ouid. Lib. xiij. Meta. Mittẽ Astyanax illis de turribus, vnde Pugnantẽ pro se, pauitaq; regna tuẽtem Sæpe videre ꝓcem monstratũ a matre solebat. Idẽ in Ibin. Vt q Theseæ fallacia vela carinæ Vidit, & iliaca missus ab arce puer. Idẽ. Et videas quod (iã cum flãmæ cuncta tenerẽt) Hectoreus patria vidit ab arce puer. Seneca in Troade. Præceps vt altis cecidit e muris puer, Fleuit Achiuũ turba quod fecit nefas.

2 ¶M. Manlius (qui Gallos in obsidione Capitolij obrepentes per ardua depulerat) conuictus de regno occupando consilium iniisse damnatus e saxo Tarpeio præceps datus est. Autor apud Gelliũ. M. Varro. Cor. Nepos scriptum reliquit, eum verberando fuisse necatum.

3 ¶Thessalus (a quo Thessalia nomen sumpsit) Hęmonis filius, ab Euryalo quodam aduena ex Ossa monte præcipitatus est. Oui. in Ibin. Vtq; dedit saltus e summo Thessalus Ossa, Tu quoq; saxoso præcipitere iugo.

4 ¶Sabinis Romam obsidentibus, cum Tarpeia virgo Capitolium prodidisset, armillarum & annulorũ (quos illi gerebant) pactione, vbi in arcem introducti sunt, obsequij immemores puellam præcipitauerunt.

5 ¶Lycas ab Hercule præcipitatus est, ꝙ ei tunicam cruore Nessi tinctam, & veneno imbutam attulisset.

6 ¶Lycurgus (teste Lactantio) a suis in mare ꝓcipitatus est, ꝙ primus mero aquam miscuisset.

7 ¶Aesop⁹ fabulator Phrygi⁹ cũ venisset Delphos, ibidẽ furti ab emulis falso accusat⁹ (phialã eni argẽteã inter ei⁹ sarcinulas clam posuerãt) de rupe insons præcipitat⁹ est.

8 ¶Nauplius Palamedis pr cũ intellexisset Diomedẽ & Vlyssem naufragio liberatos (qbus tñ hoc malum p insidias machinabat) seipsum præcipitauit. Seneca Igne fulgi moriturus Argis Nauplios preceps cadit in pfundũ.

9 ¶De Theombroto, Sappho puella, Timagora, & Melete, vide in eoꝝ historia qui mortem sibi cõsciuerunt.

¶Mortui scalarum ruina.

1 Elpenor 2 Philostratus 3 Asclepiades

1 ELpenor socius Vlyssis ebrius apud Circem factus, scalaꝝ casu perijt. Martialis Lib. xi. Pene imitatus obit sæuis Elpenora fatis, Præceps p longos dum ruit vsq; gradus. Ouid. Lib. iij. de Tristibus. At miser Elpenor recto delapsus ab alto, Occurrit regi flebilis vinbra suo. Idem in Ibin. Neue gradus adeas Elpenore cautius altos, Vinq; feras vini, quo tulit ille modo.

2 ¶Martialis ait Philostratum, cum in balneis Sinuessanis esset, nimio haustu vini in ebrietatem lapsum scalarum casu, nõ tunc primũ sed paulopost post extinctum.

3 ¶Plinius Lib. vij. ait Asclepiadem medicum Prusiẽsem suprema in senecta scalarum lapsu fuisse exanimatũ. Sic qui ægrotis mederi consueuerat, qui e funere retulerat mortuum, fati insidias vitare non potuit.

¶Absorpti terra.

1 Amphiaraus 3 Val. Torquatus Abyron
2 Curtius 4 Chore
Anchurus Dathan

1 AMphiaraus vates dum apud Thebas præliaretť, terræ hiatu cum curru (cui insidebat) absorptus est. Propertius Lib. ij. Non Amphiareæ prosunt tibi fata quadrigæ. Idem Lib. iij. Tu quoq; vt auratos gereres Eriphyla lacertos, Delapsis nusquã est Amphiarae⁹ eqs. Oui. Lib. iij. de Ponto. Notus humo mersis Amphiaraus equis. Politianus in Nutricia. Quid quem impia ꝓdidit vxor, Hosticaq; hausit humus? Sabellicus de Inuẽtoribus rerũ. Ignibus Oiclides visis vẽtura canebat Cõiugis impulsus fatales visere Thebas Proditione sue, proh tristia fata, ruẽtẽ Curribus & bigis hauserũt tartara vatẽ.

2 ¶Cum ingens vorago Romæ paulatim excresceret &

terrã absumeret, respõsum est ab oracvlo hiatũ nõ posse desinere, nisi qs intro se demitteret. Quo audito Curtius equo insidens illuc desilijt. Propertius in Lib. ij. Curtius expletis statuit monumenta Lacunis. Ouid. in Ibin. Atq; eques in medij mergare voragine cœni, Dũmodo sint facti noia nulla tui. Idẽ fecit Anchurus Midę regis filius, vt iam diximus in eorũ historia, qui se occiderunt.

3 ¶ Paulo Aemylio in Pyrrhũ Epirotarũ regem bellante, cum ab oracvlo responsum fuisset Romanos fore victores, siquis eorũ in voraginem se demitteret, Val. Torquatus, sponte se obtulit. Autor Critolaus apud Plutarch.

4 ¶ Chore, Dathas, & Abyrus cũ isurrexissent in Moysen & Aaronẽ, excitassentq; populum ad auferendũ huic sacerdotiũ, illi principatum, protinus (vt scribitur Numeri Cap. 16.) dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiẽs os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum, descenderuntq; viui in infernum, operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

¶ Mortui & extincti veneno.

1	Claudius Cęsar	14 Annibal	27 L. Tubulus
2	Lotharius Ludouicus	15 Aratus	28 Guillermus Veronensis
3	Mahometes	16 Theramenes	29 Anaxagoras
4	Constantinus	17 Alexander	30 Aristobolus
5	Zimisces	18 Ladislaus	31 Conradus
6	Carolus	19 L. Vectius	32 Clemens tertius
7	Hẽric⁹ Lucẽbur	20 Rosimunda Helmiges	33 Carolus octauus
8	Britannicus	21 Antaris	34 Antiochus
9	Diocletianus	22 Cossinus	35 Themistocles
10	Ludouic⁹ balb⁹	23 Demosthenes	Lucretius
11	Socrates	24 Philopœmen	36 Cleopatra
12	Biliotus	25 Seneca	Boudicea
13	Lucullus	26 Victor	

1 ¶ Conuenit Cæsarem Claudiũ imperatorem veneno ab Agrippina vxore occisum. Vbi autẽ, & p quem

dato discrepat. Alij ab Haloto spadone pręministratum, alij domestico per ipsam Agrippinam cõuiuio, quę Bolẽtum medicatũ eidẽ taliũ ciborũ auido obtulerat. Quod cõfirmare videtur Martialis Lib. i. Epigrã. dicẽs. Boletũ qualem Claudius edit, edas. Et Ausonius. Claudius ambiguo cõclusit fata veneno. Itẽ Plinius de Boletis loquẽs. Optimus inqt est is cibus, sed immẽso exẽplo in crimen adductus, veneno Tyberio principi per hãc occasionem ab Agrippina cõiuge dato. Quo facto illa terris venenũ alterum, sibiq; ante omnes Neronem suum dedit. Cor. Tacitus Lib. xij. ait infusum delectabili cibo boletorũ venenum, nec vim medicaminis statim intellectam.

2 ¶ Lothari⁹ rex Gallorũ, Ludouici quarti fili⁹ decessit ex veneno, ab vxore adultera (vt ferẽ) pministrato. Ei⁹q; fili⁹ Ludouicus qntus Blãchę cõiugis opa eodẽ fato pijt.

3 ¶ Mahometes ex Arabia ort⁹ vastata Syria, expugnataq; Damasco ei⁹ regiõis capite cũ Scęnitas & Arabas suę adiecisset ditiõi, annovitę. 40. veneno a domesticis dato pijt.

4 ¶ Constantinus imperator Heraclij filius, cum annum vnicum rebus præfuisset, Martinæ nouercæ dolo & insi dijs venenum hausit, quo suffocatus est.

5 ¶ Ioannes Zimisces imperator post Nicephorum Phocam Constantinopolim profectus, ibidem post annũ im perij sextum, & sex mensẽs potionatus decessit.

6 ¶ Carolus Caluus imperator & Gallorum rex veneno a Sedechia medico Iudaici sanguinis dato interijt, cum Mantuæ in valetudinem incidisset.

7 ¶ Henricus ex Lucelburgo impator post Albertũ a Clemẽte Põtifice designatus, dum supata Hetruria, Florẽtinis salutẽ iã desperatib⁹ imineret, veneno in Eucharistia & ptioso Christi sanguine dato perijt, anno iperij qnto. Illud autẽ venenũ datũ est opera Roberti Siciliæ regis.

8 ¶ Iulius Pollio tribunus, & venefica noïe locusta. Britanico iussu Neronis fratris venenum dederũt bibendum. Quod ita cunctos eius artus peruasit, vt pariter & spiri-

tus eius raperetur. Autor Cor. Tacitus Lib. xiij.

9 ¶ Ferũt Diocletianũ e Dalmacia oriũdũ, post annũ. 10. iperij sui veneno extinctũ. Cuius aũt opera, non cõstat.

10 ¶ Ludouicus Balbus dum biennio cum Carolo Crasso fratre suo imperasset, veneno sublatus est relictis Carolo simplice, & Carolo magno liberis.

11 ¶ Socrates ab Atheniẽsibus iniusta de causa morti deuotus, tritũ in calice venenũ hausit. Cuius vis dũ in p̃cordia & venas serperet, iacuit resupinus. Ouid. in Ibin. Sollicitoq; bibas, veluti doctissimus olim, Imperturbato quod bibit ore reus. Sidoni⁹. Quid nõ piget hausit Lumina cõdẽnãs, Anyto pallẽte venenũ. Faust⁹ in Panegyrico. Quẽ carcere tetro Sorbitio gelidæ rapuit porrecta cicutæ.

12 ¶ Marullus in Epigrãmatis scribit Biliotũ astrologum aspersis venena boletis instar Claudij perijsse, vbi ait. Dũ cauet astrologus perituris sydera nautis, Dum sibi boletis non cauet, ipse perit.

13 ¶ Lucillum imperatorem clarissimum amatorio poculo perijsse testis est Plinius Lib. xxv. Cap. 3.

14 ¶ Annibal Amilcharis fili⁹ post multas clades Romanis illatas tãdẽ victꝰ, cũ de Prusię regis Bithynię (ad quẽ ꝓfugerat) fide dubitaret, venenũ hausit, qđ i ãnulo gerebat.

15 ¶ Aratus dux Sicyonius, cum multos tyrannos sua virtute sustulisset, Philippo iuniori Macedoniæ regi cœpit esse formidolosus. Propterea veneno lento ac sensim dato ab eo potionatus est.

16 ¶ Theramenes Athenienſis philosophus, iussu triginta tyrannorum instar Socratis in carcerem detrusus, ibidem venenum hausit. Quo hausto, propino, inquit, Critiæ, quoniam is erat, cuius insidijs moriebatur.

17 ¶ Alexãder Macedo ab Iola p̃gustatore Antipatri ad regnũ aspirãtis filio veneno potꝰ est. Vis aũt veneni, quod in Macedonia gignit, tãta est, vt ferrũ quoq; exurat, Curtius testis est venenũ illud p Cassandrã allatũ fuisse, traditumq; fratri Iolæ. Cõuenit inter scriptores Aristotelis in

famia & maxima nota excogitatũ. Ouidius in Ibin. Nec tibi fida magis misceri pocula possint, Quã q cornigero de Ioue natꝰ erat. Lucanꝰ Lib. 10. Illic Pellæi ples Vesana Philippi, Felix prędo iacet terrarę vindice fato Raptus.

18 ¶ Ladislaus rex Appuliæ dum Florentinos bello aggredi, suæq; ditioni submittere constituisset, eorum opera & insidijs veneno suffocatus est.

19 ¶ L. Vectius a Cæsare subornatus, & præmijs inductus, vt se de inferenda Põpeio nece, a Bibulo, Curione, Catone, Lucullo, & Cicerone (quos oderat) solicitatum ꝓfiteretur, cum vnum atq; alterum non sine fraudis suspicione nominasset, desperato consilij euentu, ab ipso Cæsare interceptus veneno creditur. Autor Suetonius.

20 ¶ Rosimũda Cunimũdi Gepidarę regis filia, iterfecto p̃mo marito Alboino rege Longobardorę, secũdũ quoq; Helmigẽ noie, Rauẽnæ pricipẽ veneno presentaneo pdere conata est. Cuius partẽ cũ hausisset, vbi sensit contagium p venas serpere, euaginato gladio eam coegit relĩ quã poculi partẽ bibere. Quo facto ambo suffocati sunt.

21 ¶ Antaris Longobardorę rex Theolindæ maritus, cum sex regnasset annos, ĩsidijs domesticorę apud Ticinũ extinctus est venenato poculo, Nonis septẽbris. Autor Paulus diaconus Lib. iij. de gestis Longobardorum.

22 ¶ Cossius eques Romanus amicitia Nerõis notus cum Lichene laboraret, vocatus Aegypto medicus, vt eius morbo mederetur, cum Cantharidum potum prępara sset, interemit. Plinius Lib. xxij. Cap. 4.

23 ¶ Scribit Eratosthenes apud Cœlium, Democritũ prędicto vltimorę casuũ consuesse venenũ gestare inclusum, quod etiã intrepide hauserit, neqd indignũ sua virtute, a Macedõib⁹ pateret. Nã cũ i Antipatri (qAlexãdro succesſit) odiũ venisset, sanxerat Demades, vt capite plecteret.

24 ¶ Philopœmen seu Philopœmenes, magnꝰ Græciæ imperator, cũ apud Messenios in domicilĩ subterraneum neq; auras neq; lucẽ exterius exc.pies, fuisset impactus

hausto ibidem veneno perijt. Venenum autem porrexit Dinocrates Messenioꝝ dux, parta de illo victoria.

25 ¶ Seneca a Nerone discipulo coactus, vt quod vellet genus mortis eligeret, venas medico prębuit, veneno demum in balneo hausto perijt.

26 ¶ Victor tertius Pont. Max. cum vnicum annum sedisset, mortuus est nō sine maxima suspicione dati ab Henrico veneni in calice, dum sacrificaret.

27 ¶ L. Tubulus sacrilegus ab exilio (quo propter multa flagitia missus fuerat) reuocatus, ne in carcere necaret, venenum hausit. Autor Asconius Pedianus.

28 ¶ Guillermus dux Veronensiū nocte quadam cum Florentinis Veronam ingressus, a Carrarięnsibus captus, & veneno sublatus est.

29 ¶ Anaxagoras phus, cū annis. 72. vixisset, ab Atheniēsibus in carcerē cōiectus, q̄ Solē (quē illi reuerebant) ignitum lapidem vocasset. ibidem epoto veneno interijt.

30 ¶ Aristobolus rex Iudeę captus a Gabinio, & Romam ductus, in carcere porrectum hausit venenum.

31 ¶ Cōrad⁹ ipator Frederici filius pijt veneno, q̄d medici a Mānfredo (q̄ iperio succesſit) pecunia corrupti dederūt.

32 ¶ Clemēs tertius cū annis nouē sedisset in pontificatu, opera Henrici tertij imperatoris, veneno extinctus est.

33 ¶ Constans fama est, atq; etiam Volaterranus scribit Carolum octauum Gallorum regem veneno suffocatum. Quod a veritate non abhorreret, cum in Sthæristerio præter spem, ac nihil sibi timens, exanimatus prope concidisse, ac paulopost expirasse dicatur.

34 ¶ Laodice regina Syriæ Antiochum, Deum cognomēto, maritum suum veneno extinxit, ob superinductam sibi Ptolemæi sororem Berenicen.

35 ¶ Themistocles cum annum ætatis quintū & sexagesimum absoluisset, spectātibus amicis epoto sanguine taurino vitam finiuit. Autor Plutarchus in eius vita. Quod cum fecisse dicunt, ne in patriam (qua tamen pulsus fuerat) pugnare ab Artaxerxe cogeretur.

36 ¶ De Cleopatra, Lucretio, Baudicea Britanoꝝ regina, & q̄busdā alijs veneno itidē præfocatis iā sumus locuti.

¶ Mortui morte subita.

1 Duo Cęsares
2 Q. Fabius
3 M. Orellius
4 Vulcati⁹ Gurges
5 Q. Aemyli⁹ Lepidus
6 C. Aufudius
7 Legatus Rhodiorum
8 Cn. Bebius,
9 A. Pompeius
10 Iuuēci⁹ Thalna
11 Seruilius Pansa
12 Bebius iudex
13 Terētius Corax
14 Iulius medicus
15 Man. Torqua.
16 Dutius
17 Saufeius
18 Q. Scapula
19 D. Saufeius
20 Ofilius
21 Caninius
22 Cn. Carbo
23 Sertorius
24 Mithridates
25 Gandericus
26 Alaricus
27 Alphonsus
28 Andebuntus
29 Aegeas
30 Nicanor
31 Andragoras
32 Cleobis Bithon
33 Agamedes Trophonius
34 Guilmerius
35 Petrus & calceonus

1 Hvmanæ calamitatis argumentū satis afferūt tam varij tāq; incerti hominū casus. At in primis miraculo sunt mortes repentinæ, quas (si de futura animę salute constaret) nō omnino dolendas, immo vero mature appetēdas, & omniū optimas cum Plinio iudicarem. Verū quoniam nemini nostrū cōpertū est, quo post mortem sit profecturus, vbi anima locū habitura, & alicubi tū habitura, deum frequente voto multisq; sacrificijs debemus auertere, ne tam insperato mortis genere nos incautos perimat, priusquā domui nostræ cōsulueri mus, habitaq; scelerę pœnitentia, q̄tulamq; veniam exorauerimus. Quid enim de his sperandū, q peccatis obruti, momēto & in oculi nictu vita spoliantur? Nunqd iacta videtur alea? Iacta Hercule nō minus q̄ de his q nunq̄ reuisuri portū, in Carybdim & Syrtes nescij impegerūt. Sed ad historiā, qm̄ q̄uis dolor pascant lachrymę, nullus tū hic polylogię locus relinqtur. Eos primū loco speculi

nobis proponamus, quos Plin. Lib. vij. Cap. 53. seriatim noiat. Nullis, iqt, euidentib⁹ causis obiere (dū calceanēm tutino) duo Cæsares, ꝓtor & ꝓtura populi Romani functus dictatoris Cęsaris pr, Hic Pisis exāimat⁹, ille Romę.

2 ¶ Q. Fabi⁹ maxim⁹ in ꝓsulatu suo ꝑdie Calēdas ianuarij.

3 ¶ In cuius locum. M. Orellius pauciſſimarū horarum consulatum petijt.

4 ¶ Item Vulcatius Gurges, omnes adeo sani atq; tempestiui, vt de progrediendo cogitarent.

5 ¶ Q. Aemylius Lepidus, incusso pollice limini cubiculi.

6 ¶ C. Aufidius, cum egressus in senatum iret, offenso pede in Comitio.

7 ¶ Legatus quoq; (qui Rhodiorū causam in senatu magna cum admiratione orauerat) in limine Curiæ protinus expirauit progredi volens

8 ¶ Cn. Bebius Pamphilus, cum a puero quęsisset horas.

9 ¶ A. Pompeius in Capitolio, cum deos salutasset.

10 ¶ M. Iuuencius Thalna consul, cum sacrificaret.

11 ¶ Seruilius Pansa, cum staret in foro ad tabernam horā dici secunda in P. Pansam fratrem innixus.

12 ¶ Bebius iudex, dum vadimonium differri iubet.

13 ¶ Terentius Corax, dum tabellas in foro scribit.

14 ¶ C. Iulius medicus, dū inungit ipecillū p oculū trahēs.

15 ¶ A. Manlius Torquatus consularis, cum in cœna placentam appeteret.

16 ¶ L. Dutius medicus Valla, dum mulsi potionē haurit.

17 ¶ Ap. Saufeius scriba, cum a balneo reuersus, mulsum bibisset, ouumq; sorberet.

18 ¶ P. Quintius Scapula, cum apud Agliū Gallū cœnaret.

19 ¶ Decimus Saufenis scriba, cum domi suæ prandaret.

20 ¶ M. Ofili⁹ hilar⁹ histrio, sūpta post cœnā calida potiōe.

21 ¶ Caninus quoq; primo die sui cōsulatus interijt. Vnde exijt Ciceronis iocus. Vigilantem habuimus Caninium consulem, qui somnum in suo consulatu non vidit.

22 ¶ Fuit & Cn. Carbonis mors multū insperata, qui dum

ventrem exoneraret in latrina occisus est.

23 ¶ Sertorium inter epulas incautū iugulauit Perpenna.

24 ¶ Mithridates quoq; senior rex Ponti, morte repentina interceptus est.

25 ¶ Gandaricus rex Vandalorū dum capta Hispali Beticæ vrbe templū vellet ꝓfanare, mortuus repente concidit.

26 ¶ Alaric⁹ ipator apud Cōsentiā morte subita defunct⁹ē.

27 ¶ Alphonsus septimus rex Hispaniæ in itinere sub arbore quadam repente excessit.

28 ¶ Andebuntus rex Anglorum, in cœna nimio vini haustu cecidit extinctus.

29 ¶ Aegeas proconsul post affectum martyrio Andream, a malo spiritu correptus, momento expirauit.

30 ¶ Nicanorem Parmenionis filium subita correptū morte scribit Curtius Lib. v. de gestis Alexandri.

31 ¶ Perijt & subita morte Andragoras, Autore Martiale, qui Lib. vi. sic īquit. Lotus nobiscum est hilaris cœnauit. & idem, Inuentus mane est mortuus Andragoras.

32 ¶ Argia sacerdos a Cleobi & Bithone filijs ad Dianæ tēplum in curru vecta, cū deā orasset, vt illis ꝓmiū daret ꝓpietate, & quod homini videretur optimū, mortuos in lecto mane reperit, Quod fuit argumēto matura morte nihil esse meli⁹. Autor Cicero Lib. i. Quęst. Tusculanarū.

33 ¶ Trophonius quoq; & Agamedes dū ædificato apud Delphos Apollini templo deum mercedem laboris postulassent, quodq; homini esset vtilissimum, paulopost itidem mortui inuenti sunt.

34 ¶ Ioannes Guilmerus Corbinicus (Corbinū oppidū est in finibus Eduorum) vir potens opibus, augusta maiestate, & Catoniana ꝓpe grauitate, dū in tēplo ad sacrificiū & orationem se reclinaret, incerta causa & inexplorato mortis argumento, repente expirauit, iam plenus annis.

35 ¶ Petrus Calceonus vnus eorum, q Ioānā puellam gallicā Angloꝝ expultricē fiāmis deuouerūt, dū radēdā tōsori barbā cōmitteret, in ipsa tonstrina repentę decessit

Valerandus Varanjus. Sic & Calceonus (qui censuit esse cremandam) Pendula dum tonsor secat excrementa capilli, Expirnus cadit, & gelida tellure cadauer Decubat, Vltrices sic pendent crimina pœnas.

¶Mortui gaudio & risu.

1 Chilo	mana	7 Philemon	
2 Sophocles	4 Philippides	8 Polycrata	
Dionysius	5 Philistion	9 Iuuencius Thal-	
3 Mulier Ro-	6 Diagoras	na	

1 IMmodica perijt lætitia Lacedæmonius Chilo, cum filium in complexibus teneret Olympiæ coronatũ.

2 ¶Sophocles & Dionysius Siciliæ tyrannus, vterq; accepto Tragicæ Victoriæ nuncio. Lucianus & Soades apud Crinitum contra Plinij sententiam dicunt Sophoclem acino vuę perijsse. Val. Max. tamen & Volaterra. fo uent partes Plinij. Quorum Vexillum seqtur Politianus in Nutricia scribens. Quemq; senem meritæ rapuerunt gaudia palmę. nisi fortasse de Philippide intelligi malis.

3 ¶Mulier Romana filio post cladem Cannarum incolumi viso post falsum nuncium.

4 ¶Philippides Comœdiographus, cũ in certamine poetarum præter spẽ vicisset, ac propterea lætissime gauderet, inter illud gaudium repente mortuus est.

5 ¶Philistion Niceus poeta Comicus (qui Socratis ætate floruit) nimio quoq; risu mortuꝰ ẽ. Politianꝰ i Nutricia. Implicituſq; Sophron, risuq; Philistio tãdem Perditus.

6 ¶Diagoras Rhodius cum tres filios Athletas eodẽ die vincere, & victores coronari vidisset, populusq; gratulabundus flores vndiq; in eum iacerent, in stadio spectante populo in oculis & manibus filiorum animam effauit præ lætitia. Autores Cicero Lib. i. Quæst. Tus. & Gellius Lib. iij. noctium Atticarum, quibus in hac re idẽ est consensus, præterq; quod Cicero duos tãtum filios Diagoræ coronatos, tres Gellius dicit.

7 ¶Philæmon poeta videns asinum ficus mensæ paratas comedentem,

comedentem, tanto diffluxit gaudio, vt eo expiraueriꝫ Autor Val. Max.

8 ¶Aristoteles apud Gellium est autor Polycratam nobilem fœminam Naxo insula cognito repente insperato gaudio animam expirasse.

9 ¶M. Iuuentius Thalna Cõsul, dum sacra dijs exhiberet in Corsica (quam suis auspicijs subegerat) acceptis literis decretas ei, a senatu supplicationes nũciantibus, dum intento illas animo legeret, ante focum præ gaudio collapsus, mortuus humi iacuit. Autor Val. Max.

¶Mortui in actu Venereo.

1 Cor. Gallus	3 Phaon	6 Beltrandus	
Q. Heterius	4 Speusippus	7 Rodoaldus	
2 Alcibiades	5 Tigillinus	8 Ioannes. 12	

1 COr. Gallus & Q. Heteriꝰ eques Romanꝰ in Venere obiere. Autor Plinijꝰ Lib. vij. Quorsum aũt (inquit Valerius) attinet eoꝝ cauillari fata, quos nõ libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit?

2 ¶Alcibiades Athenienſis cũ Tinãda meretrice a Lysandro interfectꝰ est in actu Venereo, vt credibile ẽ, icertũ tũ.

3 ¶Phaon cũ esset hominũ pulcherrimus, a Mitylenæorum mulieribus ardenter appetebatur. Vnde factũ, vt in adulterio deprehensus iugularetur. Autor Cœlius.

4 ¶Tertullianus in Apologetico ꝓtra gẽtiles ait Speusippum philosophũ de Platõis schola in adulterio perijsse.

5 ¶Cor. Tacitus ait Tigillinũ præfectum vigilum & prætorij inter stupra concubinarum & oscula, sectis nouacula faucibus inhonestam clausisse vitam.

6 ¶Iouianus Põtanus in opusculo de obedientia ait Beltrandum cognomine Ferrerium, Barcellonę (vrbs est Hispaniæ) in Venere expirasse.

7 ¶Rodoaldus Longobardorum rex, in libidine deprehensus, cum matrona interfectus est.

8 ¶Ioannes. 12. pontifex in adulterio comprehensus, interfectꝰ est. Cuius mors eo turpior est, quo sanctio

rem eum esse oportet, qui dignitate cæteros antecellit.

¶ Mortui nimio cibo aũt potu.

1 Archesilaus 4 Valentinianus 7 Childericus
2 Domitianus 5 Iouinianus 8 Anacreon
3 Septimius 6 Andebuntus

1 ARchesilaus Prytanæus immodico haustu vini perijt, anno suæ ætatis. 75.

2 ¶ Eusebius scribit Domitium Aphrum, cibi superfluitate redundantem in cœna perijsse.

3 ¶ Septimus Seuerus impator dum mẽbroꝝ omniũ, maxime pedũ dolorẽ pati negret, loco veneni cibum pluri me carnis incoctę auidius deuorauit. Quẽ dũ cõcoquere nõ posset, cruditatẽ passus expirauit. Autor Sext⁹ Aurel.

4 ¶ Valẽtinian⁹ ip. Quadoꝝ legatiõi rñdẽs, voce ipetu sanguis amissa sẽsu iteger expirauit. qđ ex itẽpãtia cibi ac suturitate q̃ art⁹ diffuderat, accidisse mlti detulẽ. Idẽ autor.

5 ¶ Ferunt & Iouinianum imperatorem ciborum in stomacho incoctoꝝ cruditate perijsse. Testis Bap. Egnatius.

6 ¶ Iam diximus Angloꝝ regẽ Andebũtũ in cœna qñq; tantũ vini sumpsisse, vt eo suffocatus repente excesserit.

7 ¶ Gregorius Turonensis ait Childericũ Saxonem, cum aliquando ad ambas vsq; aures cibo se ingurgitasset, eo suffocatum fuisse, & repertum in lecto mortuum.

8 ¶ Anacreon Teius poeta dum aliqñ liberius Baccho indulgeret, acino vuæ passæ strangulatus est. Politianus in Nutricia. Tandem acino passæ cadis interceptus ab vuæ.

¶ Lapidibus obruti aut murorum ruina.

1 Cebrion Daria 14 Lycidas
2 Cycnus 8 Eusebius 15 S. Stephanus
3 Pyrander 9 Paulina 16 Elphegus
4 Cynna Candida 17 Marty. nõnulli
5 Mardonius 10 Polydamas 18 Pyrrhus
6 Neocles 11 M. Posthumus 19 Henricus rex
Demopholis 12 Vatinius 20 Ioannes Pon.
7 Chrysantus 13 Coes 21 Clemens. 5.

22 Atheneus Falconius Lycorides
23 Siluinus 24 Alidice 25 Theatri ruina

1 CEbrion Priami filius a Patroclo in bello Troiano saxo obrutus est. Autor Home.

2 ¶ Cycnus Neptuni fili⁹ cũ a pre habuisset, vt ferro inuulnerabilis esset, ab Achille apud Troiã lapide extinctus est.

3 ¶ Athenien̄sibus in Eumolpũ bellantibus, dũ immineret fames, Pyrãder questor a populo saxis obrutus est, q̃ triticum parce suppeditaret. Autor Calisthenes apud Plutar.

4 ¶ Romãis i Gallos bellũ gerẽtib⁹ dũ annõç caritas iuale ceret, Cynna tritici largitionẽ surripiẽs, regnũ affectasse credit⁹ ẽ, ac ppea saxis obrut⁹. Aristides apud Plut. testis.

5 ¶ Mardonius persa (quẽ Xerxes apud Salaminẽ victus cũ exercitu reliqt, vt belli reliqas cõfoueret) ab Arimneso Spartiara saxo obrut⁹ est. Quo fato præmonuerat eũ peritusꝝ Amphiaraus. Autor Plutarchus in Aristide.

6 ¶ Neocles & Demopolis Themistoclis filij, cũ Athenien̄ siũ mẽoriã refricuissent sup legib⁹, q̃ aduersus exules fuerãt sancitę, a pñis inimicis lapidib⁹ obruti sunt. Cœlius.

7 ¶ Chrysantus Alexãdrinus vna cũ Daria vxore sub Numeriano iperatore, p Catholica pietate saxis obrut⁹ est.

8 ¶ Eusebius Sardus præsul Vercellensis a Cõstãtino principe factus, ab Arrianis lapidibus oppressus est.

9 ¶ Paulina virgo Romana Artemij pfecti filia saxis obruta est sub Diocletiano, cũ Cãdida mre, idq; p Chri noie.

10 ¶ Polydamas Herculani roboris Athleta, dũ sub saxo ruinã minante cũ aliquot cõuiuis cœnaret, omnesq; sibi timẽtes diffugerẽt, solus viriũ confidentia remansit, fore sperãs vt cadentẽ molem manibus sustineret, qua tñ oppressus est. Autor Pausanias apud Volaterranum.

11 ¶ M. Posthum⁹ Regilien̄sis in Eq̃s Italię ppl'os bellũ mouẽs, dũ militib⁹ vrbis pdã spopõdisset, ac postea vrbe capta eosdẽ elusisset, certatĩ ab oib⁹ saxis obrut⁹ ẽ. Aut. Liu.

12 ¶ Macro. autore Vati. i ludis gladiatoris fuisse lapidatũ.

13 ¶ Scribit Herodotus Coe vnum ex Alexãdri ducibus a

Mitylæneis comprehensum, & lapidibus interemptum.

14 ¶Lycidas senator Athenienſis a ſuis interfectus eſt, q̃ pecuniam a Mardonio Perſa Athenarum inimico, acceꝑisſe crederetur. Autor Herodotus.

15 ¶S. Stephanus martyrũ primus pro Chriſti nomine lapidibus oppreſſus eſt. Io. Frã. Mirandula, Et lapides Stephano dulces, torrentis amari Mancipijs ſcelerum.

16 ¶Elphegus Cantuarienſis archiepiſcopus, pro Chriſtiana pietate eandem ſubijt mortem.

17 ¶Vitalis q̃q; Mediolanẽſis, Oneſim⁹, Metran⁹, Mãmes, Magn⁹ & Cyriac⁹ martyres eodẽ oppreſſi ſunt tormẽto-

18 ¶Pyrrh⁹ Epirato dũ aduerſus Antigonũ Argos obſideret, tegula vel (vt mauult Trog⁹) ſaxo avetula iacto iterfectus ẽ. Oui. in Ibin. Aut vt Achillidẽ cognato noie clarꝫ, Opprimat hoſtili tegula iacta mãu. Autor Plut. i ei⁹ vita.

19 ¶Henricus Alphonſi octaui regis Caſtellæ fili⁹, dũ vna cũ pueris luſitaret, tegulæ caſu perijt apud Palantiã vrbẽ.

20 ¶Ioannes vigeſimuſprimus Pont. ruina camerę (quam ędificabat) oppreſſus eſt.

21 ¶Clemente quinto pontifice Lugduni ſolẽne ſacrificiũ celebrante, tantus agminatim cõfluxit populus, vt Ioannes Britanię dux cũ multis alijs muri ruina occubuerit.

22 ¶Athenæus philoſophus, cum Romam veniſſet, ruina domus, quam habitabat oppreſſus eſt.

23 ¶Siluinus & Falconius famuli Quintiani Siciliæ præfecti, eadem morte perierunt.

24 ¶Alidice Alebæ Lariſſæi filia vna cũ viro Lycoride ruina dom⁹ extincta ẽ. Oui. in Ibin. Lapſurãq; domũ ſubeas vt ſanguis Alebæ, Stella Lycoridæ cui fuit æqua viro.

25 ¶Tranquillus ait Fidenis Theatri ruina duo & viginti hominum millia perijſſe.

¶Iugulati & ſtrangulati.

1 Galba	4 Lucilla		Gabinus
2 Gandulphus	5 Cethegus		Ceparius
3 Commodus		Statilius	Lentulus

6 Galſonda	9 Caudemus	12 Gerontius
7 Antiſtius	10 Cor. Lentulus	13 Apries
8 Dinarchus	11 Amalaſuntha	14 Albanus

1 SErgius Galba cũ Piſonẽ in cõflatæ iuidiæ remediũ adoptaſſet, in medio foro ab Othone iugulat⁹ eſt.

2 ¶Gandulphus martyr ſuaſu vxoris adulterę (cum qua diuortiũ fecerat) noctu ab adultero iugulatus eſt.

3 ¶Commodus poſt tertiũdecimum imperij annũ ſtrangulatus eſt Læto Autore & Martia cõcubina. Sex. Aurelius ait Martiam prius tẽtaſſe, vt eum veneno perderet.

4 ¶Lucilla Nemeſii tribuni filia, Romæ in via Appia ſub perſecutione Valeriani iugulata eſt.

5 ¶Cethegus, Statilius. Gabinus, Ceparius & Lẽtulus Catilinari, in carcere iuſſu Senatus ſtrangulati ſunt.

6 ¶Galſonda Athanagildi Gothor̃ regis filia a Chilperico marito noctu iugulata eſt, ſuaſu Fredegũdæ pellicis.

7 ¶Antiſtius autore Plutarcho, in ſenatu iugulatus eſt, q̃ ob Pompeium Syllanam ſequi factionem videretur.

8 ¶Dinarchus Corynthius iuſſu Polypercontis iugulatus eſt. Plutarchus Autor.

9 ¶Datius Caudemum Athenienſem (quem de apparatu ſui exercitus percontatus fuerat) recta monentem, iugulari fecit. Curtius Lib. iij. de geſtis Alexandri.

10 ¶P. Cor. Lentulus prętor vrbis cõprehenſus in coniuratione Catilinę, iuſſu Ciceronis iugulatus eſt in carcere.

11 ¶Amalaſuntha Gothorum regina, Atalarici mater, a Theodato (quem mortuo filio regni ſocium aſciuerat) in balneo iugulata eſt. Paulus diaconus.

12 ¶Gerontius Comes a militib⁹ ſuis iugulatus eſt, q̃ Conſtantem Conſtantini filium feciſſet perimi. Idem Autor.

13 ¶Apries ab Amaſi ſuperatus, datus eſt Aegyptijs iugulandus. Autor Herodotus.

14 ¶Aban⁹ martyr a latronib⁹ hoc mortis gñe ſuffocat⁹ eſt.

¶Sagittis confoſſi.

1 Achilles	2 Lycophron	3 Acron

4 Anacharsis 6 Christina 8 Procris
5 Hyrene 7 Sebastianus

1 ACHillem poetæ fabulantur nullibi membrorũ præterq̃ in talo fuisse vulnerabilem, q̃ eam partem mater Thetis non abluisset Styg̃is vndis vt cæteras. Huc ergo iaculatus Paris, euersorem Troię permit. Virg. Lib. vi. Aene. Dardana qui Paridis direxti tela manusq; Corpus in Aeacidę magnas obeũtia terras. Ouidius Lib. xij. Meta. Dixit, & ostendens perdentem Troica ferro Corpora Peliden arcus obuertit in illũ, Certaq; lethifera direxit spicula dextra.

2 ¶Lycophrõ poeta iambographus a quodã æmulo traiectus est. Ouid. in Ibin. Vtq; cothurnatum periisse Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.

3 ¶Actõ rex Ceninẽsiũ, a Romulo victº & sagitta oſſoſsº cẽctus est, q̃ alienæ gentis sacrificia imitaretur. Autor Herodotus. Sunt tamen qui a fratre interfectum velint.

5 Hyrene virgo a Sisinnio p̃ xp̃i noie hãc oppetijt mortẽ.

6 ¶Christina virgo sub Iuliano hoc modo passa est.

7 ¶Beatus quoq; Sebastianus ciuis Mediolanẽsis, sub imperatore Diocletiano.

8 ¶De Procride sagittam a Cephalo cõfossa, iam sumus locuti in parricidis.

¶Mortui morbo pediculari.

1 Honorificus 6 Alcman 10 Plato
2 Arnulphus 7 Acastus 11 Maximianus
3 Speusippus 8 Calisthenes 12 Herodes
4 Sylla Mumius 13 Pheretrina
5 Pherecydes 9 Ennius 14 Antiochus

1 HOnorificº Vádalorũ rex cũ. 8. ãnis xp̃iana religionẽ isectatº fuisset, morbo pediculari misere pijt.

2 ¶Arnulphus impator post Carolũ Crassum, cũ iusta numinũ ira, paulopost pediculari morbo interijt.

3 Speusippum Eurymedontis filium Athenienſem philoſophum ſunt q̃ dicant mortem ſibi intuliſſe. Plutarchus tũ efferueſcentibus toto corpore pediculis interijſſe.

4 ¶Plinius Lib. vij. Natura. Hiſto. ſcribit Syllam erodente ſeipſo corpore, & ſupplicia ſibi gignente interfectũ. Plutarchus ſcribit contractam carnis corruptionẽ in pedicu los fuiſſe cõuerſam, adeo vt tunicę omnes, thermæ, lauachra, dapes illius exũdantis ſordis implerentur, tanta vis epullulabat. Quocirca p̃ ſingulos dies ingrediebat aquã, ſed nulla erat vtilitas. Celeriter enim inualeſcebat pmutatio, & pædoris magnitudo oĩa purgamẽta ſuperabat.

5 ¶Pherecydes q̃q; reg̃ diuiar̃ ſcriptor, eodẽ perijt morbo. Pherecydes Syrº (inqt Plinº) copia ſerpẽtũ ex corpe eiº erũpẽte expirauit. De ĩ extat. Q. Sereni carmẽ. Sed qs nõ paueat Pherecydis fata tragœdi? Qui nimio ſudore fluẽs ãialia tetra Eduxit, turpi miſerę q̃ morte tulerũt.

6 ¶Alcmã vnº ex clariſſimis Græciæ poetis hac ẽt fœdita te perijt, Autoribº Plĩ. Li. xi. Et Plutarcho in Sylla, ſcribẽte. Ex poſterioribº ãt, Alcmanẽ (q̃ mirificº cõponẽdis cãtionis artifex fuit) hoc morbo pijſſe ferũt. Politianº in Nutricia. Ipſi ẽt p̃ria preſſi breuitate Lacões, Aſcitum largo tũ ore Alcmana recẽſent. Quẽ tulit auriferos oſtẽtãs Lydia fontes, Nũc gemit heutineis artus & tabe pereſum.

7 ¶Ferũt ex antiqſſimis Acaſtũ Peliq̃ filiũ hoc morbi gñe (quẽ phthiriaſim appellãt) interijſſe. Autor Plutarchus.

8 ¶Caliſthenes quoq; Olinthius dũ carceris cuſtodia teneretur. Præter ea & Mumius iuriſcõſultus eadem tabe paſſim membrorũ corroſi ſunt. Idem Autor in Sylla.

9 ¶Traditum eſt (inqt idem Plutarchus) eum q̃ in Sicilia belli ſeruis Autor fuit, Eunum noĩe, captum Romamq; perductum, ex phthiriaſi mortem obijſſe.

10 ¶Platonẽ Pñorę haud dubie pricipẽ, ſunt q̃ dicãt in celebrãdis amici nuptijs, cũ ęgrotus decũberet, animã de repẽte exhalaſſe. Nõnulli in morbũ incidiſſe, quẽ a corruptione pediculorũ phthiriaſim vocãt, inqr. Idem Autor.

11 ¶Maximianus imperator vlcere inguinibus innato, cũ deessent remedia, nec medici ob hominis imanitatẽ opem ferre auderẽt, vermibus vndiq; erũpentibus obijt.

12 ¶Herodes rex Iudææ post trucidatos innocentes, cum in apostolos dñi sęuiret, ad extremum tantę feritatis luit pœnas. Eruperunt siqdẽ in toto corpore vermes, q dum vniuersum passim corpus eroderẽt, tyrãnum coegerũt, vt desperato remedio gladiũ arriperet, eoq; finiret vitã.

13 ¶Herodot⁹ in Melpomene scribit Pheretrinã Barcæorum reginã imani crudelitate fœminã deoꝝ vltiõe, totã vermib⁹ putruisse, eoq; morbo miserã euomuisse aiam.

14 ¶Sunt qui dicant Antiochum Syrię regem, cum Hierosolymas peteret, curru delapsum, in hanc sordem incidisse, vermibusq; fuisse absumptum.

¶Mortui in carceribus.

1 Iugurtha 5 Aristonicus 9 Ioannes primus
2 Aldegisius 6 Henricus tertius 10 Ioannes. 14
3 Celestin⁹ qntus 7 Agatha
4 Syphax 8 Romanus

1 IVgurtha Manastabalis fili⁹ nothus, Micipsę regis Numydaꝝ nepos pp Adherbalẽ & Hyẽpsalẽ frẽs regni cõsortes occisos, a Mario bello petit⁹, vict⁹ & in triũphũ ductus, postremo in carcerẽ piectus ẽ vbi expirauit.

2 ¶Aldegisius Desiderij longobogꝝ regis filius a Carolo magno vict⁹, & in carcerẽ piectus est, vbi & clausit vitã.

3 ¶Celestinus quintus, cum summo pontificatu se abdicasset, a Bonifacio octauo (cui rei summã cõmiserat (siue cessore, in carcerem detrusus, & ibidem extinctus est.

4 ¶Syphax rex Numidarũ, cum a Romanis ad Carthaginenses defeciisset, victus a Scipione, & in triumphum ductus, Tyburi in custodia mortuus est.

5 ¶Aristonicus ab Aquilio cõsule in triumphum ductus, & in carcere suffocatus est.

6 ¶Henricus tertius impator ab Henrico filio captus, Et Leodij custodit⁹ pædoꝝ carceris miserã exhalauit aiam.

7 ¶Agatha virgo Catanensis sub Quintiano consule in carcere extincta est.

8 ¶Romanus martyr sub Asclepiade præfecto in carcere præfocatus est.

9 ¶Ioannes primus Pontifex a Iustino in carcerem coniectus, ibidem pædore emarcuit, & extinctus est.

10 ¶Ioannes quartusdecimus a Romanis inedia & pædore, in carcere itidem interfectus est.

¶Mortui aut occisi in latrinis.

1 Heliogabalus 3 Felicula 4 Ireneus
2 Cn. Carbo Abundius

1 LAmpridius ait Heliogabalum naturæ portẽtum, fato a tali monstro pœnas reposcẽte, in latrina occisum fuisse, dum ventrem exoneraret.

2 ¶Cn. Carbo dum in Sicilia ventris onus poneret, iussu Pompeij in latrina itidem occisus est.

3 ¶Felicula virgo cum nullis tormẽtis aut pollicitatiõibus a Christiana religione diuerti posset, iussu Flacci comitis in latrinam detrusa est, & ibidem mori coacta.

4 ¶Valerian⁹ Ireneũ & Abũdiũ martyres i cloacã detrudi & ibidẽ emori fecit, q̃ sctẽ ꝑcordię corp⁹ ide extraxisset.

¶Excoriati.

1 Marsyas 2 Manes 3 Bartholomæus

1 MArsyas ab Apolline (quẽ ad tibiæ certamẽ ꝓuocauerat) vict⁹ & excoriat⁹ est. Ouid. in Ibin. Mẽs quoq; sic furijs vecors agitet, vt illi, Vnũ q toto corpore vulnus habet. Idẽ. Nudaue direpta pateant tua viscera pelle, vt Phrygii, cuius nomina flumen habet.

2 ¶Manes hæreticus (q diuinam solũ in Christo naturã ponebat) a rege Persaꝝ cute direpta interfectus est, q ei⁹ filiũ morbo laborantem interfecisset, quẽ tamen sanaturum se promiserat. Autor Suidas apud Volaterranum.

3 ¶Bartholomæus Apostolus regis Syriæ filius iussu Astyagis excoriatus est. Vnde Mirandula in Hymnis. Hinc etiam pellem Ptolemæi filius ardens Deposuit.

¶Suffocati vaporibus aut fumo.

1 Minos rex
2 Luctatius
3 Zoe
4 Thurinus

1 MInos rex Cretę cũ Dędalũ ad Siciliã vsq; pſeq/ret, a Cocalo eiº loci rege (quẽ Dędalus multis obſequis ſibi demeruerat) p ꝓditionẽ captus, & in thermis ſuffocatus eſt. Ouidius in Ibin. Vel tua matu/ret, ſicut Minoia fata, Per caput iſuſę feruidº humor aq̃.

2 ¶Q. Luctatius Catulus orator, collega Marij in cõſula/tu, ab ipſo Mario mori iuſſus, incluſus in cubiculo cãdẽ/tium carbonũ vapore ſuffocatus eſt. Autor Val. Max.

3 Zoe Nicoſtrati martyris vxor a brõ Stephão ad Catholi cã iducta pietatẽ, crinibº ſuſpẽſa fũo ſubter ſuffocãte pijt.

4 ¶Thurinum fumi vẽditorem fumo necatum fuiſſe ſcri bit Eraſmus in illius adagij explanatiõe, Termeria mala.

¶Mulieres mortuæ partus dolore.

1 Tulliola
2 Athena.

1 IVlliola Ciceróis filia Dolobellę primũ locata eſt, de/mum Piſoni Craſſipedi, ſub quo in partu diẽ obijt.

2 ¶Autor Cathalogi ſanctoꝝ ſcribit Athenam Cata/di epiſcopi matrem in partu expiraſſe, & infantem natũ ſine alicuius auxilio ſe erexiſſe, ſuoq; amplexu ſuſcitaſſe mortuam. Nihil derogo potentiæ diuinæ.

¶PARERGON. At hoc fabulę ꝓpiº q̃ veritati mihi vr. Crudelis ẽ, q de pietate xp̃iana ꝓperã ſentit. Veꝝ ẽt ridi/culº, & anxie nimis ſuꝑſtitioſus, q ſomnioꝝ credulitatẽ iduit. Repies paſſim i eo ope mille nugamẽta, & deliria maiore excipiẽda riſu, & ſolutiore cachino ſuſpẽdẽda, q̃ Demorgõis ortũ ex terrę viſceribº, armatos hoies ſerpẽ thõtis in pplos. Piũ ẽ beatoꝝ reuereri ſanctitatẽ, & mira cula ceremõijs ꝓſeq. Cõtra vero hiſtriõicũ mẽdacia q̃dã ꝓſuere, & reꝝ inauditaꝝ fidẽ poſteris iculcare. Hoc olet parẽtẽ fabulaꝝ Græciã. Erũpamº in ꝓconia ſanctoꝝ, mõ nihil cõminiſcamur. Volumus, eis gratulari nr̃is Mytho/

logijs? Satis erit nobis negocij, eos meritis tenº cõmẽda/re. Nihil ẽ audẽdũ vltra. Adhuc ſub prio oneꝝ fatiſcemº. Quid vñr tibi dicere Turcę, dũ legũt tot tãq; ꝓdigioſa in nobis phãtaſmata? Quã i eos tragulã torq̃mº, eadẽ nos referiũt. Ridentꝫ a nobis, ꝙ Tripodas conſulãt, oraculis ad/hibeãt fidẽ, locutos ſibi fingãt Dęmogorgõas. Et nos ñ puder dicere deũ nr̃is ſanctis dormiẽtib locutũ, angelos organicis inſtr̃is cœleſtis glorię typũ exhibuiſſe, delatã a virgine filij crucẽ, fluuioſq; qñq; miraculis exaruiſſe, ar/bores i media bruma floruiſſe, mãſiſſe mltos annũ itegꝝ ſine cibo & potu ieiũos, alios miniſterio ſerpẽtũ vſos, & q̃ſdã ſerpẽtibº ipaſſe. Hęc faciũt, vt religionẽ ſuã nr̃a mul to meliorẽ putẽt. Dicet aliqs. Putas ſãctiſſimos eccl̃ie do ctores voluiſſe qcq̃ de ſanctis ſcribere, qd' nõ eſſet plane veꝝ? Perfacile ẽ rñdere. Quẽadmodũ hoies ſuapte natu ra ꝓnimis meticuloſi, dũ ꝓ ſyluas trãſeũt, ex folioꝝ ſtre/pitu, apri aut leõis aduẽtũ & iſultũ arguũt, ita q̃q; ſuꝑſti/tioſe nimis religioſi miraculo qñq;, & veritati aſcribũt, qd' vel imagioſum ẽ & phãtaſticũ, aut fabuloſum plane. Præterea ſcitũ ẽ ex pñoꝝ libris, ceruicibº vacuis ſomnia facile obrepe. Illi bõi pr̃es q clitellas barbariſmis onuſtas habuerũt, dũ cerebro mſis ieiunijs exhauſto noctu dor/miẽtes aliqd ſomniabãt, expręcti mane vertebãt i hiſto/riã. Si p ſomniũ vidiſſẽt oẽs hortoꝝ lactucas a porcis de/uorari, ſenſu ad arbitriũ detorto mãe dixiſſent ſe vidiſſe oẽs aias a diabolo abſorberi. Adeo ridicula ẽ nimia ſan ctitas, adeo puerilis credulitas nimia. Neq; hic error a ſo mnijs tm̃ ꝓdit, ſed ab his ẽt, q in vnaquaq; re nouũ cõmi/ſcunt ſenſum. Verbi gra. Sit ſermo de arboꝝ, dicẽt p ta mos itelligi virtutes, p radices vitia. Speculo fractum cõ/minuto, xp̃i corpº ſile faciẽt, Geminos fontes i vnũ alueũ coeuntes p̃ri & filio, ex quoꝝ vtroq; ꝓcedit ſpũſanctus. Cauſam pcõtare, clypeabũt ſe, prinº illo Pſalmi cini, pphe tæ verbo. Extendã cœlũ ſicut pellẽ. Tales ſunt hiſtrionũ cathedraliũ ad pplm̃ ſermones. Quo fit vt verulæ neq;

Magnũ zelum habuiſſe
Turca ſaudaſi/mus. nec tã ipſe
Meliꝰ egiſſi hic
ſi hꝰ Parergon
Et vide hoies
Lege i. id quæ
agit ſimia
Et dubitẽ

Tropologicũ, neq; anagogicũ intelligentes sensum. hoc oraculi habeãt loco. Ego hoc genus nugas, & portẽtosa miracula nõ pluris facio, q̃ meras veneficaꝝ præstigias. Neq; tñ deteriorem mihi puto q̃ illis esse opinionem.

¶ Decollati.

1 Alebas
2 Cantharus
3 Italian⁹ foroli.
4 Sp. Cassius
5 Iulia
6 Margarita
7 Sp. Melius
8 Theodora
9 Timagoras
10 Victor
11 Didius Iulianus
12 Macrinus
13 Patricius
14 Martyres

1 ALebas rex Lariſſæ vrbis Theſſaliæ, a ſuis ſatellitibus ob crudelitatem obtruncatus eſt. Ouidius in Ibin, Quoſq; putas fidos, vt Lariſſęus Alebas, Vulnere non fidos experiare tuo.

2 ¶ Cantharus fuit quiſpiam Athenienſis caupo, quem Athenienſes ipſi ob maleficia & impoſturas ſupplicio capitis affecerũt. Autor Zenodotus apud Eraſmum.

3 ¶ Philippus Maria dux Mediolanenſis Italianũ foroliẽſem vnũ ex ſuis ducibus ſecuri pcuſſit, q̃ cum Florentinis (in quos bellum gerebat) diceretur clam cõſentire.

4 ¶ Sp. Caſſius affectatæ dominationis ſuſpectus, ſupplicio capitali affectus eſt, domo eius diruta.

5 ¶ Iulia comes Eulalię ſub p̃ſide dacião capite trũcata ẽ.

6 ¶ Margarita virgo Antiochena ſub Olymbrio, eadem morte affecta eſt.

7 ¶ Sp. Melius ordinis equeſtris largitione frumenti ex Etruria aduecti in plebem facta, ad regnũ aſpirare creditus eſt, ac propterea a Seruilio Hala obtruncatus.

8 ¶ Theodora virgo Antiochena ſub Diocletiano hac extincta eſt morte.

9 ¶ Timagoras Atheniẽſis capitali ſupplicio affect⁹ ẽ, q̃ Darũ (ad quẽ legat⁹ miſſus fuerat) more Perſaꝝ adoraſſet.

10 ¶ Victor præſul Carteiæ vrbis Hiſpanię ſub Maximiãno non procul Mediolanum hoc ſupplicio vitam finiuit.

11 ¶ Didius Iulianus ĩpera. a Septimio Seuero ſucceſſore

ſuo in abditas palatij balneas ductus, extẽta damnatoꝝ modo ceruice, decollatus eſt. Autor Sextus Aurelius.

12 ¶ Opilius Macrinus ab Heliogabalo victus, quinquagenario maior obtruncatus eſt.

13 ¶ Patrici⁹ Senẽſis i factiõe vrbis Romę ſecuri ꝑcuſſus ẽ.

14 ¶ Pleriq; martyrũ hoc ſupplicio vitã finiuerũt, vt Anſanus, Agathõ, Abũdi⁹, Annonaria, Arge⁹, Audiface, Anaſtaſi⁹ mõach⁹, Apronian⁹, Aqlin⁹, Aſteri⁹, Apolloni⁹ Pergamenus, Antias Eleutherij mr, Apolloni⁹ ſenator, Adelbert⁹ eps, Antym⁹, Andeol⁹ ſubdiacon⁹, Antoni⁹, Archile⁹, Anolin⁹, Anaſtaſi⁹ miles. Abdõ, Antoni⁹ cuſtos Agathi, Admet⁹, Antidi⁹ eps Turonẽſis, Antioch⁹, Andulph⁹ Apulei⁹, Andronic⁹ Epheſi⁹, Aſclepiades eps, Amaráth⁹, Barbara, Criſpina, Baſili⁹ eps, Barbar⁹, Baſilides, Bonus, Tarſon, Theodora virgo, Tiburti⁹, Valerian⁹, Tertulin⁹, Timothe⁹ ꝑſbyter, Terẽtian⁹, Theoniſt⁹, Porphyri⁹, Pelagi⁹, Calanic⁹, Citõ, Colũba, Cõcordi⁹, Cler⁹ Diacon⁹, Cãti⁹, Cãtian⁹, Cãtianilla, Cyrin⁹, Cyrill⁹, Chriſtophor⁹, Cucuphãs, Carpophor⁹, Corneli⁹ papa, Capraſi⁹, Criſpinus, Criſpinian⁹, Chryſogon⁹ Cerber⁹ Adriani ꝑfect⁹, Saturnin⁹, Siſinni⁹, Satyri⁹, Sabin⁹, Seren⁹ mõach⁹, Sulpiti⁹, Simõ archieps, Simplici⁹, Suſanna, Sixt⁹, Secũdus, Secũdian⁹, Symphorian⁹, Sabina, Seraphia, Darſoſa, Deſyderi⁹ eps, Donat⁹, Dionyſi⁹, Donin⁹, Eulalia, Eugẽia, Emiteri⁹, Eleutheri⁹, Epipodi⁹, Priſca, Patroclus, Phylleas, Phylloroni⁹, Parmenias, Prim⁹, Pãcrati⁹, Põti⁹ eps, Procopi⁹, Piatõ, Plato, Proth⁹, Hyacinthus, Fuſcian⁹, Felix ꝑſbyter, Felix eps, Fabian⁹ papa, Fauſtin⁹, Fãdilla, Flora, Flacc⁹, Firmin⁹, Fides virgo, Felician⁹, Felicitas, Fauſtina regina, Georgi⁹, Gordian⁹, Geneſi⁹, Gurias, Vincẽti⁹, Valẽtin⁹ eps, Hermola⁹ ꝑſbyter, Hermes, Hyacinthus Eunuch⁹, Iulian⁹, Iuliana virgo, Iuli⁹, Ianuari⁹, Iacob⁹ minor, Ioſias, Iuſtus, Nere⁹, Nazari⁹, Lucian⁹, Longin⁹, Lucilla, Leodegarius, Leonides pr Origenis, Marinus, Martina, Marciſſus, Marius, Martha, Marinus miles, tres Marria-

ni, Marcellinus, Mutius, Margareta, Marcellianus, Rufinus, Romanus, Reparata virgo, Quirian⁹, Largus, Crescentianus imperator, Iuliana, Euthyanus, Diomedes, Chariton, Philadelphus, Agapes & alij prope infiniti.

¶Mortui diuersis morbis.

1 Antipater Sidonius
Antoni⁹ monachus
Guido petramala
Columbanus
Serena
Tacitus impe.
T. Vespasianus
Ant. pius.
Leo
Gotfredus rex
Alexãder Põt.
2 ¶Traianus
Henricus ipe.
3 Septimius ipe.
Iustinus impe.
4 ¶Heracli⁹ ipe.
Michael Paphlago
Crantor
5 ¶Domitius Calderinus
Fatius
Zoe
Constantinus
S. Ludouicus
Alphonsus
Antonius imp.
Michael mauro/cenus
Furius Camillus
Oppianus poeta
Hostilianus
Paralius
Xantippus
Io. Andreas
Lucius Pont.
Hermolaus
6 ¶Valentianus
Paulus Pont.
L. Annius
Fr. Petrarcha
Gaspar
7 ¶Grimoaldus
Alexander imp.
Attila
8 ¶Lycon
Tyrannion
9 ¶Albertus dux
Theophilus ipe.
Michael balbus
Sanson
Austrigildis
10 ¶L. Crassus
Bonifacius.

¶Mortui febre.

1 ¶Antipater Sidonius die suo natali semper febre laborabat, eoq; morbo periit vltima senectute.

¶Antonius monachus febre itidem correptus quieuit in domino, ætate beati Gregorij.

¶Guido Petramala Vbertinorum princeps, apud Nigrum montem hoc itidem morbo expirauit.

¶Columbanus monachus cœnobij Luxouiensis itidẽ.

8 ¶ Arquatꝰ morbꝰ dr̃ a varietate colorũ arcꝰ cœlestis, q̃s affectoꝝ facies reddit. Plinius scribit hunc morbũ & Ictericũ eundẽ cẽ cũ regio morbo, ab Icterone aue, quã nos galgulũ dicimꝰ. De hoc Lucretꝰ Li. 4. Lurida ꝓterea fiũt q̃cunq; tuent Arquati, qa luroris de corpe eoꝝ semina multa fluũt, simulachris obuia reꝝ, Multaq; sunt oculis i eoꝝ deniq; mista, Quæ ꝓtage sua pallorib⁹ oia pigũt.

9 ¶ Plutarchus scribit Alphon morbum eẽ quendã, quo q̃is laboraret Atossa Artaxerxis filia, nihilominꝰ a patre in vxorem ducta est.

10 ¶ Arthritis dicitur articulorum affectio, sicut Pleuritis costarum & Nephritis renum.

11 ¶ Apophtosis dr̃ prurit⁹ palpebraꝝ, cum pili eaꝝ decidũt, quaꝝ Diabrosis, Distochiasis, Phthiriasis ẽt sẽ vitia.

12 ¶ Amaurosis morbus est visum impediens icolumi pupilla, fere citra vllum dolorem.

13 ¶ Amblyopia idem prope est cum amaurosi, quando ita premuntur oculi, vt exerti perseuerent, & plus iusto patẽtes sunt, vt contingit athletis in certamine compressis.

14 ¶ Apthæ vlcera sunt in ore summo, Infantibus plerunq; peculiaria vitio lactis (quo nutriunt̃) calido humore corrupti. Oriuntur & in puectis ætate, quãdo humoribus cãlidis cõcurrentibus tumescunt ora aspectu sanguineo.

15 ¶ Ancurysma tumor est arteriæ præclusæ e sanguine, & spiritu causam trahens. Fit autem cum vulnerata arteria pellis nequaq̃ superinducitur.

16 ¶ Anorexia est morbꝰ quidã, quo affecti cibũ respuunt & fastidiũt, pelliturq; olfactu aceti & aliis odoribus acutis.

17 ¶ Atrophia morbus est maciem cõtrahens, qũ corpꝰ non alit, continuo aliqbus decedẽtibus & nullis succedẽtibus.

18 ¶ Acrocordona vlcera sunt verrucis similia, vbi sub cute coit aliquid durius, & interdum paulo asperius.

19 ¶ Apostemata dicuntur corruptiões carnium, musculorum, venarum, & arteriarũ, quæ imtio rubra & dura sunt, demum cum maturuerunt, multam emittunt saniem.

20 ¶ Branchus species est Catarrhi gutrur arripiens, quãdo fauces arteriarum asperitate læse sunt.

21 ¶ Bubonocele morbus dicitur, qnando intestinum vsq; ad inguen dũtaxat eruperit, aut decubuerit.

22 ¶ Batrachus est tumor sub lingua maxie pueros infestans.

23 ¶ Bulimus dicitur morbus, cum ob famẽ stomachus deficit, paulatimq; adeo frigescit, vt extremę partes destituã tur. Curatur autem aceti aut panis calidi olfactu, aut si extrema membrorum calida aqua abluantur.

24 ¶ Cerium genus est vlceris, dictum a faui similitudine, quam habet. Plinius. Ramorum fici teneri cauliculi cum melle viceribus (quæ ceria vocantur) illinuntur.

25 ¶ Cancer cancris, morbꝰ est nascens in oibus fere corpis partibus, sed maxime i mãmis mulierũ, quę naturali menstruo nõ purgant̃. Ouidiꝰ. Vt malũ late solet imedicabile Cãcer Serpere, & illæsas vitiatis addere ptes. Cato de Re

rustica Cācer cancri ponit i masculino. Eadē (inqt) brassica vulnera putrida Cācrosq; purgabit. Aliter Carcinoma seu carcinus dicit. Crinitus ait Cancrū differre ab Elephātiasi, q̄ cancer vnicū dūtaxat mēbroꝝ occuper, Elephātiasis vero vniuersum corp⁹ suo passim cōtagio depascat.

26 ℂ Carbūcul⁹ē tuber seu vitiū, pueniēs ex iflāmatiōe, Diciturq; ab igneo carbone pp iflāmationē. Sup eū pustulæ eminēt maxie nigræ. Interdū subliuidę aut pallidę. In q̄b⁹ sanies esse vī. Hūc morbū Græci Anthracē vocāt. Plinius Lib. 26. ait Carbūculū i Italiā primū vēisse L. Paulo & Q. Martio cēsorib⁹, ac eē peculiare Narbonēsis puicię malū.

27 ℂ Carcinoma sunt q idē esse putent cum cancro, nisi q̄ maxime in superioribus partibus circa faciē, nares, & aures, pueniat. Cato ait hunc morbum sanari brassica trita.

28 ℂ Cephalæa morbus est acutus & pestilēs, qui totum caput infestat. Qui dimidia solū capitis parte laborant, hemicranici dicuntur. Cephale caput significat.

29 ℂ Condyloma tuberculū ē insanabile, nascēs circa coronā podicis, pueniēs ex iflāmatiōe. In quo sunt eminētes rumoresq; figura, rotūda, nūc molles, nūc duri. Tres āt p̄cipui podicis morbi sunt Rhagadia, Hęmorrhois, Cōdyloma.

30 ℂ Cordapsus morbus tenuioris intestini, quem iuniores Iliacum nominant.

31 ℂ Coriago morbus est pecoris bubuli, cum pellis ita tergori adhæret, vt apprehensa manibus a costis deduci nequeat. Prouenit hic morbus, si bos ex aliquo languore maciem contraxerit, aut sudās in ope, postea refrixerit.

32 ℂ Coriza morb⁹ humore nasum obturās, latie grauedolata, qua maxime laborant canes. vnde etiam tractū etymum. Tum vox nihil potest exprimere.

33 ℂ Cynanche dicit pituita crassa in fauces & ceruicē delata, qua maxime laborant canes. vnde etiam tractū etymum. Tum vox nihil potest exprimere.

34 ℂ Chiragra dr manuū morb⁹, quo q laborāt, Chiragrici dicunt. Horatius. Nodosa corp⁹ nolis ꝓhibere chiragra.

35 ℂ Chemosis morbus est oculoꝝ, qui ex tumore vehemēti vtræq; palpebræ connectunt, vt vix liceat cōnuere.

36 ℂ Crethe est tuberculū, quod nascitur i palpebra, hordei similitudine. vnde & Hordeolum vocatur.

37 ℂ Chalazia, morbus est præcedenti similis, qui tuberculū album modo grandinis innascitur.

38 ℂ Cophosis aurium morbus surditatem afferens.

39 ℂ Cion seu Cionida tumor est in gutture, qui scilicet excrescens caro in faucibus ex Rheumate impedit vocem.

40 ℂ Calculus morbus est in renibus, proueniēs ex defectu cōcoctionis. Fit ēt in vesica, tunc appellatur Lithiasis.

41 ℂ Cardiacus morb⁹ē i ore vētris, q accidit cū febre acuta & motu arteriaꝝ freq̄nti, Recreaturq; flabelli vētilatiōe.

42 ℂ Cœliacus vētris morbus, cū emollita aluo, liquida egerantur causa debilitatis. Causa morbi est supfluus & frigidus cibus. continua frigora, aut caloris vehementes.

43 ℂ Circocele morbus est coleoꝝ, cum tumescentes venæ scrotū implent, sitq; testiculoꝝ alter maior altero.

44 ℂ Catoche & Cathalepsis morb⁹ē iter Lethargū & Phrenesim medi⁹, melācholico hūore cū febre veniēs, cū affect⁹ oculos qñq; aptos, qñq; ocretos & imobiles h3 sine sēsu.

45 ℂ Caros species ē Lethargi vehemētē somnum inducēs.

46 ℂ Cachexia ē malus corpis habit⁹ oē alimētū corrūpēs, qū corpus longo morbo extenuatū refectionē ob debilitatē nō accipit. Prouenit ēt qñq; a retentione excremēti.

47 ℂ Comitialis, morb⁹ē tantā ai cōsternationē afferēs, affectumq; adeo mēte alienatū & attonitū reddēs, vt tremēti bus mēbris, veniſq; palpitātibus in terrā decidat. Vnde & caduc⁹ dr. Vocāt ēt Herculeus, q̄ eo laborauerit Hercules. Itē morbus sacer, q̄ in eā maxime partem sæuiat, quæ sit sanctissima. Comitiales aūt, q̄ primus Romanorum (qui eo laborauit) affectus sit in comitiis. Huic morbo p̄cipue sunt obnoxii viri q atrabile vexant, & ingenio clarent.

48 ℂ Dysenteria est intestinoꝝ exulceratio, qua q laborant, vocant Dysenterici. Latine tormina dicuntur. Prouenit qñq; ex cibo, aut acuto, aut minime concocto.

49 ℂ Dysuria vocat vrinæ difficultas, dum vesicæ passiones

vrinam ipsam supprimunt.

50 ¶Dyspnœa est difficultas spirandi:

51 ¶Discoia appellatur difficultas auditus.

52 ¶Dracõtiũ morbꝰ ẽ apud Indos & Aegyptios, ꝓueniẽs i mẽbris masculosis, vt gutture, brachijs, coxis: cruribus.

53 ¶Diabetes ẽ morbꝰ renũ, q̃ iuererat ex paruo hũore ꝓgesto maximã inducit sitim. Curat̃ supfluũ hũoris euacuatõe.

54 ¶Elephãsꝰ, elephãtia, seu Elephãtiasis, morbꝰ ẽ sisis lepꝛ crebras i sũma corpis pte gignẽs maculas, ac tumores rubore paulatim sese i atrũ vertẽte. Hoc affectis morbo oẽs corpis ptes næuulis q̃busdã rubris iflant̃. Nomẽ tractũ ab elephãto aĩali, cuius cutis vlcerosis vallibꝰ exarat̃. Scribit Plinꝰ morbũ hũc i Italia nõ fuisse ante Cn. Põpeij tẽpora, De hoc Lucretiꝰ Li. 6. sic ingt. Est elephas morbꝰ q̃ pp flumina Nili Gignit̃ Aegypti i medio, neq; ꝓterea vsq̃. Galenus Elephãtiasim iter ifantiles morbos numerat. Differt a lepra, qñ lepra habet cutis ipetiginẽ quãdã & velut scabiẽ. Elephãtiasis ✗o nõ cutẽ solũ, sed neruos & ossa vitiat.

55 ¶Encãthis morbꝰ ẽ oculoꝝ, cũ i ipsoꝝ angulo tuberculũ ẽ, qd̃ palpebras parũ diduci patit̃. Est aũt nautis frequẽs.

56 ¶Epialos spẽs est fẽbris ex pituita frigida procedens.

57 ¶Epiphora morbus est oculoꝝ, cum humoris descensu anguñt oculi. Plinius ait carnem peponũ Epiphoris ocul sorum prodesse. Columella Magudarim contusam cũ sperſa polenta ipsum morbum supprimere.

58 ¶Epinyctis vlcꝰ ẽ aciẽ hebetãs, & cigulo oc̃li ꝓpeti hũor emanãs, quẽ morbum ait sanari illitis porri secti nui foljs.

59 ¶Ectropia morbus est oculoꝝ Lagophthalmiæ contrarius, dum palpebræ deorsum conuertuntur.

60 ¶Emphysema seu Sympysis dr̃ tũor & iflatio palpebraꝝ.

61 ¶Epicauma vlcus est sordidum, ex cuius purgatione humidã, quæ sunt intus effluunt.

63 ¶Epulis tumor ex iuxta dentẽ genuinũ, q̃q; cũ fẽbre & dolore vehemẽte, adeo vt hiscere hoiem prohibeat.

63 ¶Empyema morbus est Thoracis, ꝓcedẽs vel ex sangui

ne cõmaculato, vel alicuius visceris vlcere.

64 ¶Enterocele morbꝰ est iteſtinoꝝ diffluentiũ i teſticulos. Martialis Lib. 10. Enterocelarũ ferẽ Podalyrius Hermes.

65 ¶Epneumatosis dicitur vẽtris inflatio humoribus pituitosis in vapores resolutis ex mediocri calore.

66 ¶Emphysema est spiritus inflatio sub cute. Fit quandoq; in ventre & in interaneis.

67 ¶Erotes morbꝰ ẽ melãcholiæ, ex nimia amoris ꝑgritudine ꝓueniẽs, q̃ curat̃ vini potatione, balneis, spectaculis, & aliis rebus iucundis mentẽ ab eo tormẽto auocantibus.

68 ¶Ephialtes morbus est, quo affecti noctu se strangulari putant, aut membris aliquibus detineri, aut ex alto cadere, aut voce & parata venere prohiberi. Hic si inueteraueri t, Apoplexiam, aut Epilepsiam afferet. Prouenit ex atra bile, & crassis humoribus ad cerebrum tendentibus.

69 ¶Febres sũt varię. Quotidiana, q̃ accidit pituitosis, qñq; pueris hyemali tpe, & senibꝰ ob nimiũ cibũ, vel i vita maxie ociosa. Hęc certũ hz̃ piodũ, & aliqñ definit. Hãc Græci vocãt Ephemerinã. Putris febris cognoscit̃ ex pulsu arteriarũ iæquali, calore magno & fumoso. Hæc sanat̃ missione sanguis & hũoris euacuatiõe. Cõtinua nõ hz̃ remissionẽ. Febris acuta cognoscit̃ lĩgua affecti nigra, siccis excremẽtis, lutea & vehemẽte siti, ingete nocturna, & mentis alienatiõe. Tertiana vno die pstat, tertio postea redit. Habet originẽ a flaua bile, horrorẽq; ac sitim infert ab initio, ac ppea tpe estiuo plerũq; vẽit. Curat̃ alui decoctiõe, vrinæ ꝓuocatiõe, & potiõe apꝛi. Quartana orit̃ e frigido hũore & atra bili. Calore tertiana iferior ẽ. Propterea plerũq; solet eẽ autũnalis. Sanat̃ dieta, vino tenui & albo, ac trib̃ pipis granis q̃tidie ex aqua sumptis. Dicit̃ ãt febris a feritate. Ea affecti dicunt̃ febrire, febricitare, & febricitari.

70 ¶Ficꝰ vitiũ ẽ oc̃lis adnascẽs, qd̃ ñ facile ꝑt auelli. Nascit̃q; ex nimio pruritu, i his maxime ptibꝰ q̃ pilis contegunt̃.

71 ¶Furunculus tuberculum est cum inflammatione & dolore, quod in pus veniat.

72 ¶Gangilium est morbus in capite, cum humor quidam includitur. Est etiam nerui alicuius contorsio.

73 ¶Gemursam. Plinius lib. 26. ait morbū esse inter digitos pedum nascentem.

74 ¶Glaucoma genus ē morbi Crystallini humoris mutati in colorem glaucum.

75 ¶Gonorrhœa est emissio seminis minime voluntaria, ex debilitate, pficiscēs, cui occurrit abstinētia rerū inflātium.

76 ¶Gangrena est quædam scabies curatu difficilis, qū itidem tumor ingens afficit aliquod membrum.

77 ¶Hetcrocranea morb⁹ ē capitis, cū caput ipm iæqualiter dolet rumetq;, & iter pilos rotūda & tūida surgūt vlcera.

78 ¶Hydrō seu hydreō gen⁹ ē morbi, cū distēdit aqua cutis

79 ¶Hydrocephalea ē capitis morb⁹, vbi humor cutē inflat.

80 ¶Hydrops seu hydropisis ē morb⁹ aqueus subcutaneus, qñ scilicet sub cute ē aqua, q̄ facit vētrē turgescere & inflari. Quo morbo q laborāt, explere sitim nequeūt. Horatius. Crescit indulgēs sibi dirus hydrops: Nec sitim pellit, nisi cā morbi Fugerit venis, & aq̄sus albo Corpore languor.

81 ¶Herculanus morb⁹ est ex eorū numero, q̄bus nulla medicorū ope succurri pōt. Nascitur q; quoties caro i humorē crassum & spumidū colliquescit. Vocāt aliter diuinus seu sacer, q̄ diuinā. i. rationalē animi partem violet.

82 ¶Hydrocelæ morbus est, cum intestina defluunt ac colliguntur. Martialis Lib. 12. Omnes quē modo colei timebant, Dicentem tumidas in hydrocellas.

83 ¶Hypisphasma dicitur ruptio venæ ex ictu & vena plenū q; procedens.

84 ¶Hyptalmus ē cōuersio stomachi ex humore iperante.

85 ¶Harpe est humor ex flaua bile proueniens, qui totum corpus late corripit.

86 ¶Hemorrhois genus morbi, quo affecti sanguinis fluxū pātiunt. Plinius ait. Allium potu, vel cibo, vel illitu prius tim contra hæmorrhoidas prodesse.

87 ¶Hicterus est diffusio bilis p totum corpus, quę interdū nigra,

nigra, interdū flaua ē. Diciturq; ab ictero aue, cui⁹ aspectu sanat. Cognoscit hic morb⁹ ex colore oculorū, qñ quod album est fit luteū. Procedit tā ex splene affecto, q̄ ex hepate. Eo laborans nulla sibi appetētia mouet, alba egerit excremēta. Vocāt aliter Regius, arquat⁹, & aurigo. Martialis Lib. 11. Dicet & ictericā si forsitan altera mœcha.

88 ¶Ileos morb⁹ gracilioris intestini, q̄ affecti dicunt Ileosi.

89 ¶Impetigo est fœdatio cutis cū pruritu. Affert aūt morbū squamosum scabiei simile totū corpus dehonestantē. Seren⁹. Si vero vitiū est qd ducit ab ipete nomē, Hoc mutina poteris cohibere saliua. Aliter Petix & Petigo dr.

90 ¶Intetrigo fit quādo nerui in aliqua corporis parte cōtrahūtur. Cato ait morbum hunc sanari posse si furculus absinthij pontici feratur sub annulo.

91 ¶Ignis sacer numerat inter mala vlcera. Cuius duo genera. Alterū subrubicundū, quod fit in pectore, lateribus, aut plantis. Alterū in summa cutis exulceratione, sed sine latitudine dicit sacer, ppter admirationem, q̄ nihil habeat cū alijs morbis simile, vel ab Hercule, qui eo laborauit.

92 ¶Lepra morb⁹ ē idē cū Elephātia, aut nō multū dissilis. De q̄ itellexisse vr Horatius, dicēs. Vt mala quē scabies, aut morbus regi⁹ vrget. Hūc allio exulcerari, sanariq; cū origão testis ē Plini⁹ Li. 20. Silitudinē habet cū Psora, sed altius aliquāto penetrat, pulmonēq; adeo corrūpit & putrefacit, vt eo affecti rauescāt, egreq; loquāt & respirēt.

93 ¶Lychenes masculini gñis dicūt oris vlcera, furfurē cutis excitātia, latine Mētagra dr. Martialis Li. 11. Nō vlcus acre, pustuleve lucētes. Nec triste mētū sordidiq; Lychenes. Fuit hic morb⁹ Romanis ignot⁹ vsq; ad pricipatū Tyberii, Authore Plinio Li. 26. Cap. 1. Alr etvocāt Lychen.

94 ¶Lithiasis vocatur morbus calcularis. Alii ocularem faciunt in conuersis palpebris. Si in renibus accidat, aut vesica, procedit ex defectu concoctionis.

95 ¶Lyēteria vocāt intestinorū dissolutio, cū cib⁹ nō pficit, sed egerit icoctus. Lyenteriā q̄ patiunt, dicunt lyenosi.

96 ¶Lippitudo vitium est oculorū, humorē & lachrymas

emittẽtium, quo Horatius feteꝛ ſe laboraſſe, vbi ait. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.

97 ¶ Lagophthalmia morbus eſt oculoꝝ, qñ cõtractis ſuperne palpebris apertis dormitur oculis inſtar leporis.

98 ¶ Leucomata maculæ ſunt profundæ in oculis.

99 ¶ Lycanthropia ſpecies eſt malancholiæ,, cum more luporum affectus noctu in ſomnis vlulat.

100 ¶ Lethargus morbus eſt Phreneſi cõtrarius, dormitãs, & ex atra bile, pueniẽs. Cuiꝰ ſanguineꝰ vetern⁹, alter oblitiõe, alter ſomno ſemiſepultus. In lethargo ꝓter ſomni appetẽtiá, eſt qdã mẽtis alienatio, & reꝝ ꝓpe oium obliuio. Boetiꝰ. Lethargũ patiẽ cõem illuſarũ mẽtiũ morbũ, ſui pauliſper oblitus eſt. Hoc affecti dicunt Lethargici.

101 ¶ Leontiaſis capiẽ ꝓ Elephantiaſi, ꝙ hoc morbo affecti frontem Leonis modo corrugatam habeant.

102 ¶ Mentagra eſt faciei morbus, nomẽ ſortitus a mento, a quo oriẽ. Occupatq; interdum totos vultus, oculis tm imunibus. Deſcẽdit nõnunq; in colla, pectusq; ac manus fœdo cutis furfure. Vocabulo græco Lychen ſeu Lychenis diciẽ. Mentigo vero morbus eſt pecorum.

103 ¶ Melatheã Plutarchꝰi Phociõe ait eẽ morbũ, q̃ laborauerit Dimarchꝰ Corithiꝰ. Morbi tũ nõ exꝑmit qualitatẽ, forte itellexit Horatiꝰ, dicẽs, Si latus, aut renes morbo tẽrãnt acuto. Nephritici dicunt oẽs, q hoc morbo laborãt.

105 ¶ Nauſea vocaẽ ſtomachi faſtidiũ, ob circũſtantẽ prauũ humorẽ. Cui ꝓpe ſiles anorexia. i. ciboꝝ inappetentia.

106 ¶ Narce eſt alicuiꝰ mẽbri torpedo, ſeu labore, ſeu frigore ſtupeſcentis. Narcodes diciẽ qui hoc patiẽ. A narco piſce hoc malũ inferente, qui & torpedo appellatur.

107 ¶ Ozenia morbus eſt, cũ multa vlcera ac cruſtæ ſunt circa nares, quæ fœtidũ reddunt odorẽ, & olfactũ ipediũt.

108 ¶ Otalgia eſt auriũ morbus, cũ intus fiunt quidam ſoni.

109 ¶ Pernio morbus eſt pedũ ex frigore proueniens, & maxime calcaneũ infeſtans, quem rapo domeſtico, ſi feruẽs imponatur, ſanari teſtis eſt Plinius.

110 ¶ Petigo maculoſus eſt morbꝰ, totũ plerũq; vultũ ꝓteꝛ oculos occupans. Aliter vocaẽ impetigo ab imperẽdo.

111 ¶ Phreneſis morbus eſt cõturbãs mẽtẽ, & iſaniá plerũq; excitans. Fit autem cum qs vanas imagines accipit. Poſſũ donius ſcripſit Phreneſim tumorem eſſe mẽbranaꝝ circa caput cum febri acuta, qui mentem alienat. Proueuit aũt ex flaua bile. Si humida eſt, ſomnos facit, pfundos. Si ſicca, vigilias. Si humida cũ paruo frigore, ſtultitiam.

112 ¶ Phthiriaſis appellaẽ morbus pedicularis, quo Sylla, Pherecydes & alij pleriq; (vt iam diximus) perierunt.

113 ¶ Pituita eſt morbus capitis ꝓueniẽs ex catarrho. Græce Phlegma dicitur. Eſt aũt origo omnium languorum, q ex diſtillatione fiunt. Cum expirat extrinſecus, varios tumores producit. Intrinſecus vero cohibita, vrentes edaces q; morbos parit. Horatius in epiſtolis. Præcipue ſanꝰ, niſi cũ pituita moleſta eſt, Pituitoſi hoc morbo affecti.

114 ¶ Pleuritis ſeu Pleureſis ẽ dolor lateꝝ q̃ affecti dicunt Pleuritici. Quo morbo pꝛit. L. Craſſus eloquẽtiũ iuriſpitiſſimꝰ. Affert plrũq; febrẽ, tuſſim, & anhelitꝰ difficultatẽ.

114 ¶ Podagra eſt dolor pedum, quo affecti dicuntur podagrici. Martialis. Litigat & podagra Diodorus Flace laborat. Plinius ait hunc morbũ rarum fuiſſe in Italia patrũ auorumq; memoria, ſuaq; etiá ætate. Nec eſſe incurabilem. Nam in multis ſpõte deſinit, & in pluribus curatur. Vide remedia. lib. 20. Cap. 11. Quamuis Ouidius lib. 2. de Ponto dicat, Soluere nodoſam neſcit medicina podagram. Si eſt in genu, vocatur Gonagra ab Hippocrate.

116 ¶ Porrigo genus eſt morbi, q creſcẽdo porrigiẽ & extẽditur, Vnde nomẽ traxit. Naſcitur in capillo, barba, & ſupercilio. Lucilius, Triſtẽ & corruptũ ſcabie & porrigine plenum. Qui hoc infeſtantur, dicuntur porriginoſi.

117 ¶ Priapiſmus morbus ẽ, quo genitale membrũ citra reẽ venereæ cupiditatem extẽdiẽ. Cui rebus frigidis occurritur, quo periꝛit Michael Verinus poeta Hiſpanus.

118 ¶ Puſtula, eſt tuberculum naſcens in ſũmitate cutis. Pliniꝰ Puſtulas vocat eruptiones pituitæ. Quãdoq; tameñ

pustula significat bracteam argẽti. Martialis. Lib. 8. Et nil/ueum felix pustula vincit ebur.

119 ¶Pterygiũ mẽbranula ẽ neruosa, oriẽs sub angulo oculi, q̃ interdũ ita augescit, vt pupillã operiat. Si inueterata fir, Chirurgi manu indiget. Si mediocris tm̃, collyrijs.

120 ¶Ptilosis oculorum morbus, cum pili superioris palpebræ connectuntur, vel cum decidunt, aut ordine duplici supernascuntur ex crassitudine palpebrarum.

121 ¶Psorophthalmia dicitur pruritus palpebrarum.

122 ¶Phthisis morbus itidem oculorum, qñ pupilla angustior fit, aut latior ex aliquo capitis morbo, ex quo obiecta apparent esse maiora quã sint. In hoc morbo fit exulceratio pulmonis, ex pituita distillante a capite.

123 ¶Polypus est narium morbꝰ, ita dictꝰ a similitudine Polypi aĩalis. Qui vt acetabulis venantes inuadit, ita quoq; nares iste occupat vsq; ad sermonis & anhelitꝰ impedimentũ. Ponit inter Carcinomata pene incurabilia. Polyposi sunt quoꝝ nasus polypo morbo in fœdã magnitudinẽ excrescit. Martialis. Nasutum volo, nolo Polyposum.

124 ¶Parotides morbi sunt auriũ, qui nascunt ex capitis humore huc descẽdẽte & aggesto. Sũt & qñq; sine tumore.

¶Parulis, dicitur tumor gingiuarum cui nisi p pharmaca occurratur, in pus veniunt.

126 ¶Paristhmia morbꝰ est gutturis & faucium, qñ loca gulæ angusta præcludunt, aut nimia vini potione, aut haustu subito alicuius rei acorem habentis.

127 ¶Pneumonia morbus est pulmonis, quãdo tumescit, ꝑueniens interdũ ex vehemẽti catarrho, vel pleuritide.

128 ¶Phymosis vitium est mẽbri genitalis, quãdo nudum est, aut contectum nudari non potest.

129 ¶Psora spẽs ẽ lepre, q̃ i sũma pelle ꝛsat. Hac q laborant, vlcera siue pustulas supra modũ ꝓtigere & scalpe cupiũt.

130 ¶Paralysis dicit neruoꝝ dissolutio & virium defectus, aliter paresis. Hoc morbo qui laborant, vocant Paralytici. Arguitur autẽ in hoibus, cum rectũ seruare incessum nõ valent, & crura velut ardua conscendentes attrahũt,

& in sinistrum qñq; dextra circũferunt, qñq; e diuerso.

131 ¶Recluuium morbus, cum circa vngues cutis se soluit. Huic silis ẽ Rediuia, quã lana succida sanat ex aq̃ frigida.

132 ¶Ramex spẽs ẽ hernię. Hoc affecti morbo vocãt Ramicosi. Sanat syluestri ruta cũ axũgia, author. Plinio li. 10.

133 ¶Regius morbꝰ idẽ ẽ cũ Arquato, Aurigine, & Ictherico, vide i ꝓcedẽtibꝰ. Appellat ãt Regiꝰ, ꝙ eo morbo affecti, appatu regio, vt ꝓclaui cultiore, ludisq; & lasciuia sanẽt.

134 ¶Stranguria vocat vrinę difficultas, qñ guttatim egeritur. Latine dicit substillum. Author Cato de re Rustica.

135 ¶Sacer morbus vocatur comitialis seu caducus, ꝙ eo laborauerit Hercules.

136 ¶Strophos appellatur intestinorum dolor.

137 ¶Sycosis morbus est, qui aliter ficus, seu marisca dicit. Vide in dictione ficus. Fit quando caro excrescit.

138 ¶Synãche morbꝰ est spũm, & fauces occupãs, & strãgulans. Angina latine dr. Demosthenes pecunia a Milesiis corruptus, cũ postridie a ꝓcione flagitaret, vt in eos oratiõnẽ hret, excusauit synanchẽ. Vnus aũt ẽ turba suspicatus, id qđ erat, exclamauit non synanchen eum pati, sed argyrãchen, quasi dicas argẽtanginã. Quibꝰ verbis significauit silẽtiũ Demosthenis pecunia a Milesiis emptum.

139 ¶Sõticũ morbũ veteres ꝙ vehemẽti, ac grauissima ęgritudie accepunt, quã Plinius ait suffitu lapidis (q vocãt Gagates) depẽdi. Hꝫ ãt vim nocẽdi grauissime. Nã Sontiũ verbũ, ẽ vehemẽter nocere. Hinc & Sontes rei appellãt.

140 ¶Syriasis morbꝰ est pueroꝝ, & iflãmatio circa cerebꝝ, vnde sequit sincipitis & oculoꝝ ĩcuruitas, cũ pallore & siccitate corporis. Plinius lib. 22. scribit Heliotropij folia, infantiũ distillatiõibus, qđ Syriasim vocãt, illita mederi.

141 ¶Solerophthalmia est oculoꝝ morbus, qñ præ duricie palpebræ vix e somno aperiunt, & sordes in oculis siccę remanent, oculiq; propterea fiunt subrufi.

142 ¶Synchysis est oculi confusio, ob plagam aliquam, ex qua pupilla turbatur.

143 ¶Sympysis tumor est & inflatio palpebrarum.

144 ¶Spasmus morbꝰ est, q̃ cõcreto fere toto corpe, nascit e frigido humore maxie circa spinã musculoꝝ. Ex anteriore corpis pte Hemeprostoton & posteriore Episthotõ. Signa morbi sunt, difficultas anhelitus, motus arteriarũ paruus, ac tenuis, rubor ĩ vultu, oculi tumidi, vrina fere aquea, vel sanguinea. Spastici dicunt, qbꝰ aliqd intꝰ cõuulsum est. Et Spasmus nihil est aliud, quã neruoꝝ distentio siue rigor, pcedens e siccitate nimia in euacuato corpe.

145 ¶Syntexis morbꝰ ẽ vẽtris, qñ humoribꝰ eo descẽdẽtib, sile qddã fluæ bilis excreat. Generat a febre, vrẽte oẽm intrinsecus humorẽ. Hoc qui laborãt, dicunt Syntechici.

146 ¶Scotoma ẽ morbꝰ, quẽ nos vertiginẽ appellamꝰ, cũ tenebræ ob oculos voluunt. Procedit ãt ex vaporibꝰ ad cerebrũ delatis. Affectis solet eẽ oculoꝝ hebetudo, auriũ sonitꝰ, semisurditas. Accidit plerũq;, cũ surgit e sõno, vl cũ fit circũactio corpis, aut ex ebrietate nimia, & saturitate.

147 ¶Satyriasis morbꝰ est de specie Elephantiasis. Quo affecti, vlceribꝰ scatẽt, tetro sunt aspectu, ore squalẽti nõ sine dolore & pigritia. Neq; vlla cibi aut potꝰ voluptate mouentur. Sic aut dicit, vel q̃ lasciuis hoibus (quales sunt satyri) euenit, vel q̃ ora satyroꝝ pictoꝝ referant.

148 ¶Sphacelus morbi genus est, quod ex imodica defatigatione solet accidere. Quidam putant eẽ tormina articulorũ, quidam ossiũ tabẽ, cũ scilicet mẽbrum aliquod vsque adeo scabie corruptum est, vt sine sensu maneat.

149 ¶Struma est tumor, sub quo cõcretæ quædam ex sanie & sanguine quasi glandulæ nascuntur, maxime in cerui ce, sub alis, & vnguibus manus.

150 ¶Scirrum tumor est p̃durus ĩsensibilis, vixq; curabilis.

151 ¶Therioma vlcus ẽ viriliũ, iterdũ ẽt aliaꝝ ptiũ, dũ multo ac nigro sãguie malꝝ odoris, atra fit caro & corrodit

152 ¶Tormina morbꝰ a torquẽdo sumpsit nomen, cũ dolore torquent intestina, exulceratiõe. Ex his cruor manat, frequens deiiciẽdi cupiditas, dolor est in ano. Signũ tũc est mortiferũ, si carnes egerant. Nonius Tormines dixit in masculino. Medici dicunt Tormina nõ esse aliud, q̃ cũ

pet mordetur aluus in intestinorum anfractibus. Si circa vmbilicum affigit & lumbos, nescit medicinam.

153 ¶Tussis morbꝰ est arteriaꝝ, q̃ gignit vel ex frigore, vel ex pituita in pulmonẽ descendẽte. Prouenit q̃q; ex vehemẽti conatu vocis. Interdũ & ex calore febris. Inuetrata difficile tollit. Sanat herba, q̃ ppea vocat tussilago.

154 ¶Trichiasis est eruptio piloꝝ præter naturam in ordine palpebræ ex Reumate procedens.

155 ¶Trachoma vocatur palpebrarum asperitas.

156 ¶Tonsillæ morbꝰ est fauciũ, carne durata circa guttur. Dicunt tonsillæ in hoie, in sue glãdulę. Authore Plinio.

157 ¶Tympanites morbus est genere Hydropisis, quo affectus tumet, & tympani modo inflatur.

158 ¶Veternus morbꝰ ẽ, somnũ & marcorẽ iducẽs ex nimio ocio & torpore. Hic p pigritia & somno plenũq; ponit.

159 ¶Vnguis morbus est oculoꝝ, q̃ a Græcis pterigiũ dicit.

160 ¶Vomica tumor est excrescẽs in corpore, sanie plerũq; emittẽs. Vomicã Plautꝰ crumenã vocauit plenã pecũia.

161 ¶Vredo morbꝰ herbarũ, arboꝝ, fruticũ, q̃ in vitibus dicit carbunculus, in cæteris rubigo. Plinius. Adurit lactescẽtes germinũ oculos, qd in flore carbunculũ vocant.

162 ¶Vermina sunt dolores corporis, qui quodam minuto motu, & qbusdã veluti stimulis vermiũ instar scindere & pungere videnr. Verminare ẽ vermibꝰ scatere. Celsus. Nihil perniciosius pueris, dum verminant.

163 ¶Verrucæ sunt tumores in vultu, quos Græci myrmecias vocãt. Festus Cossos appellat. Serpunt vsq; ad cerui cem, quandoq; dolorem afferentes & pruritum.

164 ¶Xerophthalmia est oculorum pruritus, tracto nomine a siccitate. Est enim arida lippitudo, cum nec tument, nec fluunt oculi, sed grauescunt.

¶Auctarium.

¶Alij sunt morbi numero ppe infiniti, q nõ doctrinam tm & elegãtiã i scriptore postulãt, sed expientiã quoq;. Nã plerisq; oẽs q̃ de his loqmur, fumũ solũ attingimus, & nebulas pingimꝰ in pariete. Nõ est hæc nostra messis.

Et dum hoc scribēdi argumētum sumim⁹, nihil aliud assequmur, quā qđ peritoꝛ liguas i nos ipsos acuim⁹. Multi dū suæ doctrinæ ac famæ dilatare volūt pomœria, minus multo merent laudis, q̄ si q̄s nouerunt, remos ipelleret. Quo fit, vt his relictis ad mea licia redire velim. Neq; hoc ipsum de morbis (q̄tulūcūq; est) delibassem, nisi fuisset alius his quadāten⁹ satisfacere, q ex oi dolio aliqđ stude pitissare, quiq; nihil idiscussum relinq sibi volūt. Pergamus ergo, & finē facturi, breue auctarium cōsuamus.

¶ Morbis indunt noia q̄nq; ab affecto mēbro, vt pleuritis a latere. Peripneumonia a pulmone. A causis, vt mania, melancholiæ. A similitudine, vt elephas, Leo, Cancer. Ictericus. Polipus. Ab artifice, vt Chironiū Vlcus. Ab his qui laborarunt, vt Tylosis, Herculanus.

¶ Appellationes eoꝛ, qui varijs laborant morbis.

APoplectici Auriginosi, Anorectici, Apostematici, Asthmatici, Alsiosi, Aluini, Carbūculosi, Carcinomatici, Chiragrici, Chalaziaci, Calculosi, Cardiaci, Cœliaci, Comitiales, Colici. Dysēterici, Elephātici, Epiphoretici, Ectropici, Emphysmatici, Entheroceli, Erotici, Eliosi. Febriculosi, Glaucomatici, Hydropici, Hydrocephali, Icterici, Impetiginosi, Ischidiaci, Ischiaci, Leprosi, Lyenterici, Lippi, Lagophthalmi, Leucomatici, Lycātropici, Lethargici, Lymphatici, Mentagrici, Melācholici, Narcodes, Opistonici, Orthopnoici, Phrenitici, Pthisici, Pituitosi, Pleuretici, Pedicosi, Podagrici, Purginosi, Pustulosi, Psorophthalmi, Polyposi, Pneumonici, Paralytici, Peripneumonici, Suspiriosi Splenetici, Stomachici, Stranguriosi, Sontici, Spastici, Syntectici, Scotomatici, Strumosi, Torminosi, Tetanici, Veternosi, Vermi nosi, Verrucosi, Xerophthalmi.

¶ Qui morbis aliquibus infecti & affecti fuerunt.

1 Eunomi⁹ pſul
2 Galla
3 Plotinus
4 Froila
5 Aristarchus
6 Andragasina
7 Maria
8 Iulius viator
9 Medeius
10 Metrodorus
11 Pto. phiadelphus
12 C. Mecœnas

13 Antipater
14 Mālius Cornu.
15 Seru⁹ Clodius
16 Ennius
17 Cosinus
18 M. Crassus
19 Vatinius
20 Cambyses
21 Hercules
22 Cæsar
23 Liuius Drusus
24 Io. Venetus
25 Theopompus
26 Diodorus
27 Amedeus
28 Carolus rex
29 S. Genouesa
30 Beniamin Anachor
31 Heracletus
32 Matthę⁹ Aqlan⁹

1 EVnomius præsul Cyzicenus Arrianæ hæreseos sectator (qui sub Valēte imperatore floruit) lepra & morbo regio laborauit.

2 ¶ Galla vidua Romana Symmachi viri patricij filia, laborauit ex Carcinomate in mamilla.

3 ¶ Plotinus philosophus Platonicus, natione Aegyptius, morbo sacro fuit obnoxius.

4 ¶ Froila secūdus, Alphonsi magni filius, Lepra corrept⁹, ærunnosa morte vitā clausit.

5 ¶ Aristarchus grāmaticus Alexandrinus (qui floruit sub Ptolemæo Philometore) hydropisi laborauit.

6 ¶ Andragasina virgo vxor Ausberti cuiusdā, qui fuerat domesticus Vandeginsilli comitis palatini, Lepra laborās, cœnobio se inclusit.

7 ¶ Maria filia Amedei Sabaudię ducis vomica laborauit, ac pp ea Philippo Mariæ vicecomiti marito suo nunquā congressa est.

8 ¶ Iulius viator eques Romanus coætaneus Volaterrani, laborauit morbo intercutis.

9 ¶ Medei⁹ vn⁹ ex his, q Ioānā puellā Gallicā Angloꝛ domitricem flāmis adiudicauerāt, Lepra īfect⁹ misere expirauit. Valerādus Varanius. lib. 4. Medeius siqdē lōgo sermone ꝓfatus Astruit eē scel⁹ flāmis & morte piandū, Multaq; adulādi studio ꝓfingit, vt Anglos Sic sibi cōciliet, sed paucis inde dieb⁹ Corpus tabifico respergit vlcere lepræ.

10 ¶ Metrodorus phs, Epicuri soci⁹, laborauit Tympanite. Est aūt Tympanites species Hydropiseos, vt iam diximus.

11 ¶ Ptolemę⁹ Philadelph⁹ rex Aegypti podagrico morbo fuit obnoxi⁹. Plini⁹ lib. 7. ait & vomica laborasse vulnera-

toq; pectore, (cū mortē i acie q̄reret) medicinā iuenisse.

12 ¶Idem Plinius scribit ppetuā fuisse febrē C. Mœcenati, cui etiā triēnio supremo, nullo horæ momēto ptigerit somnus.

13 ¶Antipater Sidonius poeta oibus annis vno die Natalitiū corripiebat febre, & ea ꝓsumptus ē satis lōga senecta.

14 ¶Manilius Cornutus Mentagra laborauit. Ad cuius remedium inueniendum ducenta sestercia elocauit.

15 ¶Seruius Clodius eques Romanus podagra laborauit, cuius dolore coactus est veneno crura perungere. Quo facto sensu protinus caruit.

16 ¶Ennius poeta itidem fuit podagricus, neq; tamen propterea abstinebat a musis.

17 ¶Cosmus florētinus morbo podagrę coactus ē domi se ptinē.

18 ¶Ferunt M. Crassum surdastrum fuisse. Author Cicero lib. 5. quæstio. Tuscula.

19 ¶Vatinius authore Macrobio, quāuis podagra laboraret, volebat tamen videri vitium discussisse, & mille passus ambulare se gloriabatur.

20 ¶Cambyses ab ineunte ætate morbo sacro affictatus, nunq; postea satis conualuit. Nam pleroſq; sibi familiares per insaniam occidit.

21 ¶In eundē morbū (qui propterea dictus est Herculanus) incidit Hercules vel ꝓpter imensos labores, aut imittente Iunone, adeo vt in ipsa animi demētia filios interficeret.

22 ¶Iulius Cæsar extrema ætate, animo linqui ꝓsueuit, atq; etiam per somnium exterreri. Comitiali quoq; morbo bis inter res gerendas correptus est authore Tranquillo.

23 ¶Liuius Drusus Tribunus ple. cum eo morbo laboraret, Anticyram profectus, sumpto ibidem helleboro conualuit. Author Gelli.

24 ¶Ioannes Venetus discipulus Theodori Gazę podagra plerunq; laborabat.

25 ¶Theopompus phthisi morbo laborans, ab Asclepiade medico sanatus est.

26 ¶Diodorum podagricum fuisse docet Martialis dicens, Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat.

27 ¶Amedeus secundus filius Ludouici Sabaudiæ ducis, morbo Comitiali ad mortem vsq; laborauit.

28 ¶Carolus rex Pannoniæ articlari morbo plerūq; afficiebat.

29 ¶Volaterranus ait Beatā Genouefā, ob vitæ abstinētiā mīrisānis ex lepra laborasse. Qd ego ipiū & fabulosū puto.

30 ¶Beniamin Anachoreta (q annis. 80. durauit, in eremo) fuit hydropicus.

31. ¶Heracletus philosophus hydropisi quoq; laborauit: neq; tamen vti voluit medicis.

32 ¶Pontanus scribit Matthæum Aquilanum pedibus & manibus captum fuisse, Neq; tamen a Theologiæ & Philosophiæ professione destitisse.

¶Muti.

1 Q. Pedius 3 Zoe
2 Atys 4 Aegles.

1 Q. Pedius nepos Q. Pedii cōsularis fuit natura mutus. Quem propterea Messala orator pictura docendum censuit. Author Plinius lib. 35. Cap. 4.

2 ¶Atys Crœsi filius a principio mutus, vbi vidit irruentē in iugulum patris suis Cyrum, O homo, inquit, ne interficias patrem. Author Herodotus & Gellius lib. 5. Cap. 9.

3 ¶Zoe vxor Nicostrati martyris septem annis muta fuit ex morbo. Demum a Beato Sebastiano curata.

4 ¶Aegles Athleta, cū sortitiōe inter pugiles facta vidisset sucū sibi fieri, ac dari verba, repente in eū qui id faciebat sese videre qd faceret, magnū inclamauit. Author Gelli.

¶Homines male olentes.

1 Euripides 2 Gorgonius 3 Ruffinus

1 Euripides poeta oris graueolentia laborauit, Quod cū ei obiectū fuisset a Dechānico Archelai aulico, excanduit poeta grauius, q̄ opinarētur quispiam.

2 ¶De Gorgonio & Ruffino, Martialis. Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hircum.

¶Lippi.

1 Eurytus Aristodemus 2 Horatius

1 Herodotus Polyhymnia scribit Euritū & Aristodemū ob extremā lippitudinē e castris a Leonida remissos.

¶Horatius Flaccus varijs in locis lippũ se fuisse docet, vt Satyra. 5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Item. Lusum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliusq; Náq; pila lippis inimicum est ludere crudis.

¶Quatuor cõplexiones (vt dĩ) humani corporis.

¶Phlegma, Cholera seu Bilis, Sanguis, Melancholia.

¶Strabones lusci & monoculi.

1 Polyphemus
2 Cocles
3 Phylenis
4 Acatius
5 Philippꝰ macedo.

1 POlyphemus Neptuni ex Thosa filiꝰ, cũ duos Vlyssis comites deuorasset, ab ipso Vlysse simulata amicitia inebriatus est vino, & altero (qa prius erat monoculus) priuatus oculo. Tibullus. Lib. 4. Cessit & ætneæ Neptunius incola rupis, Victa maronæo fœdatus lumina bacchо. Virgilius. Lib. 3. Aen. Ettelo lumẽ terebramꝰ acuto, Ingens quod torua solũ sub fronte gerebat. Idẽ. Monstrum horrẽdum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Sidonius. Atq; Ithaci ingenio fraudatum luce Cyclopã.

2 ¶Cocles Romanus alterum in bello oculum amisit, nomen propterea inde sortitus.

3 ¶De Phileni lusca, Martialis Li. 1. sic inqt. Oculo Phileris semp altero plorat. Quo fiat istud q̃ritis mõ? Lusca est.

4 ¶Acacius orator socius Lybani sophistæ vnico tantum vidit oculo.

5 ¶Philippꝰ macedo ab Astere milite sagitta pcussus, alterũ amisit oculũ. Vñ & Aristides Philippũ ipsũ hoc ridebat scõmate. Arimaspis cognatꝰ es. Arimaspi. n. ppli sũt monoculi.

¶Cæci & excæcati.

1 Tyresias.
2 Antipater
3 Appiꝰ Claudiꝰ
4 C. Drusus
5 Cn. Aufidius
6 Diodorus
7 Asclepiades.
8 Democritus
9 Hypseas
10 Thamyras
11 Stesichorus
12 Asconius pedianus.
13 Daphnis.
14 Didymus.
15 Lucilla.
16 Homerus.
17 Cedonius.
18 Xenarchus.
19 Sesostris.
20 Pheron.
21 Amisis
22 Anchises.
23 Salaberga.
24 Phœnix.
25 Oedipus
26 Phineus
27 Phinidæ
28 Polymnestor
29 Polyphemus.
30 Isacius imp.
31 Polirelus.
32 L. Metellus.
33 P. Cornelius.
34 Phanus
35 Timoleon.
36 Ophioneus
37 Callinicus
38 Constantinus.
39 Cõstãtinꝰ alter
40 Irene
41 Haraldus Gormo.
42 Ariberthus
43 Nautulphus
44 Belisarius.
45 Lippus florentinus.
46 Ilus
47 Metellus
48 Val. Bestius.
49 Epizelus.
50 Keilla.
51 Endra.
52 Bela.
53 Colomanus.
54 Fara virgo.
55 Maiolus.
56 Lycurgus.

1 ORta inter Iouẽ & Iunonẽ ludicra q̃stione, vtri scilicet maior eẽt libido, Viro ne an fœminæ, Tyresias Thebanus iudex electꝰ, cũ p Ioue sententiam tulisset dixissetq; mulierẽ eẽ lasciuiorem ab irata Iunone excæcatꝰ est. Indignatꝰ Iupiter cæcitatẽ vaticinio pẽsauit. Ouid. in Ibin. Qualis erat, postq̃ iudex de lite iocosa, Sumptus Apollinea clarꝰ in arte senex. Idẽ li. 3. Meta. Arbiter h̃ igit̃ sumptꝰ de lite iocosa, Dicta Iouis firmat. grauiꝰ Saturnia iusto, Nec p materia fert̃ doluisse, suiq; Iudicis ęterna dãnauit lumia nocte. Politianus scribit eum ideo excæcatum fuisse, qp nudã vidisset Minetuã, vbi in Ambra ait. Baculum dat deinde potentẽ Tyresiæ magni q quondã Pallada nudã vidit, & hoc raptã pẽsauit munere lucẽ. Seneca ĩ Oedipode. Tyresias tremulo ardus accelerat gradu, Comesq; Manto, luce viduatum trahens.

2 ¶Antipater Cyrenaicꝰ fuit pariter deoculꝰ. Cuiꝰ cęcitatẽ cũ mulierculę lamẽtarent̃, Quid agitis iqt? Anvobis nulla vñ voluptas eẽ nocturna? Author Cicero li. 5. Quæst. Tusc.

3 ¶Appius Claudius q̃is cæcus esset, tñ illo suo casu, nec priuato nec publico muneri defuit. Author Cicero.

4 ¶Cæcus fuit C. Drusus. Tñ domus eius iplebat̃ cõsultoribus, q in suis causis, cæcũ adhibebant ducẽ. Idem Author.

5 ¶Cn. Aufidius prætorius in cæcitate, sententiam in senatu dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & græcam scri-

bebat historiam,& videbat in literis.

6 ¶Diodorus Stoicus,itidem visu priuatus est versabatur tũ in philosophia,& fidibus Pythagoræorum more vtebatur,munusq; tuebat Geometrię,discentibus præcipiés, vnde,quo,quãq; lineam scriberent.

7 ¶Asclepiades nobilis philosophus interrogãti cuidam, quid ei cæcitas attulisset ,respondit , vt puero vno essem comitatior.

8 ¶Democritus cũ existimaret animi aciẽ impediri aspectu oculoꝝ,oculos ipsos sibi eruit,vt philosophię &reę naturaliũ causas,pfundi⁹ meditaret.Lucreti⁹Lib.3.Deniq; Democritũ postq̃ matura vetustas Admonuit memores mortis lãgueſcere mẽtis,Spõte sua letho caput obui⁹obtulit ipse.Tertulian⁹ait ideo Democritũ se excæcasse, q̃ mulieres sine ocupiscẽtia aspicere nõ posset.Gelli⁹lib.10.De ęcitate Democriti ex Laberio Mimographo citat hos versus

Democritus Abderites physicus philosophus , Clypeum
Constituit contra exortum Hyperionis oculos
Effodere vt posset splendore æreo,ita radiis
Solis aciem effodit luminis,malis bene esse
Ne videret ciuibus.

9 ¶Hypsea mulier fuit notæ cæcitatis.vnde Horatius li.1. Sermonum . Ne corporis optima Linceis Contemplere oculi,Hypsea cæcior illa.

10 ¶Thamyras Philamonis fili⁹ excæcat⁹ est a musis , q̃s ad certamẽ cãtus ,puocauerat.Properti⁹li.2. Me licet & Thamyræ cãrotis fata sequanẽ,Nunq̃ ad formosas inuide cæcutiero.Politian⁹in Nutriciã.Iã Thamyrã cãtu doctas anteire sorores.Fretũ mox citharæ dãnatũ & luminis orbũ Quis neſcit?Põtan⁹ li.3.de Stellis.Capti oculis lucẽ i tenebris flumine ducnes, Vt Thamyræ imideant. Pausanias apud Cœliũ testis ẽ,Thamyræ oculos morbo fuisse corruptos.

11 ¶Stesichorus poeta cum Helenã suis carminib⁹ infamasset,excæcatus est.Vbi tñ Palinodiã cecinit,recepit visum. Politianus in Nutricia.Et dãnans Helenã,laudansq; vicissim Amittit recipitq; oculos,tu⁹ Imera ciuis Stesicho

12 ¶Asconius Pedianus anno suæ ætatis.73. captus est oculis,duodecim tamen postea vixit annis.

13 ¶Daphnis pastor(qui carmẽ Buccolicum inuenit)luminibus captus est,q̃ ebrius cũ quadam fœmina concubuisset.Author Suidas apud Volater.

14 ¶Didymus Alexandrinus,præsul Cęsariensis, cæcus fuit a puero: Nihilominus dialecticã & Geometriã didicit, scripsitq; commentarios in Psalmos.

15 ¶Lucilla virgo filia Nemesii tribuni,cęca fuit p̃, demũ a Stephano põtifice recepit visũ. Hęc sub Valeriãno passa ẽ.

16 ¶Homerę cęcũ fuisse fatenẽ oẽs.Vñ ãt cæcitatẽ illã cõtraxerit,nõ satis cõuenit.Sunt q dicãt hoc ei ex morbo cõtigisse,Alij ex lõga senectute.Ouid.in Ibin, apũ aculeis excæcatũ scribit dicẽs.Inq; tuis opifex(vati qd fecit Achæo) Noxia luminibus spicula cõdat apis. Vtciq; acciderit, varij de hoc scripserũt.Põtan⁹li.1.de Stellis. Musarum neqs pię putet,author Apollo,Eripuit puero lucẽ, & caua lumina cõdit,Vñ oculis capto nomẽ pmãsit Homero.

17 ¶Cedonius vnus ex discipulis Christi cęcus natus est.

18 ¶Xenarchus philosoph⁹ peripateticus,paulo ante mortem visu orbatus est.

19 ¶Sesostris rex Aegypti in extrema senectute oclis capt⁹ mortẽ sibi cõsciuit. Michael Anglicus. Niliaca tali cæcus regione Sesostris, Vltus adulterij est facta nefanda grauis.

20 ¶Herodotus in Euterpe scribit heronem huius Sesostris filium,casu fortuito excæcatum fuisse.

21 ¶Herodot⁹itidẽ scribit Anysim regẽ fuisse Aegypti oculis captum.Pro quo Tortelius Amasim legit.

22 ¶Anchisam Boccatius cæcũ fuisse scribit ex Seruij testimonio, ac ppterea Troianoꝝ cõsilijs nõ iterfuisse. Cęcitatẽ aũt contigisse ait, q̃ gloriaret se Veneri concubuisse.

23 ¶Salaberga puella ex agro Lugdunensi, (quæ temporibus Dagoberti Francorum regis vita &sanctitate floruit) cæcitatem ab vtero matris attulit.

24 ¶Phœnix Amyntoris filius,oculis caruit.Vnde Ouidius in Ibin.Id quod Amyntorides videas,trepidusq; minister

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prætentes baculo luminis orbus iter.

29 ¶Oedipus vbi agnouit se Iocastæ matri ꝓcubuisse, & patrem Laium dedisse morti, sceleris horrore, oculos sibi eruit. Ouidius in Ibin. Nec plus aspicias, q̃ quem sua filia rexit, Expertus scelus est cuius vterq; parens. Seneca in Oedipode. Scrutatur auidus, manibus vncis lumina Radice ab ima funditus vulsos simul Euoluit orbes.

36 ¶Phineꝰ ira numinũ excæcatus est, ꝙ filios suasu Harpalices excæcasset. Sunt qui dicant Phineum Idæ filiæ Dardani, Scytharũ regis amore vsq; adeo captũ fuisse, vt eius suasu filijs ex Cleopatra susceptis oculos euulserit. Ouid. in Ibin. Qualis & ipse fuit, quo præcipiente columba Est data Palladiæ præuia, duxq; rati. Martialis lib. 9. Phineas inuites, affer & Oedipodas.

37 ¶De Phinidis a Phineo patre excæcatis. Idem Ouidius inquit. Vt duo Phinidæ, q̃bus idem lumen ademit.

38 ¶Polymnestor rex Thracię cũ Polydoꝛe Priami & Hecubæ filium, fidei suæ tempore belli Troiani creditum auri quod ille habebat, cupiditate occidisset, indignata mater Hecuba eidẽ ꝑ simulatã amicitiã cõuocato oculos eruit. Ouidius in Ibin. Quiq; oculis caruit, per quos male viderat aurum, Inferias natos quos dedit orba parens.

39 ¶Polyphemꝰ cũ priꝰ eẽt monoculꝰ, ab Vlysse ꝑrsus excæcatus est. Causam iã diximus. Ouid. i Ibin. Pastor vt ętneꝰ, cui casus ante futuros Telemꝰ Eurimedes vaticinatꝰ erat.

30 ¶Isacius Angelus imperator ab Alexio fratre (quẽ prius magna pecunia a Turcis redemerat) excæcatꝰ est & in carcerem conjectus.

31 ¶Polirellus Atheniẽsis in bello cõtra Dachũ, ducẽ Persarũ, ĩcerto casu cæcus factus est. Author Plutarch. i Parall.

32 ¶L. Metellus orbã luminibꝰ exegit senectutẽ, amissis incẽdio, cũ vestẽ raperet ex æde Veste. Author Plinius li. 7.

33 ¶P. Cornelius Rufus, Manij Curij in consulatu collega dormiens oculorum visum amisit, cum id sibi accidere somniaret. Author Plinius.

34 ¶Phanus fuit vsurarius quispiã cæcus, De quo Erasmus meminit

meminit in illo adagio. Phani ostium.

35 ¶Timoleon Corinthius (qui expulso Dionysio Syracusas redemit seruitute) ætate iam prouectus, morbo cœpit laborare, q̃ cæcꝰ factus est. Author Plutarchus in eiꝰ vita.

36 ¶Ophioneũ Messenioꝛ vatem Pausanias apud Cœlium scribit semp a natali statim die luminibus captũ, & priuatim & publice vaticinia pegisse, & post vehemẽtẽ capitis dolorẽ videre cœpisse, ac mox relapsũ ad ęcitatẽ denuo.

37 ¶Iustinus imperator ante Leontiũ Callinico Patriarchæ (cuius dolo prius iperio fuerat detrusus) oculos eruit.

38 ¶Cõstantinus Copronymos iperator Artabasdũ primæ nobilitatis hoẽm imperatorẽ ab Orthodoxis creatum, biennio post captum, oculoꝛ visu cum liberis priuauit.

39 ¶Cõstantinus iperator Leonis & Irenes filius, Nicephorũ imperatorꝝ stemmatis hominẽ (in quẽ suffragia multorum inclinabant) oculoꝛ & linguæ vsu priuauit.

40 ¶Irene postea imperatrix rerum potita filiũ Constãtinũ in potestatem redactum excæcauit.

41 ¶Haraldũ quẽdã principẽ fuisse scribit Saxo q præ senio miserit visum. Quod ẽt de Gormone testatur lib. 9.

42 ¶Ariberthus rex Francoꝛ Sigibrãdũ Aiprandi filiũ oculis priuauit, oẽsq; eius ꝑpinquos varijs tormẽtis affecit.

43 ¶Nautulphus puer natura cæcus precibus Sãcti Senoch visum recipit. Author Gregorius Turonensis.

44 ¶Belisarius ꝑfectus copiarũ Iustiniani iperatoris, deletis Vadãlis, acto de Persis triũpho, Italia a Barbaris nõ semel liberata pp ꝓsperos successus ipsi iperatori formidolosus & suspectus factus est, ac ꝓpterea ab eodẽ oculis priuatus. Quo facto ruguriolũ in via frequẽti sibi statuit, vbi victũ a ꝓtereũtibꝰ mendicabat his verbis. Viator da obolũ Belisario, quẽ virtus extulit, cęcauit iuidia. Author Procopius.

45 ¶Pontanus de fortitudine bellica ait Lippum florentinũ oculis captum fuisse, ac nihilominus in cæcitate Rethoꝛ ac philosophorum auditoria frequentasse,

46 ¶Cũ i Troia Mineruę tẽplũ arderet, Ilus demissum cœlo Palladiũ eripuit, statimq; octis captꝰ est. Postmodũ placata

ira deæ, pristinum recuperauit visum. Author Decyllus apud Plutarchum.

47 ℂ Metellus quoq; templum Vestæ incensum conspicatus Palladium eripuit, statimq; oculis captus est. Postmodum dea placata visum recepit. Idem Author.

48 ℂ Valerius Bestius dũ Rusciũ. L. Imbrici soceri sui filiũ fidei suæ creditũ, cupiditate auri interfecisset, ab ipso postea Imbrico corrept⁹ & excæcatus ẽ. Author idẽ Plutarchus.

49 Herodot⁹ i Erato ait Epizelũ Atheniẽsem, i bello icerta cã luminib⁹ captũ fuisse, neq; sauciũ vlla corpis pte, neq; ictũ.

50 ℂ Keilla Pãoniæ regina maritũ suũ Vazulẽ exoculauit.

51 ℂ Endra filius Bazulis Pannoniæ regis Petro itidẽ Pannoniæ regi oculos eruit. Author Volaterranus.

53 ℂ Bela secũdus Almi filius, rex Pannonię a Boricho filio notho Colomani itidẽ Pannoniæ regis, excæcatus est.

53 ℂ Colomanus rex Pannoniæ post Ladislaum, Almo fratri oculos eruit, & eundem occidit.

54 ℂ Fara virgo (quæ sub Heraclio imperatore floruit) dum ab Hagerrico patre ad nuptias cõpelleretur, in tantas prorupit lachrymas, vt inde cæcitatem contraxerit.

55 ℂ Maiolus patria Aruernensis, Archidiaconus Maticensis, ex morbo luminibus orbatus est: visum tamen compluribus prodigiose restituit.

56 ℂ Lycurgus a Thracibus (quibus principabatur) excæcatus est q̃ fœminas quasdam sequentes Bacchum simulata cum deo amicitia interfecisset. Author Diodorus.

ℂ Claudi.

1 Epictetus	5 Cocles	9 Perdix	
2 Colomanus	6 Philipp⁹ macedo	10 Artemon	
3 Damon	7 Nicomedes	11 Lambda	
4 Androclides	8 Aristogiton	12 Vulcanus	

1 EPictetus phs Hierapolitan⁹, claudus fuit. Vñ apud Macrobiũ hoc mõ inducit loquẽs. Seruus Epictet⁹ genit⁹ sum corpore claudus, Paupertate Irus, dijs & amic⁹ ego.

2 ℂ Colomanus rex Pãonię dicitur fuisse luscus, claudus, gibbosus, lingua blesus, & ore improbo.

3 ℂ Damon Pedotriba fuit qspiã claudicãs, q̃ cum crepidas furto amisisset, iprecatus est, vt furis pedibus maxime cõgruerent. Erant aũt hæ nõ rectæ nec accõmodæ. Illi tñ p pedũ deprauatoꝝ ratione in primis aptæ. Author Cœli⁹.

4 ℂ Idem Cœlius ait Androclidem Laconem debilem crure & inutilem fuisse.

5 ℂ Cocles accepto vulnere claud⁹ fact⁹ ẽ. Cui cũ cruris vitiũ obiectaret, p singulos ingt grad⁹ admoneor triũphi mei.

6 ℂ Philipp⁹ Macedo, accepto in coxa lanceæ ictu, icidit in clauditatẽ, qd laudi sibi vertebat aduersus calũniatores.

7 ℂ Nicomedem Cœlius ait fuisse quendam claudum, aliũ a rege Bithiniæ.

8 ℂ Aristogiton Atheniẽsis fuit sycophãta, cuius cõciones nihil nõ martiũ spirabãt, adeo vt vẽtosa sua lĩgua populũ in discrimina plerũq; conijceret. Proinde cũ die quadam exercitũ parari, & milites deligi itellexisset, innixus baculo clauditatẽ simulauit, ne ad bellũ vocaret. Vnde adagiũ fluxit in vulgus, Aristogiton claudicat. De his qui morbũ simulant, ne militiã aut aliud oneris genus subeant.

9 ℂ Perdix caupo fuit quispiam claudus. cuius clauditas p uerbio locum fecit. Perdicis crura, in loripedes & distortos. Aristophanes apud Erasinum.

10 ℂ Artemon faber fuit machinarius tempore Periclis, quũ cum claudus esset, suas passim machinas circũferebat.

11 ℂ Lambda mulier Corinthia, Amphionis cuiusdã filia & Fetionis vxor fuit etiam clauda. Author Herodotus.

12 ℂ Vulcanus a Ioue præcipitatus ob deformitatem, vel q̃ matri opẽ ferre veller, incidit in clauditatẽ. Ad qd allusit Vale. Flaccus li. 2. Argon. Accliuẽ scopulo inueniunt, miserentq; fouentq; Alternos ægro cunctantẽ poplite gressus. Pont. in lib. Meteo. Vulcanum fama est cœlo cum pulsus ab alto, Sub terris sine honore diu, sine munere claudum Vixisse, & Sicula exiliũ traxisse sub Aetna. Item Martian⁹ Capella. Quidã ẽt claudus faber venit. Lactã. Tum faber claudus Mineruæ nuptias postulauit. Germanus Brixius. Deumq; loripedẽ simul arma ad coniurata vocasse.

¶Balbi.

1 Battus 3 Pogius Florẽtin⁹ 5 Michael Thraul⁹
2 M.Fundus 4 Alcibiades

1 HErodotus in Melpomene ait Battũ Polymnesti ĩ/ter Theræos opulenti & Phronimæ filiũ balbum fuisse, ac propterea consuluisse Apollinẽ, qui hoc modo responderit. Batte venis vocis causa. dux te iubet ire Lanigerã in Libyẽ habitatum Phœbus Apollo.

2 ¶Cicero tertia Philippica scribit. M.Fundum nescio quẽ cognominatum Bambalionem ab hæsitantia linguæ.

3 ¶Eodem nomine Fr. Philelphus Pogium Florentinum ob vitium linguæ insectatus est.

4 ¶Euripides apud Cœlium scribit Alcibiadi in dicendo balbutiem fuisse, quæ voci illius splendorem & sermoni gratiam afferre videbatur.

5 ¶Michael imperator (qui Leoni Armenio successit) lin/gua fuit balbus, dictus propterea Thraulus a Græcis.

¶Furiosi & Maniaci

1 Orestes 10 Aiax 19 Filiæ Minyæ
2 Pentheus 11 Cleomedes 20 Thimantes
3 Milo 12 Cleomenes 21 Acco
4 Athamas 13 Prœtides 22 Pisander
5 Agaue 14 Chares 23 Cambyses
6 Lycurgus 15 Gallus Vibius 24 Aio
7 Marsias 16 Euagoras 25 Harthbemus
8 Hercules 17 Lucretius
9 Alcmæon 18 Sparsus

1 ORestes Agamẽnonis & Clytemnestræ filius, pp in/fectam matrẽ furiosus fact⁹ ẽ, donec ad arã Dianæ Tauricæ expiauerit scelus. Virgil. Lib. 3. Aene. Et scelerũ furijs agitat⁹ Orestes. Ouid. Lib. 1. de Tristib⁹. Vt fo/ret exẽplum veri Phocæus amoris, Fecerunt furiæ tristis Oreste tuæ. Itẽ Lib. 4. Quo postq̃ dubiũ est pius an scelera tus Orestes, Exact⁹ furijs venerat ipse suis. Lucanus Lib. 7. Haud alios nondũ Scyhica purgat⁹ ĩ ara, Eumenidũ vidit vult⁹ Pelopeius Orestes. Horatius. Lib. 2. Sermonum. Nec

23 ¶Barynes meretricis formã cõmẽdat Horatius lib. 2. Car. dicens, Vlla ſi iuris tibi pietati Pœna Barynes (oſtuxerit. nociſſet vnq̃, Dẽte ſi nigro fieres, vel vno Turpiorvngui, Crederem, ſed tu ſimul obligaſti Perfidũ potis capur, enĩ teſcis Pulchrior multo, Iuuenumq; ꝓdis Publica cura.

24 ¶Briſeis fuit adeo formoſa, vt Achilles eius amore cõſtã grauerit, eamq; q̃uis ancillã pluſq̃ puellas oẽs adamauerit. Horatius. Prius inſolẽtem Serua Bryſeis niueo colore Mo

uit Achillem. Propertius lib. 2. Omnia formoſam propter Briſeida paſſus, Tantus in erepto ſæuit amore dolor.

¶Credibile eſt Berſabeam Vriæ vxorẽ elegãti fuiſſe forma, q̃ ſapientiſſimũ illũ regẽ & ꝓphetã ſanctiſſimũ Dauidẽ vſq; adeo titillauerit, vt ſolitæ religiõis oblitus, adulterio & homicidio (Vrinã enim deuouit morti) ſuã cõtaminaue rit ſanctitatẽ. Vnde Stroza pater. Ille ſacri vates opis Ieſſeia ples, Præfecit populo quẽ de⁹ ipſe ſuo, Berſabeę capt⁹ forma, tibi magne Cupido Ceſſit, nec Salomõ tutior ipſe fuit.

¶Bellorophon a Sthenobœa Prœti Argiuoꝝ regis vxore propter formam adamatus, & ad venerem (cui tamen aſſentiri noluit) poſtulatus eſt.

¶Fuit & Batyllus Anacreontis poetæ amaſius liberali forma. Vnde Pontanus de Stellis. Nirea ſic phibent, & amatũ a vate Batyllũ, Pictũ ocĩis, fuſumq; coma, roſeũq; labellis.

¶De Caſtore & Polluce Oui. Li. 8. Me. At gemini nondũ cœleſtia ſydera fratres, Ambo cõſpicui, niue candidoribus ambo Vectabantur equis.

¶De Chione Dædalionis filia. Idẽ Oui. Li. 11. Meta. Nati erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma Mille procis placuit bis ſeptem nubilis annis.

¶Cænis puella Theſſalia a Neptuno compreſſa. Idẽ Oui. Lib. 12. Meta. Clara decore fuit proles Elatea Cænis Theſſalidum virgo pulcherrima. (demit.

¶Cyllar⁹. Idẽ Li. 12. Nec te pugnãtẽ tua Cyllare forma re

¶Caliſto, Idem Oui. Lib. 1. Faſto. Fœdera ſeruaſſet ſi non formoſa fuiſſet.

¶Celeno. Idem lib. 4. Faſto. Neptuno Alcionem & te formoſa Celeno.

¶Calypſo Oceani & Tethyos filia. Ouidius de Põto. Aut graue ſex annis pulchram fouiſſe Calypſon Aequoreæq; fuit concubuiſſe deæ? Idem lib. 1. de Art. Litore conſtiterãt illic quoq; pulchra Calypſo.

¶Cydippe ab Acontio ob formam adamata eſt, Ouid. in Epiſ. Aut eſſes formoſa minus, peterere modeſte, Audaces Gcie cogimur eſſe tua. Tu facis hoc, oculiq; tui, quibus

ignea cedũt Sydera, q flãmę cã fuere meæ, Hoc faciũt fla/
ui crines, & eburnea ceruix. Quasq; ꝓcor veniãt ĩ mea col/
la manꝰ, Et decor & vultꝰ sine rusticitate pudẽtes, Et Theti/
dis quales vix reor eẽ pedes. Cætera si possem laudare, bea
tior essem, Nec dubito, totũ qn tua pars sit opus. Hac ego
cõplexꝰ, nõ ẽ mirabile, forma Si pignꝰ volui vocis hr̃e tuę.

36 ¶Cestum puerum cõmendat a forma Martia. Quãta tua
est ꝓphitas: quanta est ꝑstantia formæ Ceste puer, puero ca/
stior Hippolyto. Te secum diana velit doceatq; natare, Te
cybele secũ vellet habere Phryga. Tu ganymedæo pore/
ras succedere lecto, securus dño basia sola dares. Felix q̃ te
nerũ vexabit sp̃osa maritũ. Et q̃ te faciet prima puella viri.

37 ¶Catulla. Idẽ Mar. li. 8. Formosissima q̃ fuere vel sunt, O
q̃ te fieri Catulla vellẽ, Formosam minꝰ, aut magis pudicã.

38 ¶Proptius formã suæ Cynthiæ sic cõmendat. Et quasciq
tulit formosi tpis ætas, Cynthia non illas nomẽ hr̃e sinat.
Idẽ. Illic formosæ veniãt chorus heroinæ, Quas dedit Ar/
giuis dardana prẽda viris. Quarum nulla tua, fuerit mihi
Cynthia forma Gratior. Idẽ. Fulua coma est, longeq; ma/
nus, & maxima toto Corpore, & incedit vel Ioue digna
soror. Idẽ. Lilia nõ dña sunt magis alba mea. Idẽ. Post Hel/
lenã hęc terris forma secũda redit. Hac ego nõ mirer si fla/
gret nr̃a iuuẽtꝰ, Pulchriꝰ hęc fuerat Troia pire tibi. Digna
qdẽ facies, ꝑ qua vel obiret Achilles. Si qs vult fama tabu/
las anteire vetustas, Hic dñam exẽplo ponat in ante meã.

39 ¶Herodotus ait Candualis Sardium Tyranni vxorem fe/
minarum omnium fuisse pulcherrimam.

40 ¶De Daphnide Vir. in Buc. Formosi pecoris custos, for/
mosior ipse.

41 ¶Deiopeia Nympha. Virg. Aen. Sunt mihi bis septẽ ꝑstã/
ti corpore Nymphæ, Quarũ q̃ forma pulcherrima, Deio/
peiam Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.

42 ¶Dido. Idem lib. 1. Aen. Regina ad templum forma pul/
cherrima Dido Incessit.

43 ¶Deianira Herculis vxor. Oui. Lib. 9. Nomine siqua suo
tandem puenit ad aures Deianyra tuas, quõdam pulcher/

rima virgo, Multorumq; fuit ꝑs inuidiosa procorum.

45 ¶Deiphile vxor Tydei, Adrasti filia. Statius lib. 1. Theb.
Egregiã Argiam nec formę laude secundã Deiphilem.

46 ¶Diadumenꝰ Augusti fuit ꝓgustator, puer adeo ꝑspecios̃us,
vt in formæ certamine (qd̃ fiebat Elidi) meruerit palmã.

47 ¶Democles puer Athenien̄sis fuit adeo ꝑspecios̃us, vt ex
pulchritudine sua pulcher Democles ab oibus vocaretur.
Cui (quod paucis admodũ formosis contigit) tanta quoq;
extitit pudicitiæ cura, vt ad declinandam vim Demetrii (a
quo petebat ad stuprũ) se in plenũ feruentis aquę lebetem
(cum aliter effugere non posset) cõiecerit. Plutarchus.

48 ¶Cœlius scribit Demetrium cognomento Poliocertem
forma fuisse in primis amabili.

49 ¶Euryalus Nisi amicus. Virgi. li. 5. Aen. Euryalus forma in
signis, viridiq; iuuẽta. Idẽ lib. 9. Et iuxta comes Euryalꝰ, q̃
pulchrior alter Nõ fuit Aeneadũ, Troiana nec iduit arma.

50 ¶Endymion Lunę amasius fuit admodum ꝑspecios̃us. Val.
flac. li. 8. Tũ quoq; ꝑspexerea claꝰ ꝓcul ora iuuẽta Lathmi
æstiua residet venator in vmbra, Dignus amore deæ. Stro/
za pater. Abstulit Endymion tenera Latoida forma.

51 ¶Fuit in Ephestione augusta adeo facies, vt victi Darii
vxor cum pro Alexandro salutauerit, Ob quam formã ipsi
quoq; Alexandro fuit charissimus.

52 ¶Euridice Orphei vxor. Quin. libro secundo Orpheos.
Hæc sata Mercurio Eurydice formosa, puellas Tam visa ẽ
superare pares cœlestibus aulis Quam iucunda Venus do/
minas supereminet omnes. Idem, Venerat Eurydice spar/
sis formosa capillis, Cui teretes digiti, cui flaua monilia, vul
tus Syderei, inserto rubris candore papillis.

53 ¶De Fabulla Martialis lib. 2. Bella es nouimus & puella,
verum est, Et diues: quis enim potest negare?

54 ¶Scribit Aelius Sabinus tanta pulchritudinẽ oris fuisse in
filio Maximini, vt ẽt caput eius iã morte nigrũ, iam mace
ratum defluenti tabo, pulcherrimũ tamen videretur.

55 ¶Galathea Nympha. Ouid. lib. 13. Candidior folio niuei
Galathea Ligustri, Floridior prato, Longa procerior alno,

Splendidior vitro, tenero lasciuior hœdo, Leuior assiduo detritis æquore conchis, Solibus Hybernis, æstiua gratior vmbra, Nobilior pomis, platano cõspectior alta, Lucidior glacie, matura dulcior vua, Mollior & cycni plumis, & lacte coacto, Et (si nõ fugias) riguo formosior horto.

55 ¶ Nõ aliam ob causam poetæ fabulant Ganimedem Ioui miscere pocula q̃ ob elegantẽ speciẽ. Ouidius. lib. 4. Fasto. Phryx puer in syluis facie spectabilis altis Turrigerã casto iũxit amore deã. Hora. li. 3. Car. q̃lis aut Nireus fuit, aut aq̃sa

56 ¶ Glycera, Hora. li. 1. Car. Vrit me Glyceræ nitor Splẽdentis Pario marmore purius Vrit grata protueritas, Et vultus nimium lubricus aspici. (Raptus ab Ida.

57 ¶ Galtees fuit adolescens forma speciosus, decẽsq; in primis Reg. Ptolemæo propterea vsq; adeo charus, vt Ptolemæus ipse qbusdam (qui ad supplicium trahebant) eiusdẽ patrocinio pepercerit. Author Cœlius.

58 ¶ Gygis pueri formã describit Horatius lib. 2. Car. dicens. vt puta nocturno renidet Luna mari Gnydiusq; Gyges. Quẽ si puellarũ insereres choro, Mire sagaces falleret hospites, Discrimẽ obscurũ solutis Crinib⁹, ãbiguoq; vultu.

59 ¶ Veteres fabuloso cõfinxerũt inuolucro Gorgonẽ ꝓpter eximiũ venustatis decus, mentis inopes & stupidos reddẽtem spectatores in saxa deformasse. Cœlius.

60 ¶ Hippolytus Thesei filius fuit etiam pulcherrimus. Virg. Ibat & hippolyti proles pulcherrima bello Virbius. Pamphilus. Hippolytum superat formoso candidiore.

63 ¶ Hylam Thyodamantis filiũ ob formã adamauit Hercules, & Nymphę rapuerũt. Mar. Pulcher Hylas tenerã merfit in ora manũ. Propri⁹, Cui⁹ vt accẽsæ dryades cãdore puellæ, Miratæ solitos destituere choros, Prolapsũ leuiter facili traxere liquore. Tũ sonitũ rapto corpe fecit Hylas. Cui ꝓcul Alcides iterat respõsa. sed illi Nomẽ ab extremis fluctib⁹ aura refert. Idẽ, Formosũ nymphis credeꝝ visus Hylã.

64 ¶ Hias Athlantis ex Aethra filius. Ouid. lib. 5. Fast. Nondũ stabat Athlas humeros oneratus Olympo, Cum satus est forma conspicuendus Hyas.

65 ¶ Celebrat ẽt Hermiones Menelai filiæ pulchritudo. Vñ Propertius lib. 1. Tu licet Antiopæ formã Nicteidos, & tu Spartanam referas laudibus Hermionem.

66 ¶ Fuit tam elegãs & cõcinna Hippodamiæ pulchritudo, vt ad impetrandas eius nuptias celebrata sint certamina ꝓ eorum. In quib⁹ cum victor euasisset Pelops, puellã duxit vxorẽ. Properti⁹. Nec phrygiũ falso traxit cãdore maritũ Aduecta externis Hippodamia rotis, Sed facies aderat nulli obnoxia gẽmis, Qualis apellæis est color i tabulis. Idẽ lib. 2. Hippodamiã vocat Ischomachẽ, ꝙ ꝓpter eam ortũ sit bellũ Centaurorũ. Qualis & Ischomache Lapithę gen⁹ heroinæ Cẽtauris media grata rapina mero.

67 ¶ Hiera fuit vxor Telephi mulier oĩum (quos Protheſilaus vidit) maxima & pulcherrima.

68 ¶ Proposita de muliebri pulchritudine certamia plerisq; in locis legimus, sicuti in Cereris Eleusinæ festo prope Alpheum. vbi victrix Herodice meruit palmam. Cœlius.

69 ¶ Herodotus scribit Hippoclidem Tisandri filium diuitijs & forma inter Athenienses præcipuum fuisse.

70 ¶ Hypsiphyle. Statius li. 4. Theb. Errãtes subito pulchram in mœrore tuentur Hypsiphylẽ. Fuit Thoantis filia, a quo Thoantias appellatur.

71 ¶ Iulus filius Aeneæ ex Creusa. Virgil. lib. 5. Aene. Extremus, formaq; ante omnes pulcher Iulus. Idem lib. 7. Aen. primiq; duces & pulcher Iulus. Item. Quo litore pulcher Insidijs cursuq; feras agitabat Iulus. Ouid. in Epi. Si quęras vbi sic formosi mater Iuli.

72 ¶ Iuuentius Catulli amasius. Idem Cat. Mellitos oculos tuos Iuuẽci. Si qs me finat vsq; basiare, Vsq; ad millia basiẽ trecẽta, Nec vnq̃ saturũ idecor futurũ est. Idẽ. Surripui tibi (dũ ludis) mellite Iuuẽci Suauiolũ dulci dulci⁹ ambrosia.

73 ¶ Iason. Medea apd Ouid. Iasoni loqns, Et formosus eras, & me mea fata trahebãt, Abstulerãt oculi lumina nra tui.

74 ¶ Ioseph. Mãuanus in Maria. Sic alacer Sanson, sic & formosus Ioseph.

75 ¶ De Lauso Mezentii filio Virgil. lib. 7. Aene. Filius hunc

Iuxta Lausus, quo pulchrior alter Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

76 ¶ Lauinię forma fuit origo belli inter Aeneã & Turnum, quoꝝ vterq; eam sibi vxorem dari volebat. Virg. lib. 12. flauos eius crines & roseas appellat genas, vbi ait. Filia prima manu flauos Lauinia crines, Et roseas laniata genas.

77 ¶ Catull⁹ de sua Lesbia sic inqt, Lesbia formosa est, quę cũ pulcherrima tota est, Tũ oibus vna oẽs surripuit veneres.

78 ¶ Lygdi pueri formã cõmendat Pamphilus his versibus Sapphicis. Lygde, q forma superas cinœdũ, Nobilẽ, pulchrũ tenerũ, ꝓterusũ, Qui sacro ꝓbet manib⁹ ronãti Nectar eburnis. Lygde, q vincis nitidis ocellis, Qui miser disco cecidit cruẽto, Quẽ ferox syluis aper in iugosis Dẽte petit.

79 ¶ Laudomia. Catull⁹. Quo tibi cũ casu pulcherrima Laodomia.

80 ¶ Lais Corithia meretrix fuit speciosissima. Ouid. (domia. lib. 1. Eleg. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse Dicitur, & multis Lais amata viris.

81 ¶ Lycoris Cor. Galli amasia. Martia. lib. 6. Fœmina ꝓferri potuit tibi nulla Lycori. Properti⁹ lib. 1. Et mõ formosa q̃ multa Lycoride Gallus Mortu⁹ iferna vulnera lauit aqua.

82 ¶ Musę⁹ poeta formã Leãdri pueri ex Abydo (q Hero puellã adamauit, & ab ea redamat⁹ ẽ) multis laudib⁹ cõmẽdat.

83 ¶ Lucretiæ formã tanti fecerunt Romani, vt eã suis mõumentis vbiq; celebrauerint, & vindicauerint a mortalitate, nec solum ob eximiam pulchritudinem, verũ etiam ob castitatem, ꝙ vim Tarquinii gladio sit vlta.

84 ¶ Lycaste Priami filia tantę fuit pulchritudinis, vt Polydamas Antenoris ex Theano Hecubæ sorore filius, illam ex concubina vxorẽ sibi copulauerit. Fuit & alia Lycaste, quę ob pulchritudinem Venus vocabatur.

85 ¶ Lamia authore Plutarcho puella fuit speciosissima a Demetrio adamata, q̃ & tibiis optime ceciniſſe dr. Hæc ꝓmo canẽdi modulãdiq; suauitate gratiã sibi apud oẽs cõpauit.

86 ¶ Ligurinus Horatii fuit amasius forma itidẽ excellẽte, vt ipsius poetæ testimonio cõstat. Idẽ quoq; Lycum celebrat dicens. Et Lycũ nigris oculis nigroq; Crine decorum.

87 ¶ Lęda. Stroza filiꝰ Formosę meruit q̃ Iupiter oscĩ Lędę.

88 ¶ Maia Atlantis filia. Ouid. lib. 5. Fast. Quarum Maia suas forma supasse sorores Tradit, & summo cõcubuisse Ioui.

89 ¶ Tibullus Marathi amasii sui formam versibus cõmẽdat.

90 ¶ Magnes Smyrneus fuit adolescens olim sui seculi pulcherrimus, cunctisq; ꝓpterea gratissimus, sed maxime Gygi Lydorum regi. Quod ferentes ægre parentes, capillos ei totonderunt, vt aliqd de pulchritudine minueret. Indignatus verõ Gyges, bellum mouit in Magnesios.

91 ¶ Narcissus filius fuit Cephisi, & Lyriopes, a multis Nymphis ob pulchritudinẽ amatꝰ, cuiꝰ desiderio cum Nymphę ipsæ tutabescerẽt, mutatꝰ est in florẽ sui nois. Virg. in Batu. Nõ illinc Narcissus abest, cui gloria formæ Igne cupidineo, ꝓprios exarsit in artus. Ouid. lib. 3. Meta. Multi illum iuuenes, multæ cupiere puellæ, Sed fuit in tenera tã dura superbia forma. Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ. Stroza pater. Q̃d si me facies, qualẽ Narcissus habebat.

92 ¶ Nisus Megarẽsiũ rex ob pulchritudinẽ capillos aureos ferẽ habuisse. Tibullus li. 1. Carmie Purpurea cẽ Nisi coma.

93 ¶ Nireus filius Caropi & Alagiæ, puer fuit e Naxo admodũ speciosus, cuius formã Homerus suis carminib⁹ dignatus est. Horatiꝰ li. 3. Car. Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa Raptus ab ida. Idẽ in Epodo. Formaq; vincas Nirea. Ouid. lib. 4. de Põto. Tam mala Thersitẽ ꝓhibebat forma latere, Quam pulchra Nireus cõspiciendus erat. Propertius lib. 3. Nirea nõ facies, non vis exemit Achillem. Pontanus lib. 3. de stellis. Nirea sic perhibent, & amatum a vate Bathillum Pactum oculis, fusumq; coma, roseumq; labellis. Bapt. Piꝰ. Nirea diuinum facit immortalis Homerus.

94 ¶ Nearchi formã cõmendat Horatius lib. 3. Car. Ode. 30. vbi ait, Ferẽ & leui recreare vẽto Sparsum odoratis humeris capillũ. Qualis aut Nireꝰ fuit, aut aquosa Raptꝰ ab Ida.

95 ¶ Omphale regina Lydorum fuit facie adeo præstanti, vt ei se submiserit Hercules. Propertius libro. 3. Omphale in tantum formæ processit honorem, Lydia Gygæo tincta puella lacu. Vt qui pacato statuisset in orbe columnas,

Tam dura traheret mollia pensa manu.

96 ¶De Pyramo & Thysbe Ouid. libro. 4. Meta. Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter, Altera (quas Oriens habuit) prelata puellis Cõtiguas habuere domos.

97 ¶Fuit & formosus Paris dicẽte Ouidio, Dux pari Priami de damno formose tuorum.

98 ¶Hoium pulcherrimũ fuisse ꝑdicãt Phaona, quẽ inter lactucas occultarit Venꝰ. Dicũtq; oblatũ eidẽ ab ipsa Venere alabastrũ vnguẽti, quo cum se obliuisset, factus est omniũ formosissimus, ꝓptereaq; adamatꝰ a Mytilenæoꝝ mulieribus sed maxime a Sappho poetria Scamandronymi filia. Eius formã Ouidius sic describit. Hunc neꝑ Cephalo raperes aurora timebam, Et faceres, sed te prima rapina tenet. Hũc si cõspiciat, q̃ cõspicit oĩa Phœbe, Iussus erit somnos ꝓtinuare Phaon. Hũc venꝰ in cœlũ curru vexisset eburno, Sed videt & Marti posse placere suo. Huc ades, inq; sinus formose relabere nros, Nõ vt ames oro, sed ꝙ amare sinas.

99 ¶Phœdrus Eliensis Socrati Platonique familiaris, a dño Lenone (dictu infandũ) ob excellentẽ formã coactus est se prostituere suoq; corpore quẽstum facere.

100 ¶Plutarchus in Lucullo scribit Prẽciam quãdam fuisse in vrbe Roma fœminam venustate formæ nulli secundam, quæ sua pulchritudine Cethegum sibi deuinxerit, adeo vt nihil probaret Cethego, quod Prẽcia nõ iussisset.

101 ¶Partenopæũ Meleagri & Atalante filiũ, seu (vt alijs placet) Martis & Menalippes, foꝛa fuisse libali scribit Statius. Pl'chrior haud illi triste ad discrimẽ ituro Frõs fuit i syluis, q̃lis iã Casside missa Partenopæꝰ erat. Bap. Pius. Nirea diui nũ facit imortal' Homerꝰ Arcadaq; ipubẽ Partenopẽa lyra.

102 ¶Pãthea vxor fuit Abradatę viri nobilis apud Persas, quã data aũt absente, & apud Bactrianos legatũ agẽte Araspæ Mœdo seruãda tradita est, q apud Cyrũ affirmauit nõdum esse ortã, aut oĩno inuentam tota Asia pulchriorem.

103 ¶Psamniticus rex Aegypti Rhodopẽ meretricẽ ob pulchritudinem matrimonio sibi iunxit.

104 ¶Magnus Alexander totius ꝓpe Oriẽtis victor & ĩperator, Rhoxanam Satrapis barbari filiã mrimonio sibi iũxit ob solã eius pulchritudinẽ. Vnde Curtius, Barbara, inquit, opulẽtia cõuiuium (quo regem accipiebat) instruxerat, id cum multa comitate celebrarer, introduci triginta nobiles virgines iussit. Inter quas erat filia ipsius Roxane noĩe eximia corporis specie, & decore. Quæ q̃q̃ inter electas ꝓcesserat, oĩum tñ oculos cõuertit in se, maxime Regis, minꝰ iã cupiditatibꝰ iperãtis iter obseqa fortunæ. cõtra quã non satis cauta mortalitas est. Itaq; ille q vxorẽ Darii, q duas filias virgines, qbus forma ꝓter Rhoxanẽ cõparari nulla poterat, aut alio aĩo q̃ parẽtes aspexerat, tũc in amore virgũculæ ita effusus est, vt diceret ad stabiliẽdum regnũ ptinere Persas, & Macedones cõnubio iungi. Hactenus Curtius.

105 ¶Q. Catullus poeta Epigrãmaticus formam Roscii pueri Amasii sui his versibꝰ celebrat. Cõstiterã exoriẽtẽ Aurorã forte salutãs, Cũ subito a lęua Roscius exoriẽ. Pace mihi liceat cœlestes dicere vra, Mortalis visus pulchrior eẽ deo.

106 ¶Serranus. Virg. lib. ix. Et iuuenem Serranũ, illa qui plurima nocte Luserat insignis facie.

107 ¶Sulpitiæ formã cõmendat Tibulus lib. iiij. dicens.

Illius ex oculis cum vult exurere diuos,
Accendit geminas lampadas acer amor.
Illam quicquid agit, quoquo vestigia mouit,
Componit furtim, subsequiturq; decor.
Seu soluit crines, fusis decet esse capillis,
Seu compsit, comptis est veneranda comis.
Vrit, seu Tyria voluit procedere palla,
Vrit, seu niuea candida veste venit.

108 ¶Fuit ẽt in Semiramide eximia pulchritudo, & facies imperio digna. Vnde & mortuo marito Persis imperauit vsq; ad prouectam filij ætatem. Ouidius lib. i. Eleg. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse Dicitur.

109 ¶Spurina fuit egregius adolescens, qui cum fœminas virosq; ad libidinẽ solo decoro aspectu prouocaret, pulchritudinẽ oris sponte vulneribus deformauit. Val. Max.

110 ¶Sisigambis vxor Darii nulli suæ ætatis fœminę pulchri tudine cessit teste Curtio. Quam tamen victo Dario Alexander non solum non violauit, sed & summam adhibuit curam, nequis captiuo corpori illuderet.

111 ¶Scribit Gellius Scipionē cognomento Demetriū apud Romanos forma fuisse amabili & elegante.

112 ¶Saxo Grāmaticus li.8. Danicæ Historię scribit Suauildā reginā tantæ fuisse pulchritudinis, vt cū victa liris exposita eēt equis calcib⁹ obterēda, ipsis quoq; iumentis horrori fuerit art⁹ eximio decore ꝓditos sordidis lacerare vestigijs.

113 ¶Turnum a forma pleriq; in locis cōmendat Virgili⁹. vt lib. vij. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus auis atauisq; potens. Item. Ipse inter primos præstanti corpore Turnus Vertit arma tenens, & toto vertice supra est.

114 ¶Tisbe amasiā Pyrami. Oui. li. 4. Me. Pyram⁹ & Tysbe iuuenū pulcherrim⁹ alter, Altera (ęs Oriēs hūit) ꝓlata puell.

115 ¶Ferunt Albium Tibullum poetam Elegiographum corporis forma admodum præstanti fuisse. Vnde Horatius de eo loquens, Non tu corpus eras sine pectore, Dii tibi formam, Dii tibi diuitias dederant.

116 ¶Thetidem deam maris poetæ niueam'& formosam faciunt, q; perpetuis aquis abluatur. Catullus, Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.

117 ¶Paulus Diaconus scribit Theodotē puellā genere Romanam forma fuisse cōspicua & mirabili', flauis ꝓmissisq; capillis ad pedes vsq; pendentibus, eaq; pulchritudine inescatum Cunibertum regē amore puellæ exarsisse.

118 ¶Tyro puella Salmonei filia ob formā Neptuno adamata est. De hac Proper. lib. ij. Vobiscū est Iope, vobiscum candida Tyro. Bap. Pius. Carmine cōspicua est Tyro pegasæa puella. Idē. Est Helene formosa illic, est candida Tyro.

119 ¶Violātillam Srellę poetę vxorē multis verbis cōmēdat Statius li. i. Syl. Sed maxime vbi Venerē sic inducit loquentem. Hāc ego formæ Egregiū mirata decus, cui gloria patrum, Et generis certabat honos, tellure cadentē. Excepi, fouiq; sinu, nec colla genasq; Comere, nec pingui crinem

deducere amomo Cessauit mea nate manus, mihi dulcis imago Prosiluit celsæ procul aspice frontis honores, Suggestumq; comæ, Latias metire qd vltra Emineat matres, quātū Latonia Nymphas Virgo præit, quātumq; egomet Nereidas exto. Idem paulopost. At tu pulcherrima forma Italidum tandem merito possessa marito.

120 ¶Habuit Xerses in exercitu. 68. myriades, quæ ratio habet bis & quinquagies centū octoginta tria millia hoium. Herodotus tū scribit in tanto mortaliū numero neminem fuisse pulchriorem rege ipso, aut proceriore statura.

121 ¶Sūt alij pmulti pueri, & puellæ, in qb⁹ elegās fuisse pulchritudo memorat, vt Pyramus, Pelops, Idas, Castor, Pollux, Iason, Artaxerxes, Cyrus, Troilus, Patroclus, Hymen. Ex fœmis Pasiphae, Ariadne, Berenice, Hermiōe, Briseis Penelope, Deidania, Ersilia vxor Romuli, Hero, Virginia, Anaxerete, Antigone, Arachne, Arethusa, Arsinoe, Polixena, Pelagia, Lycaste, Iocasta, Hecuba Cassandra, Hesperie, Cleopatra, Chœlia, Ilia, Sibyllæ, Vestales, Heroinæ, & aliæ ꝑpe infinitæ. Quas qui scire volet, Authores reuoluat, Stroza pater libro Sexto Eroticon de quibusdā sic meminit.

Talis erat virgo Ceneia, talis & altum.
Per mare dictæo vecta puella boue.
Talis erat fului decepta cupidine nimbi,
Et quam sub falso lusit olore deus.
Talis erat vatum Omphale celeberrima cantu,
Talis & ideo rapta Lacena proco.

¶Item Pamphilus.

Oebalides, Cyparissus, Hylas, Dyadumenus, Atys,
Phryx puer, & ficto Parthenopæus equo.
Cuius & in gremio posuit miserabilis ora,
Cum Stygię vates iret ad antra domus.

121 ¶Helenę forma poetis oībus tantatissima laudem meruisset maximam, nisi ea Troiæ ruinam belliq; decennalis causam attulisset. At nemo est, cui non sit odio, cum tantę cladis & calamitatis venit in mentem. Paris apud Ouidium formam illam Veneri comparat. dicens, His similes

vultus(q̃tũ reminiscor)hẽbat, Venit ĩ arbitriũ, cũ Citheræa meũ. Si tu venisses pariter certamẽ in illud, In dubiũ Veneris palma fututa fuit. Magna qdẽ de te rumor pconia fecit, Nullaq; de facie nescia terra tua ẽ. Nec tibi p totã Phrygia nec Solis ab ortu Inter formosas altera nomen hẽt. Credis & hoc nobis, minor est tua gloria vero, Famaq; de forma pene maligna tua est. Propertius li. ii. Post Helenã hæc teris forma secũda redit, Digna qdẽ facies, ,p qua vel obiret Achilles, vel Priamus, belli cã ,pbãda fuit. Pamphilus, Cui modo cedebat formoso Tyndaris ore. Baptist. Pius, Carmine formosa est Cycno generata lacæna, Qua quondã in cineres Troia superba ruit. Isocrates orationẽ scripsit de laudibus Helenæ, vbi cumulatissime formã eius cõmendat.

¶ Damisella Textoris.

FLoricomo qd adhuc Damisella quiescis in horto?
Et roseum pubens occulit herba caput?
Egredere, atq; animos populosi pasce theatri,
Vt Phrygias taceat publica fama deas.
Fatiloquis aufer palmam pretiumq; Sibyllis.
Liuor erit formæ buccina magna tuæ.
Nec timeas quod sis in agro generata nucoso,
Terra vbi fructifero surgit aprica iugo,
Nanq; tibi similem nullus parit angulus orbis,
Pulchrior & nulla viuit in vrbe Venus.
Præterea nunquid Dryades in montibus altis,
Nunquid in herbifero viuit Oreas agro?
Quid fuit Hippolyto, quid Apolline pulchrius? aut quid
Candidius nato Myrrha decora tuo?
His placuere tamen syluę, montesq; supini,
Et placuit violis luxuriosus ager.
Vrbanas alii mirentur, amentq; puellas,
Tu mihi prę cunctis o Damisella places.
Sic inquam Damisella places, vt sordeat illa,
Quam peperit gelido lucida concha mari.
Et iaculatricis cultusq; decorq; Dianæ.
Atq; cerebrigenæ forma venusta deæ.

His oculis si quando tuos contemplor ocellos,
Has mihi qui venas acrius igne coquunt.
Cycnigenam præ te iuro nihil esse puellam,
Qua Danais cecidit Troia superba rogis.
Vror, & in mõdicas soluit me flamma fauillas,
Atq; animo vires deficiente cadunt.
Nec solum tantus vigilem me concremat æstus,
Lampade sopitum me quoq; torret amor.
Nam mihi dum thalamo comes esse videris eodem,
Aethereo nollem proximus esse Ioui.
Multa quidem in tenero surgunt tunc gaudia somno,
Felicemq; malus me facit esse sopor.
Verum ego cum falsa delusus imagine surgo,
Et somni video spem cecidisse mei,
Quas ego tunc lachrymas, & quæ suspiria mitto,
Maximus ex oculo riuus vtroq; fluit.
Vis dicam Damisella, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Suauior atq; tuo terra Cilissa croco.
Non ita flammifera Briareus torretur in Aetna,
Vt tua me facies, vt tua forma coquit.
Tu siquidem Graiæ speciosior ansere Ledæ
Pulchrior es prima candidorq; niue,
Blanda tibi ceruix fragat, quod & Attica cera,
Et quod virginea lilia secta manu.
Leuior est tibi frons detrita in littore concha,
Pulchrior & cycnis vnda Caystra tuis.
Si talem in vinclis Venerem Gradiue teneres,
Plus tibi q̃ cœlum vincula grata forent.
Sed quem non faciunt gemipomæ ardere papillæ,
Rugosa q̃is fronte Catonis eat?
Quas ego cum video, (libitinam afferte ministri)
Mammarum intuitus me facit exanimem.
Ergo breuem exangui si fudero corpore vitam,
Hoc habeat carmen, qui teget ossa, lapis.
Non iaculis, nec aquis perijt, bibitoq; veneno,
Quem breuis angusto contegit vrna loco,

Hunc tu pomasa fecisti ardere papilla
Acrior Oetheis o Damisella rogis.
Cætera quid memorem venerandæ insignia formæ?
Sunt tibi quos crines vellet habere Venus,
Inq; genis ardet rubri tibi flamma pyropi,
Mollior Hyblæis est tua lingua rosis.
Quis tam formoso nollet sub corpore fulcrum,
Aut (per quem incedit pes tuus) esse lapis?
O quoties volui mutato vt corpore pulex
In thalamo fierem te recubante tuo.
Ipse tuis oculis (cum vult exurere diuos)
Accendit faculas delicioſus amor.
Dum loqueris, sedet in tenero tibi suada labello
Cecropijs vngens omnia verba fauis.
Dum rides, lepido tanta est tibi gratia risu,
Iratum vt facias ponere tela Iouem.
Dum varias lepidis imples concentibus auras,
Auriti veniunt ad tua verba dei.
Est in fœmineo virtus tibi mascula sexu.
Quid sibi Saturni filia maius habet?
Nec minor est forma morum præsignis honestas,
Qua potes Argolicam vincere Penelopen.
Tota deo incumbens, mitis, simplex, sine fastu,
Sermone atq; ipso tota pudica thoro.
Tam tua te virtus, q̃ regia forma venustat.
Quicquid agis, cœlum totaq; terra probant.
Ah caueas, ne (dum Nucerino ludis in agro)
Te premat ignoti subdola forma dei.
Fecit olorinæ Lædam succumbere pennæ,
Quem timet astriferi machina tota poli.
Et Danaen lusit fictum mutatus in aurum,
In taurum Europen, in Satyrum Asterien.
Te quoq; (ni caueas) eludet Imagine falsa,
Vrit enim summos hæc tua forma deos.
Vrit, & ipse suo Neptunus in æquore feruet,
Teq; cupit Nymphis præposuisse suis.

Nomine tur ficto Damisellam te voco? fallor,
Verus amor nomen dissimulare nequit.
Nysia nomen habes, & Nysum & Nirea vincas,
Quodq; tibi flaua cedat vterq; coma.
Nulla tulit similem, ventura nec afferet ætas,
Quam tibi præponat, non habet aula Iouis.

¶ Deformes.

1	Brotheus	7	Galba	13	Philenis
2	Hipponax	8	Epictetus	14	Vetustina.
3	Corytheus	9	Hermippus	15	Gellia.
4	Therſites	10	Colomanus	16	Zoil⁹ Martialis.
5	Damon	11	Polyphemus	17	Socrates
6	Aesopus	12	Vulcanus	18	Alij plerig.

BRothe⁹ Vulcani & Mineruę fili⁹ deformi facie dr̃ fuisse, Ob quã dũ pleriſq; eẽt ridicul⁹, aĩ dolore se i rogũ pie/cit teste Ouidio i Ibin. Quodq; ferũt Brotheũ fecisse cupi/dine mortis, Des tua succẽsæ mẽbra cremãda pyræ.

¶ Hipponactis poetæ iambographi deformitatẽ suis tabu lis expſſerũt Bubal⁹ & Anterinus pictores, cãq; imaginẽ, & notabili eẽt vult⁹ fœditate, ꝓposuere in ridẽtiũ circulis ma gno suo malo. Indignat⁹ enim Hipponax vtrũq; suis Saty/ris tanto retalliauit fœnore, vt ambo laq̃o se ꝓfocauerint.

¶ Aiunt & Corytheũ quẽpiã fuisse hoiem notissimæ de/formitatis, quiq; liberos susceperit patrẽ infelicissima for/ma referẽtes. Vnde fluxit adagiũ. Corytheo deformior.

¶ Homerus scribit Therſiten oĩum (qui ad Troiam vene/runt) fœdissimum fuisse, totumq; hoiem a capite ad pedes ita graphice depingit, & corporis vitia & animi morbos, vt dicas pessimum ingenium in domicilio se digno habi/tasse, inquit Erasmus. Vnde adagium. Therſitæ facies. Oui/dius Lib. 4. de Ponto. Tam mala Therſiten prohibebat for/ma latere, Quam pulchra Nireus conſpiciendus erat.

¶ Damon fuit pędotriba quispiam insigni clauditate de/formis, qui cum crepidas retortis suis pedibus congruen/tes furto amisisset, imprecatus est, vt eius pedibus conue/nirent, qui surripuisset. Author Cœlius.

6 ¶Ferũt Aesopum e Phrygia fabulatorẽ oĩum quoq; turpissimũ extitisse. Fuit enim nigerrimus, vnde illi datũ nomẽ. Nam Aesopus & Aethiops idẽ fere significant. Corpore præterea gibbosus, verũ ingenio (quo deformitatẽ illã pensauit natura) clarissimus. (crobio.

7 ¶Galbę ĩperatori corp⁹ fuit gibbo deforme, Authore Ma

8 ¶Epictetus vero philosophus fuit claudus. Vnde & hoc distichon a Macrobio positum. Seruus Epictetus genitus sum, corpore claudus, Pauptate Irus, dijs & amicus ego.

9 ¶Hermippus poeta fuit Athenienſis, altero capt⁹ oculo.

10 ¶Colomanus rex Pannonioꝝ post Ladislaũ dr̃ fuisse ore improbo, luscus, claudus, gibbosus & lingua blesus.

11 ¶Virgilius scribit Polyphemũ Cyclopẽ Siculũ fuisse monoculum, vbi air. Et telo lumen terebramus acuto, Ingens quod torua solum sub fronte gerebat. Idem. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

12 ¶Poetę q̃q; fabulam Vulcanũ claudũ fuisse, ac toto deformẽ corpe, dicũtq; ppea parẽtes ĩfanti nõ risisse, suoq; cubili admisisse. Virg. Incipe pue puer cui nõ risere parentes, Nec deo hũc mẽsa, dea nec dignata cubili ẽ. Ouid. Li. 2. Eleg. Vulcano Venerẽ, q̃uis ĩcude relicta Turpiter obliq̃ claudicet ille pede.

13 ¶Martialis Philenẽ puellã luscã fuisse & altero lippam oculo vr̃ innuere Lib. 1. vbi ait. Oculo Philenis semp altero plorat. Quo fiat istud quæritis modo? Lusca est. Itẽ Li. 2. Cur nõ basio te Phileni? calua es. Cur nõ basio te Phileni? rufa es. Cur nõ basio te Phileni? Lusca es.

14 ¶Idẽ author Lib. 3. ait Vetustinam tres habere dẽtes, tres capillos, pectus Cicadæ, crus formicæ, rugosam frontem, mãmas aranearũ cassibus pares, os rictibus crocodili simile, cantum ranarũ & culicum, noctuæ visum, hirci fœtorem, & plerasq; alias deformitatis inhonestas notas.

15 ¶Olim creditũ est eos septẽ diebus formosos fore, qui leporem esitassent. Propterea Idẽ Martialis Gelliæ deformitati illudẽs, ait eam nunq̃ esitasse leporẽ, his verbis.

Cum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,
Septem formosus Marce diebus eris,

Si verum dicis, si verum Gellia mandas,
Edisti nunq̃ Gellia tu leporem.

16 ¶Idẽ Martialis Li. 12. Zoili sui deformitatẽ sic depingit.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,
Rẽ magnam præstas Zoile si bonus es.

17 ¶Aiunt Socratẽ pñm fuisse simis naribus, recalua fronte, pilosis hũeris & repãdis crurib⁹. Propterea cum duę vxores Xantippe & Myrrho zelotypia quadã ĩ cõtentiões venirent, illis inter se iurgãtibus dicebat. Quid pp me iurgia simul exercetis, quẽ adeo deformẽ peperit natura?

18 ¶Afferunt & alia de forma pñoꝝ. Zeusipp⁹ dr̃ fuisse cerui ce curua. Aratus pãda, Zeno fronte contracta, Epicur⁹ cute distẽta, Diogenes barba comante, Socrates cadẽte, Aristoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto, Heraclit⁹ ocl'is fletu clausis, Democrit⁹ labris risu aptis, Chrysipp⁹ digitis pp numeroꝝ idicia cõstrictis, Euclides pp mensurarũ spatia laxatis, Cleanthes pp vtrũq; corrosis. Author Sidonius Li. 9.

¶Amasii deoꝝ & hominum.

1 Ganymedes Iouis
2 Endymion Lunæ
3 Hylas, & Abderus
4 Herculis
5 Hyacinthus Apollinis
6 Branchus Apollinis
7 Ampelos Bacchi
8 Adonis Veneris
9 Cephal⁹ & Tithon⁹ Auroræ
10 Atys Cybeles
11 Hippolytus Dianæ
12 Pindarus Panos
13 Amazonicus Val.
14 Cherinthus Tibulli
15 Lygdus Pãphili Saxi
16 Bathyllus Anacreontis
17 Lycus Alcæi
18 Hippolytus asinij Galli
19 Testylus voconij
20 Ligurin⁹, & Lycist⁹ Hora.
21 Roscius, & Theotimus Q. Catuli.
22 Agathon Euripidis
23 Philinus Arati
24 Iuuencius Catulli
25 Antinous Adriani
26 Argilius Pausaniæ
27 Agathon Platonis
28 Theseus Minois
29 Chrysippus Laij
30 Magnes Smyrnę⁹ Gygis
31 Armodi⁹ Aristogitonis
32 Philocles Epicuri
33 Aufilen⁹ Cœlij Veronẽsis
34 Alij nonnulli.

FOrma est quoddam amoris illectamentū, quo nullum aliud magis efficax venenum ad irritandam venerem dari queat. Vrit. n. nō solum tactu, sed ipso quoq; intuitu, & venas incendio quodam populatur. Quo qui laborant, sic miseri pereunt, vt oēs alias recusent, & auersent voluptates. Nunc ergo (qm̄ prius locutus sum de formosis) subiungam liberalis formæ pueros, quorum pulchritudo deos ipsos nedum homines irretiuit.

1 ¶ Ganymedem in primis fabulant poetæ Iouis esse amasium, quē ob formā Aquila pedibus in Ida corripuerit, & in cœlū euexerit. Virg. Quē præpes ab Ida Sublimē pedibus rapuit Iouis armiger vncis. Ouidius lib. 10. Rex superum quondam Phrygij Ganymedis amore Arsit. Et paulo post loquens de Aquila. Arripit Iliadem, qui nunc quoq; pocula miscet Inuitaq; Ioui nectar Iunone ministrat.

2 ¶ Endymionē formosum pastorem Luna fert adamasse, adeo vt cœlo relicto in montē Lathmiū eius osculādi gratia plerūq; descēderit. Ouid. li. 3. de Arte. Lathmio Endymion nō est tibi Luna pudori. Propertius li. 2. Nudo & Endymion Phœbi cepisse sororē Dicitur, & nudæ concubuisse deæ. Stroza. Abstulit Endymion tenera Latoida forma, Dum patrio niueas mōte reducit oues. Pontanus li. 1. de Stellis. Sed q̄q̄ properare viam timet, ipsa relicto Aethere (cogit amor) per amici deuia Latmi Furtim saxa petit cōplexus iter amatos Attrectare suis tenerū Endymiona lacertis.

3 ¶ Hylam Thyodamantis filiū adamauit Hercules, secūq; duxit cum Argonautis. Vbi cum aquas hauriens puer vrnę pondere fuisset demersus multis clamoribus ab ipso Herc̄ule conuocatus est. Hinc natū adagiū. Hylam vocare. Val. Flac. li. 3. Arg. Rursus Hylā & rursus Hylā p lōga reclamat Auia, resonsant syluæ, & vaga certat imago. Propertius lib. 2. Tādē haurire parat demissis flumina palmis, Innixus dextro colla trahēs humero. Cuius vt accensæ Dryades candore puellæ Miratæ solitos destituere choros. Prolapsum leuiter facili traxere liquore. Tum sonitū rapto corpe fecit Hylas. Cui pcul Alcides iterat responsa, sed illi Nomen ab

extremis fontibus aura refert. Bapt. Pius. Pyritoū Theseus, iuuenis Phocę Orestē, Falsiparēs genitū Thyodamāte deus. Politianus, Sed suus Alcidæ pocula miscet Hylas. Eurystheū itē Herculī delitias fuisse testis ē Diotimo apd Cœliū.

¶ Adamauit etiam Hercules Abderum puerulum, nō minori, q̄ Hylam affectu.

¶ Hyacinthus Apollinis fuit amasius. Ouidius lib. 10. Te quoq; Amyclide posuisset in ethere Phœbus, Tristia ponēdi tempus si fata dedissent. Pamphilus, Hāc premis, & veluti tenerum formosus Apollo Oebalidē puerum Iupiter Iliacū. Plinio li. 2. Hyacinthū comitat fabula duplex, Luctū præferens eius, quem Apollo dilexerat.

¶ Adamauit ēt Apollo Branchū puerū Thessalum, quem mortuū suis tēplis sacrū hīi voluit. Itē Daphnē puellā, Penei fluminis filiá, quá fugiātē in laurū cōuertit, Mātuanus. Quot studuit verbis Daphnē facundus Apollo Flectere.

¶ Ampelos puer speciosus Baccho adamatus est. Ouidius lib. 3. Fast. Ampelon intonsum Satyro Nymphaq; creatum Fertur in Ismarijs Bacchus amasse iugis.

¶ Adonis Cynarę ex Myrrha filius Veneri fuit charissimo. Ouid. lib. 1. de Arte. Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis. Propertius lib. 2. Testis qui niueū quondā pcussit Adonim, Venantē idalio vertice durus aper. Illis formosum flere uisse palludibo, illuc Diceris effusa tu Venus isse coma. Pōtanus li. 1. de Stellis. Nec deploratū Veneri linquamus Adonim. Venantē quē durus aper sub dente peredit.

¶ Cephalus & Tithonus clarissimi fuerūt Auroræ. De Cephalo, Ouidius lib. 3. de Arte. Lathmius Endymion non est tibi Luna pudori, Nec Cephalus roseæ præda pudendā deæ. Stroza filius, Supprime lora precor, sic a seniore marito In tenero Cephali suscipiare sinu. Ouidius in Epistō. Sapphus ad Phaonem. Hunc ne pro Cephalo rapetres Aurora timebam. De Thithono. Stroza pater. Inuidisse deos peribent, cum mollia cano Oscula Tithono cuperta puella daret. Propertius libro secundo. At non Thithoni spernens Aurora senectam Desertum Eoa passa iacere

domo est Illum sæpe suis decedens fouit in vlnis, Quam prius adiūctos sedula lauit equos. Itē. Cū sene non puduit talē dormire puellam, Et canæ toties oscula ferre comæ.

10 ¶ Athys puer Phrygius Cybeles fuit amasi⁹. Catullus, Te nerū vidit Athyn ꝓpe marmor pelagi, Facit imperū ille de mēs fugit in marmora fera. Ibi semp oē vitę spatiū famula fuit. Oui. li. 10. Hirsuto vertice pin⁹ Grata deū matri, sigdē Cybeleius Athys Exuit hac hominē, trūcoq; induruit illo.

11 ¶ Amauit Hippolytum Diana cum ob formam, tum rarā in forma castitatem.

¶ Pindari poetæ eiusq; carminū amatorē fuisse Pana fabu lant. Author Plutar. in Numa Põpilio. Syrinx quoq; Arca dica fuit Nympha, quam a Pane deo mire adamatā scribit Ouidius. ¶ Amasii hominum.

12 ¶ Habuit in primis Val. Flaccus poeta Setinum in delitiis Amazonicū puerū, cuius formam cōmēdat Martialis.

13 ¶ Tibullus suum Cherinthum, de quo lib. 4. ait. Est qui te Cherinthe dies dedit hic mihi sanctus, Atque inter sanctos semper habendus erit. Idem. Inuisus natalis adest, qui rure molesto, Et sine Cherintho tristis agendus erit. Idē quoq; magnopere dilexit Marathū puerum, De quo lib. 1. sic ait. Heu heu quā Marathus lento me torquet amore.

14 ¶ Lygdum adamauit Pamphilus Saxus. Vnde li. 4. ait. Sed peterem Lygdum, Lygdus mea vita, meū cor, Lux mea, qui facie vulnera mille gerit. Eius quoq; formā multis lo cis magnopere extollit.

15 ¶ Bathyllus fuit Anacreontis poetæ delitiū. Vñ Horatius in Epodo. Nō alr Samio dicūt arsisse Bathyllo Anacreōta Teium. Ab eodē quoq; adamatus est Megistheus puer. De vtroq; Politianus in Rustico. Nunc Samiū celebras (iubet Adrastæa) Bathyllū, Nūc tenerā Eurypilē, tenerūq; Megi sthea laudas, Tandē acino passæ cadit interceptus ab vuæ.

16 ¶ Lycū puerū adamauit Alcæus poeta Lyric⁹, de quo Ho rati⁹ li. 1. Carminū liberū & musas, Venerēq;, & illi semper hærētē puerū canebat. Et Lycū nigris oculis, nigroq; Cri ne decorū. Politianus in Nutricia, Ipse Lyci nigros oculos,

nigrūq; capillū, Exactosq; canis pugnax Alcee tyrānos.

17 ¶ Amauit Valgius poeta elegiograph⁹ Mysten, cui⁹ mor tem multis lachrymis defleuit, dicēte Horatio. Tu semper vrges flebilibus modis Mysten ademptū, nec tibi vespero Surgente decedūt amores, Nec rapidū fugiente Solem.

18 ¶ Asini⁹ Gallus poeta filij⁹ Asinij Pollionis viri ꝓsularis, pari quoq; affectu dilexit Hippolytū liberali forma adolescētē.

19 ¶ Voconi⁹ victor poeta hūit i delitijs testylū pueꝝ elegāte forma. Vnde Martialis. Testyle, Victoris tormentū dulce Vo coni. Quo nemo est toto notior orbe puer, Sic etiā positis formosus amere capillis, Et placeat vati nulla puella tuo.

20 ¶ Ligurin⁹ Horatii fuit delitiū. Vñ li. 4. Car. scribit, Sed cur heu Ligurie, cur Manat rara meas lachryma p genas? Cur facūda parū decoro iter verba cadit lingua silētia? Noctur nis ego somnis Iam captū teneo. iā volucrē sequor. Ama uit & Lycistū, de quo sic scribit in Epodo. Nūc gloriātis q̄ libet mulierculā Vincere mollicia amor Lycisti me tenet.

21 ¶ Amauit Roscium adolescentem. Q. Catullus Epigram matista, de cuius forma hunc in modum scripsit. Cōstiterā exorientē aurorā forte salutans, Cum subito a læua Ro sciuis exorīē. Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra, Mor talis visus pulchrior esse deo. Amauit & Theotimum, de quo sic scribit. Aufugit mi animus, credo vt solet, ad Theo timum deuenit, sic est, perfugium illud habet.

22 ¶ Arsit Euripides Tragœdiographus Agathonem pueru lum, quem adultiorē quoq; amplexebat arctius, suauiaba turq; etiam spectante populo & in conuiuiis.

23 ¶ Pari affectu Aratus poeta Cilix Philinum adolescētulū deperiit, ꝓ cui⁹ reditu e Chio insula, deos multa pcatus est.

24 ¶ Catullus suos amores in Iuuencū his exprimit verbis. Surripui tibi (dū ludis) mellite iuuēci, Suauiolū dulci dul cius Ambrosia. Verū id non impune tuli, nāq; amplius horā Suffixum in summa me memini esse cruce. Quæ carmina plena sunt pruritus, multamq; præseferunt lasciuiam.

25 ¶ Antonius puer fuit elegātissime formæ ex Claudiopoli Bithyniæ ciuitate, quē Adrian⁹ imperator ad infamiā vsq;

adamauit, vt etiã mortuo ciuitatẽ cõstruxerit, tẽplũq; ere-
xerit cũ ara & eius effigiẽ curauerit imprimendã. Spartia-
nus ait puerum illũ ab imperatore muliebriter dilectum.

26 ¶ Pausanias Lacedæmonius authore Cœlio, Argiliũ spe-
cioſa pulchritudine adoleſcentẽ amore venereo dilexit.

27 ¶ Gellius li. 19. ca. 11. citat hos Platonis verſus amatorios
de ſuo Agathone, quem vti meritorũ dilexit. Suauia dans
Agathoni animam ipſe in labra tenebã, Aegra eteni ppe-
rans tanq; abitura fuit. Amauit quoq; Stellã ob igenii ſuaui-
tatem, & elegãtiã, de qua authore Plutar. ſequẽtes verſus
luſit. Ardentes ſtellas lucens mea Stella tueris, Cœlum vti-
nam fierẽ, te vt multo lumine cernã. Itẽ. Stella prius ſupe-
ris fulgebas Lucifer, at nunc Heſperus ah fulges manibus
occiduus. Hæc nouiſſima ſcripſit poſt eius mortem.

28 ¶ Minos rex Cretenſiũ ſuſceptas cum Atheniẽſibus inimi
citias, ob mortem filij ſui Androgei, lubens depoſuit amo
re Theſei (quem deperibat) ineſcatus.

29 ¶ Laius a Pelope hoſpitio ſuſceptus filiũ eius Chryſippũ
ita adamauit, vt ſecum Thebas rapuerit. Praxilla tũ apud
Cœlium teſtis eſt hoc a Ioue perpetratum.

30 ¶ Gyges rex Lydoꝝ Magnetẽ Smyrneũ eximia pulchri-
tudine clarũ vſq; adeo dilexit, vt bellũ i Magneſios moue
rit, ꝙ puero capillos totõdiſſent, quo videretẽ deformior.

31 ¶ Ariſtogiton Atheniẽſis Armodiũ iſigni forma adoleſcẽ
rem ẽt deperiit. Author apud Volaterranũ Thucydides.

32 ¶ Amauit Epicurus Philoclem eximium adoleſcentẽ ad
quẽ ſolitus erat hoc modo ſcribere. Conſumor ac deficio
amabilem tuum ac diuinum ingreſſum ſuſtinens.

33 ¶ Catullus facit Aufilenum Cœlii cuiuſdam Veronenſis
amaſium, vbi ait. Cœlius Aufilenum, & Quintius Aufile-
nam Flos Veronenſium depereunt iuuenum.

34 ¶ Inter meritos pueros ẽt ponunt Euryalus Virgilianus,
Parthenopæus Statianus, Cottallus Siculus Anacreontis,
Harmodius Hippiæ, Aſter Platonis, Piſo Galbæ.

¶ Amaſiæ deorum & hominum.

¶ Iam diximus Daphnen Penei fluminis filiã adamatam

Apollini Sappho ad Phaonem. Et Phœbus Daphnen, &
Gnoſida Bacchus amauit.

¶ Tyro Salmonei filia adamata eſt a Neptuno, & ab eodẽ
compreſſa. Propertius lib. 1. Non ſic Aemonio Salmonida
miſſus Enipeo Tænarius facili preſſit amore deus.

¶ Heben deam iuuentutis amauit Hercules. Idem Proper
tius lib. 1. Nec ſic cœleſtem flagrans amor Herculis Hebẽ
Senſit in Othæis gaudia prima iugis. Amauit ẽq; Iolen,
& Omphalem reginam Lydorum. Idem Propertius lib. 3.
Omphale in tantum formæ proceſſit honorem Lydia Gy
gẽo tincta puella lacu, Vt quĩ pacato ſtatuiſſet in orbe colũ
nas, Tam dura traheret mollia penſa manu.

¶ Aliæ deorum & hominum amaſiæ fuerũt, Ariadne Mi-
nois filia, Bacchi, Syrinx Nympha Panos, Hero Leandri,
Phyllis filia Lycurgi regis Thracum, Demophoontis, Ari-
adne Theſei, Atalanta Meleagri, Cydippe Acontii. Iphis
Patrocli, Similax Croci. Author Plinius li. 16. cap. 36. ▽ Cly
cera Pauſię Sicyonii pictoris. Plinius lib. 21. ca. 2. & lib. 35.
cap. 10. ▽ Sappho Phaonis.

¶ Campſape Alexãdri, quã Alexander ipſe muneri dedit
Apelli pictori. Pli. lib. 35. cap. 10. ▽ Philace Stratoclis, Au-
thore Plutarcho. ▽ Rhoxane Alexãdri. Plutarchꝰ, & Cur-
tius. ▽ Echo Narciſſi. Auſoniꝰ. Cõmoritẽ Narciſſe tibi reſo-
nabilis Echo. Galẽtius, Riſit Liriopes flagrãtẽ filius Echo.

¶ Thyſbe Pyrami. Stroza pẽ. Nõ magis ifelix Thyſbe di-

¶ Tyro Salmonei filia, Enipei. Properti° li. (lexit amãtẽ.
3. Teſtis Theſſalico ſigrans Salmonis Enipeo.

¶ Phœbe Caſtoris, Ilaria Pollucis, quę fuerunt Leucipi fi
liæ. Propertius lib. 1. Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora
Phœbe, Pollucem cultu non Ilaira ſoror.

¶ Chloris, ſeu Flora dea florũ Zephyri, a cuius nomine di
citur Zephyritis.

¶ Galathea Nympha Polyphemum. Propertius libro. 3.
Quinetiã Polypheme fera Galathea ſub Aetna, Ad tua
rotãtes carmina flexit equos. Stroza Pater. Nil magis hor
rendum Polyphemo ſenſerat Aetna, Sæuior indomito

fratribus ille fuit. Dum tū æquorea siccas in rupe capillos,
Exarsit visa te Galathæa Cyclops.

¶ Bersabea Dauidis. Idem Stroza. Ille sacri vates operis
Iesseia proles Præfecit populo quem deus ipse suo, Bersa-
beæ captus forma tibi magne cupido Cessit.

¶ Helena Paridis. Propertius lib. 2. Ipse Paris nuda fertur
periisse Lacæna, Cum Menelęo surgeret e thalamo.

¶ Acme Septimii. Catullus. Acmem Septimius, suos amo
res, Tenens in gremio, mea inquit Acme, Ni te pdite amo,
atq; amare porro Oēs sum assidue paratus annos, Solus in
Libya, Indiaq; tosta Cæsio veniā obuius leoni. Idē. Vnam
Septimi⁹ misellus Acmen Mauult, q̄ Syrias, Britanniasq;
Vno in Septimio fidelis Acme Facit delicias libidinesq;.

¶ Aufilena Quintii. Catullus Cœlius Aufilenū, & Quinti⁹
Aufilenā Flos Veronensum depereunt iuuenum.

¶ Atalanta Mimalionis Arcadici. Propertius. Mimalion
nullos fugiendo Tulle labores Sæuitiā duræ contudit Ia-
sidos. Nam mō Partheniis amens errabat in antris, Ibat &
hirsutas ille videre feras. Ergo velocem potuit domuisse
puellam, Tantum in amore preces, & bene facta valent.

Antigone Hæmonis Bœotii, quam cum iugulari fecisset
Creon, Hæmon ad mortuæ tumulum se interfecit. Proper
tius lib. 2. Quid non Antigones tumulo Bœotius Hæmō,
Saucius ipse suo corruit ense latus?

¶ Briseis Achillis. Horatius. Prius insolētem Serua Briseis
niueo colore Mouit Achillem. Propertius libro secundo.
Omnia formosa propter Briseida passus, Tātus in erepto
sæuit amore dolor. Item. Necnon exanimē amplectēs Bri-
xeis Achillem, Candida vesana verberat ora manu.

¶ Rhodope Charaxi fratris Sapphus. Sappho ad Phaonē.
Arsit inops frater victus meretricis amore, Mistaq; cū tur-
pi damna pudore tulit.

¶ Andromeda Persei. Sappho ad Phaonē. Cādida si non
sū, placuit Cepheia Perseo Andromede, pfiæ fusca colore

¶ Experie Nympha Aesaci. ▽ Lesbia Catulli. Catul- (suæ.
lus. Nulla potest mulier tantum se dicere amatā Vere, quā-

tum a me Lesbia amata mea est. Hæc vero nomine voca-
batur Claudia. Amauit etiam Ipsithillam.

¶ Quintilia Calui liciuit. Catullus. Certe non tanto mors
immatura dolori est Quintiliæ, q̄tum gaudet amore tuo.
Propertius li. 2. Hoc etiam docti confessa est pagina Calui,
Cum caneret miseræ funera Quintilię.

¶ Lyde Callimachi. Batthis Philetæ. Ouid. lib. 1. de Tristi-
bus. Nec tantum Clario Lyde est dilecta poetæ, Nec tantū
Coo Bathis amata suo.

¶ Beatrix Dantis Aligerii. ▽ Laureta Patrarchæ. Lycinia
Horatij Hor. li. 2. Car. Me dulcis dñe musa Lyciniæ Cātus,
me voluit dicere lucidū Fulgētes oculos, & bñ mutuis Fi-
dum pectus amorib⁹. Amauit & Glycerā. De qua li. 3. Car.
Me lentus Glycere torret amor meæ.

¶ Stella Platonis. Author Plutarchus.

¶ Violātilla Stellę poetę. Hæc Græce Hiātis dr. Martia. li.
6. Perpetuā Stellę dū iūgit Hiātida vati Leta Ven⁹, dixit, pl⁹
dare nō potui. Aliter vocat Asteris. Vide Statiū in Syluis.

¶ Leucadia Terentii Varronis Atacini. Hinc fluxit illud Di
cticon. Hęc quoq; pfecto ludebat Iasone Varro, Varro Leu
cadię maxima flamma suæ.

¶ Dælia, Sulpitia, Nemesis, Neęra Tibulli, De Nemesi no-
rum est illud, Vrit amatorem Nemesis lasciua Tibullū, In
tota iuuit quem nihil esse domo.

¶ Hostia, seu Cynthia Propertii. Propertius ipse lib. 1. Illa
vel angusto mecum requiescere lecto, Et quocūq; modo
maluit esse mea, Quam sibi dotatę regnum vetus Hippo-
damiæ, Et quas Elis opes ante pararat equis. Idē lib. 1. Cyn
thia prima suis miserum me cepit ocellis, Contractū nullis
ante cupidinibus. Martia. Cynthia facundi carmen iuuenī
le Properti Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

¶ Melenis Domitii Marsi, Mar. Nota tū Marsi fusca Me-
¶ Cesennia Cn. Getulici Epigrāmatistæ. (lenis erit.
▽ Bissula Ausonia Galli.

¶ Metella Ticidę Epigrammatistę. ▽ Citheris, seu Lycoris
Cornelij Galli. Hinc illud manauit. Gallus & Hesperijs &

Gallus notus Eois, Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

¶ Páphila Valerii Aeditui, De qua sic apud Gelliũ scribit. Dicere cum conor curaz tibi Páphila cordis, Quid mi abs te quærã? mẽbra labris abcũt. Per pectus miserũ manat subito mihi sudor, Sic tacitus, subitus, duplo ideo pereo.

¶ Chrisis. Q. Trabeæ Comœdiographi de qua sic scripsit. De iprouiso Chrisis vbi me aspexerit, Alacris obuiã mihi veniet, complexum exoptans meum, Mihi se dedet, Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

¶ Neæra Lycinii imbricis itidẽ Comœdiographi, de qua afferunt hi versus. Nolo ego Neerã te vocẽt, sed Neriené. Cum quidem Marti es in connubium data.

¶ Propertius lib. 2. de plerisq; poetarũ amasiis sic scribit.

Hæc quoq; perfecto ludebat Iasone Varro,
Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.
Hæc quoq; lasciui cantarunt scripta Catulli,
Lesbia queis ipsa notior est Helena.
Hoc etiam docti confessa est pagina Calui,
Cum caneret miseræ funera Quintiliæ.
Et modo formosã qui multa Lycoride Gallus.
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Cynthia quinetiam versu laudata Properti,
Hos inter si me ponere fama volet.

¶ Item Sidonius Apoll. li. 2. de alijs sic meminit. Sisq; opido meminens, q olim Martia Hortẽsio, Terentia Tullio, Calphurnia Plinio, Pudẽtilla Apuleio, Rusticana Symmacho, legentibus meditantibusq; candelas & candelebra renuere. Reminiscere q sæpe versum Corinna cum suo Nasone compleuit, Lesbia cum Catullo, Cesennia cũ Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. Item Stroza pater lib. 1. Eroticon. Abstulit ardentem Gallum formosa Lycoris, Carmine amatoris Cynthia clara sui est. Viuit ab insigni Nemesis celebrata Tibullo, Viuit pelignis nota Corinna sonis. His addi possunt Lamia Demetrii, Phryne Timothei, Flora Põpeii, Aspasia Periclis, Rhodope Psamnitici, & Antonii Cleopatra.

¶ Cinędi, Pędicones, & Pathici.

1 Aemylius
2 Naso
3 Phædon
4 Gargilianus
5 Armodius
6 Aristogiton
7 Cratinus
8 L. Quintius Flaminius
9 Ibycus
10 Hipparchus
11 Libanius
12 L. Papyrius
13 Theophrastus
14 Ale. Abonoti/chites
15 Pausanias Argilius
16 Cleocritus
17 Thallus
18 Portius Socratio Piso
19 Mamurra Cæsar
20 Pindarus

AEmylii cuiusdam Cinædi obscœnos amores molesque delitias, Postremo infinitas libidines notat Catullus.

¶ Idem in Nasonem quẽdam pathicũ his iuehitur verbis. Multus homo es Naso, neq; tecum multus homo, sed Descendis Naso, multus es & pathicus.

¶ Phœdon philosophus cũ adolescentulus Athenis esset in seruitute, a domino in lupanari constitutus est, vt psteret, & corpore faceret quæstum.

¶ Martialis lib. 3. arguit Gargilianũ quẽdã, vt cinædũ & mollẽ, quẽ depilatoriis vnguẽtis faciẽ lauare psuesse dicit.

¶ Armodio & Aristogitoni apud Atheniẽses mutua erat Veneris consuetudo.

¶ Cratinus Atheniẽsis Comœdiographus notatus ẽ etiã pędarestię, seu obscœni in pueros amoris.

¶ L. Quintius Flaminius vir psularis puerũ ardebat, a cui° latere nunq; discedebat. Quietiã ad ei° votũ hoiem quẽdã securi pcussit, dũ ille coram se aliquẽ optasset interfici.

¶ Ferunt Ibycum historicum patria Rheginũ, insano puerorum amore exarsisse.

¶ Hipparchus Pisistrati filius stuprato Armodio Aristogitonis puero, vtriusq; coniurationẽ in se concitauit.

¶ Libanius Sophista Antiochenus Cõstantinopoli ob impudicos amores puerorũ pulsus est. Demum Nicomedia (quo se receperat) eandem ob causam detrusus.

¶ L. Papyrius Publium adolescẽtem in vinculis tenuisse,

plagisq; & contumelijs (q̄ stuprū pati noluisset) affeciſſe dr. Quare ad Senatū delata, damnatus est lege lata, nequis in corpora libera ob æs alienū ius haberet. Volebat.n. hoc sibi licere Papyrius, q̄ Publius eidem esset debitor.

12 ¶Theophrastus philosophus Nicomachum Aristotelis filium ad prępositeram vſq; Venerem adamauit.

13 ¶Alexander Abonotichites copiam sui corporis mercede faciebat. Author Lucianus.

14 ¶Habuit Pausanias Lacedæmonius stupri consuetudinē cum Argilio adolescente.

15 ¶Erasmus in adagijs ait Cleocritū veteris Comœdiæ scriptorem maledictis prosciſſum, q̄ cinœdus esset. Quā notam Argyrio cuidam inurit.

16 ¶Catullus in Thallū adolescētē īpudicū hisverbis īuehit. Cinœde Thalle, mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel hīnula mollicella. Idē q̄q; Portiū, & Socratiōnē suis versib⁹ īfamat, q̄ stupri meritis a Pisone ptore ppositi sint duob⁹ alijs adolescētulis. ſ. Veraniolo, & Fabullo.

17 ¶Idē Mamurrā, Phormianū, & Cæsarem notat vt cinœdos & pathicos, dū ait. Pulchre conuenit improbis cinœdis, Mamurræ Pathicoq;, Cæsariq;. Nec mirum maculæ pares vtriſq;. Sed & Suetoni⁹ ait nihil famā pudicitię Cęsaris leſisse, pter Nicomedis regis Bithymiæ contubernium.

18 ¶Laborauit hac infamia Pindarus poeta, qui in gremio pueri adamati obdormiſcens vitā efflauit, teste Valerio.

¶Molles, effœminati, & Elegantes.

1 Straton	11 Nitarus	21 Sardanapalus	
2 Mecœnas	12 Aristodemus	22 Attidius	
3 Artemon	13 Andramytis	23 Diadumenus	
4 Abron	14 Aristoteles	24 Miraces	
5 Clisthenes	15 Aristophanes	25 Bacchus	
6 Syri	16 Demosthenes	26 Cęsar	
7 Lysicrates	17 Hortensius	27 L. Sylla	
8 Massyllienses	18 Heliogabalus	28 C. Duilius	
9 Argyrrhius	19 Aristagoras	29 Clodius pulcher	
10 Battalus	20 Agathon		

Theopompus

1 THeopompus scripsit Stratonem Sidonium mortales omnes superasse delicijs, & mollicie. Ad quod alluſit Mirandula in hymnis. Quam quę Sidonium valebat purpura regem.

2 ¶Augustus ad Mecœnatem scribēs eiusdē molliciē, & delicias multis exp̄ſſit locis, sed hoc maxime. Vale Mecœnas mel gentium, ebur Ethruriæ, lasar Arretinum, Tyberinum margaritum, Cilneoq; Smaragde. Iaspi figulorum, Berille & carbunculū Porsenæ. Annæus quoq; Seneca Mecœnatē vocat discinctum, mollissimasq; eius delicias, & portentosam orationem. Idem. Magnum inquit Romanæ eloquentiæ daturus exemplum, nisi illū eneruasset felicitas.

3 ¶Aiunt Artemonem quendā fuisse mollē adeo & ſolutū delicijs, vt nunq̄ pedibus itaret, sed semper lectica circūferretur, haberetq; duos vtrinq; famulos peluim æreā supra caput ferētes, nequid superne noxium excideret. Propterea factus est, puerbio locus, Artemon versatilis.

4 ¶Fuit & Abron quiſpiā vitæ adeo corruptæ, & effœminatæ, vt locum parœmiæ sequenti reliquerit. Abronis vitam agens. De molliter, ac delitioſe viuentibus.

5 ¶Clisthenes Comicoq; conuicijs laceratus est, q̄ parū vir haberetur, seq; cultu indecoro velut in mulierem transfiguraret. Quod feciſſe dicitur Assyriorum rex Sardanapalus, vt liberius inter fœminas lasciuiret.

6 ¶Syri olim male audierunt ob morum molliciem. Vnde adagium. Syrus cum non sis, ne Syriſſa.

7 ¶Lysicrates abijt in vulgi fabulam, q̄ iam senio cōfectus capillos fucaret, vt speciosus videretur & iuuenis. Cuius modi ridentur apud Martialem Ollus, apud Horatiū vxor pauperis Ibyci.

8 ¶Massylienses luxu perditi muliebrē in modū ornabantur, comis vnguēto delibutis, capilliſq; religatis. Hinc ortum adagium. E Massylia veniſti, in molles.

9 ¶Argyrrhius fuit dux quiſpiā effœminatus, nihil habens viri præter barbam.

10 ¶Battalus fuit neſcio quis tibicen, qui lasciua, & vinolēta

carmine cõplexus est fecitq; adagio locum. Battali similis. Cœlius ait hunc primum oĩum calceis fœmineis in scena vsum fuisse, artemq; tibiarum oĩno remolliuisse. A quo fluxos, exolutos, & parum viros Battalos vocant.

11 ¶ Cœlius scribit Nitarum quendam fuisse, mollicie plusq; muliebri infamem.

12 ¶ Dionysius apud eundẽ Cœliũ testis est Aristodemũ tyrannũ apud Cumas ĩ Romanis antiqtatib⁹ mollẽ fuisse cognominatũ, quod parũ vir esset, ac pudicitiã substrauisset.

13 ¶ Ferunt Andramytem Lydoꝝ regem oĩum primũ fœminas Eunuchas fecisse, eisq; Eunuchorum vice vsum.

14 ¶ Gaudebat Aristoteles mundo cultu, & elegãte, comãq; delicatius cõtondebat. Annulis pręterea digitos onerabat, & in hoc placebat sibi nimiũ. Quo factum est, vt mollicies suspectus haberetur.

15 ¶ Aristophanes Philostratũ quẽdã lasciuiuscule se ornãtẽ Cynalopeca vocabat, vocabulo ex cane, & vulpe ꝯcinato.

16 ¶ Demosthenem tradunt cultu corporis nitido nimis, & accurato fuisse, adeo, vt molles (quibus lasciuiebat) tunicułæ ab æmulis probro datæ sint. Quinetiam notatus est, vt parum vir, ꝙq; polluto esset ore.

17 ¶ Eodem quoq; modo Hortensius orator probrosis laceratus est Satyris, quod circũspecte & morose indutus esset, ꝙq; manus eius inter agendum essent argutæ & gestuosæ. Sed & L. Torquatus eum Dionysiæ saltatriculæ nomine appellabat. Author Gellius.

18 ¶ Traditum est Heliogabalum (qui supra oĩa ꝓdigia fuit molliſſimus) versatilia triclinia habuisse in quibus amicos qñq; ponere consueuit, eosq; violis & floribus opprimere, sic vt aliqui animam efflauerint. Author Lampridius. Idẽ quoq; quaternos canes ad currũ iunxit, processit & in publicum iunctis quatuor ceruis. coniunxit etiam Leones, & Tygres, Cybelẽ se & Liberũ patrẽ vocans. habuit vehicula gemmata, & aurata. Atq; vt infamiã libidini adderet, iunxit etiam quaternas mulieres, nuduſq; a nudis vectus est.

19 ¶ Aristagoras quidam milesius cum in concionẽ ꝓdijsset,

insolita apud Lacedæmonios vestitus mollicie, quidam ex Ephoris hoc eum dicto submonuit. Domi Milesia.

20 ¶ Agathon fuit quispiã tibicẽ, cantilenarum suauitate aures maiorem in modum deliniens, quem infamia mollicici laborasse, testis est apud Erasmum Zenodotus.

21 ¶ Sardanapalus ob insignem molliciem puerbio locum fecit. Fuit enim delicijs vsq; adeo effœminatus, vt inter eunuchos, & puellas ipse puellari cultu delitesceret.

22 ¶ Attidius Melior Domitiani tẽporibus tantæ fuit mollicici, vt nitidus appellari meruerit. Vnde Statius. Stat quæ perspicuas nitidi Melioris opacet Arbor aquas.

23 ¶ Diadumenus fuit quispiã elegans iuuenis, cuius effigiẽ Polycletus expressit iuuenta molliore.

24 ¶ Fuit Miraces nescio qs cõcinnatulus, qui vnguentatos, auratosq; capillos ferẽ habuisse. De hoc Val. Flaccus lib. 1. Argon. Simul armiger ibat Semiuir, impubemq; gerẽs sterilemq; iuuentã. Idẽ. Et grauidæ maduere comæ, quas flore Sabæo Nutrierat, liquidoq; parens signauerat auro.

25 ¶ Bacchi mollicię Seneca in Hercule furẽte his exprimit verbis. Non erubescit Bacchus effusos tener Sparsisse crines, nec manu molli leuẽ Vibrasse thyrsum, cum parũ forti gradu Auro decorum Syrma Barbaricum trahit.

26 ¶ Fuit Iulius Cæsar adeo effœminat⁹, vt Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum, & omniũ virorum mulierem appellauerit.

27 ¶ L. Sylla imperator chlamydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

28 ¶ C. Duellius (q de Pœnis triũphauit) quotiescũq; epulaturus erat, ad funalẽ cereum præeũte tibicine & fidicine a cœna domũ reuerti solitus est. Author Val. Maxi.

29 ¶ Clodius Pulcher eneruem & frigidã iuuentã egit, perditoq; amore vulgatissimæ meretricis infamis fuit.

¶ Viri muliebrem habitum mentiti.

1 Achilles
1 Hercules
1 P. Clodius
4 Clisthenes
5 Cleocritus
6 Euclides
7 Sardanapalus

GRæcis ad expeditionẽ Troianam proficiſcentibus, cum Thetis dea præuideret Achillẽ filium ibidem interfectũ iri, eum ex antro Chironis dormientẽ rapuit, & puellaribus tunicis indutũ, prẽmonitumq; ne ſe maſculum cuipiã ꝓderet. iter filias Lycomedis regis occuluit. Quarum vnã Deidamiam grauidã fecit, Pyrrhumq; ex ea ſuſcepit. Verũ cum Græci oraculo didiciſſent Troiam ſine Achille capi nõ poſſe, miſſus eſt Vlyſſes vt Græcorũ oium aſtutiſſimus ad explorandã rei veritatẽ. Qm̃ iam facti ſuſpicio & rumor ferebaẽ. Vt ergo ꝓderet Achillẽ, ciſtiferum ſe finxit, attulitq; mercatoris inſtar fuſos, acus, monilia, & cætera id genus q̃ puellã decent, cũ arcu & ſagittis. Cum ergo Achilles relictis puellaribus inſtrumentis arcũ intendiſſet, vires ſuas & ſexum ꝓdidit, & eo cõmẽto repertus eſt. Ouidius lib. 1. de arte, Turpe niſi hoc matri precibus tribuiſſet Achilles, Veſte virum longa diſſimulatus erat. Quid facis Aecide, nõ ſunt tua munera lanæ, Ah titulos alia Palladis arte pete. Quid tibi cũ calathis? clypeo manus apta ferẽdo. Penſa qd in dextra (qua cadet Hector) habes? Reijce ſuccinctos opoſo ſtamine fuſos, Quaſſanda ẽ iſta Pelias haſta manu. Statius li. 4. Achil. Stat medius trepidãte domo, Peleia virgo Quærit. Per virginẽ Peleiam intelligit Achillem.

2 ¶ Sicubi vnq̃ amor vires ſuas aut in mortaliũ vllo docuerit maxime ꝓbauit i Hercule, quẽ tot alioq monſtroꝝ domitorẽ coegit relicta (q̃ virũ decet) virtute ad muliebres trãſire delicias, ſeq; in puellã trãſformare, & fœminã mentiri, vt liberi° cũ Omphale regina Lydoꝝ laſciuiret, qua ẽt iubẽte fuſos & lanas rudib° illis manib° (qb° portẽta ſubegerat) attrectauit. Quod ei magno dat ꝓbro Deianira apud Ouidium loquens, Craſſaq; robuſto deducis pollice fila, Aequaq; formoſæ pẽſa rependis heræ. Itẽ apud Propertiũ ſic loquit. Idẽ ego Sidonia feci ſeruilia palla Officia, & Lydia pẽſa diurna colo. Mollis & hirſutũ cepit mihi faſcia pectus, Et manibus duris apta puella fui. Statius li. 1. Achil. Si Lydia dura Pẽſa manu molleſq; tulit Tyrinthi° haſtas. Lactantius. Nam illud (inquit) nemo negauit, Herculem non

tantum Euriſtheo ſeruiſſe, ſed etiã impudicæ mulieri Omphale, quæ illum veſtibus ſuis indutũ ſedere ad pedes ſuos iubebat penſa facientem. 1

3 ¶ Tranquillus in Iulio ſcribit P. Clodium inter publicas bonæ deæ cæremonias penetraſſe ad Pompeiam Q. Pompeij filiam & Syllæ neptem muliebri veſte, & ꝓpterea Cęſarem cum ipſa Pompeia diuortium feciſſe. Propterea Cicero quadam ad Lentulum epiſtola ſcribit Clodiũ ipſum non pluris feciſſe bonam deam, q̃ tres ſorores.

4 ¶ Cliſthenes male audijt, & Comicorum laceratus eſt ſatyris, ꝙ parum vir haberetur, ſeq; cultu indecoro in fœminam tranſfiguraret. Vnde adagia nata, Cliſthenem video, & Cliſthene intemperantior.

5 ¶ Eadem nota inuritur Cleocrito ꝙ ad maiorem laſciuiã tunicis & veſtibus fœminam mentiretur.

6 ¶ Euclides Megaricus cum Socraticæ diſciplinæ cupientiſſimus eſſet, neq; tũ auderet Athenas ire (vbi profitebaẽ Socrates) ꝙ capitale foret, ſiquis Athenienſium Megaris aut Megarenſium Athenis propter mutuũ vtriuſq; vrbis odium deprehenderetur, muliebri veſte indutus ad audiẽdum philoſophum ſub ipſam noctem itabat, ac demum ipſo auroræ diluculo reuertebatur. Author Gellius.

7 ¶ Omnium (quos eneruauit mollicies & delicię corruperunt) principẽ locũ maiorẽq; apud poſteros ignominiam meruit Aſſyrioꝝ rex Sardanapalus, qui eo illecebrarum ſe demiſit, vt relicta maieſtate (qua princeps tanto debet excellere, quanto ſublimior eſt cæteris) poſitis maſculi ſexus indumẽtis mẽtit° ſit fœminã, interq; puellas & Eunuchos euiratior ſpadone delituerit. Quę fuit cauſa vt ab Arbacto pfecto, laſciuiã tã corruptã peroſo ad incendiũ domus (in quã victus ſe receperat) & volũtariã mortẽ ſit coactus.

¶ Mulieres habitum virilem mentitæ.

1	Semiramis	5	Pelagia		Axiothea
2	Theodora	6	Ioanna Gallica		Philaſia
3	Marina	7	Ioãna Anglica	9	Eugenia
4	Euphroſina	8	Leſthenia		

LOnge vero aliter fecit Semiramis Assyriorꝝ regina, q̃ cum certo intelligeret, graue esse populo fœminã pati principantẽ, mortuo marito virũ mẽtita est, vt tantisper imperaret, dũ filius Ninus) q p ipuberẽ adhuc ætatẽ regnare nõ poterat) adolesceret, regnoq; foret idoneus.

¶ Laudabile fuit nec minus astutum Theodoræ virginis Antiochenæ cõmentum, quæ militis ad se stuprandã missi libidinem & furorem adeo verbis emolliuit, vt non solum a flagitio deterruerit hominem, verũ etiam mutatis cũ eo vestimentis exitum a carcere (quo per Diocletianũ fuerat intrusa) & impunitatem meruerit.

¶ Marina virgo natione Græca sexum quoq; dissimulauit, sed honesta de causa, vt scilicet admitteretur in Cœnobium quoddam, in quo soli viri recipiebant, vbi ad mortẽ vsq; sanctissime vixit nomine Marini.

¶ Eupnrosina virgo Alexandrina cum aĩæ tenus curiosa, corporis cultũ nihili faceret, virũ mentita, p fecta ẽ i cœnobiũ, i quo pr degebat, vbi durauit. 36. annos nemini nota.

¶ Pelagia mulier fuit Antiochena voluptatibus & illecebris primũ deditissima, vt quæ nulli rei attentius vacaret, q̃ corpori comẽdo. Tãdẽ tũ meliore ducta spiritu, vbi asperari cœpit, quod pridẽ amabat maxime, virũ se finxit. Et ne rediuiuus aliqs pristinæ vanitatis fomes denuo repullularet, relictis hoĩum colloquijs secessit i solitarias nemorũ latebras, vbi ad mortẽ perseuerauit constantissime.

¶ Nihil grauiore stomacho aut maiore animi indignatione excipiũt Angli, q̃ cũ audiũt verba fieri de Ioãna virgine Gallicana & bellatrice. Medij crepãt & apud se nõ sunt prę furore, existimantq; suã ibelliã & turpissimã fugam redargui, quotiescũq; tã generosæ tãtiq; spũs puellæ aliqs incidit sermo. Habẽt, p rediuiuo vlcere, q̃ ab ea vestimẽtis armisq; virilibus induta instar leporũ galeatorũ fugati sint & extrusi Gallia, principante apud Gallos Carolo septimo.

¶ Scitum est ex Chronicis & a masoribus scriptum Ioannam Anglicam ab Ephebis sexũ virilem simulasse, & tãdẽ fato nescio quo aut fortuna volente ad pontificatum pue-

nisse, in quo annis circiter duobus sederit post Leonẽ quartum, neq; prius immortuerit facti veritas q̃ a quodam ex domesticis impregnata, tandem emiserit partum.

¶ Dicęarchus apud Cœlium testis est Lastheniã Mantineã & Axiotheam Phliasiam Platone vsas præceptore, & ornatu virili auditorium nonnunq̃ intrasse.

¶ Eugenia filia cuiusdam Philippi inter Romanos potentissimi, virum quoq; mentita est in cœnobio, quo se inclusit, vt domino commodius seruiret.

¶ Meretrices quædam.

1	Rhodope	Eumenia	29 Manulia
2	Baryne	Eutropia	30 Stagonion
3	Spatale	15 Maria Aegyptia	Anthis
4	Lais	16 Maria Magdal.	31 Sappho
5	Thais	17 Campaspe	32 Mintha
6	Phryne	18 Leęna	33 Pandemus
7	Faucula	19 Lyde	34 Cynna
8	Flora	20 Cyrene	Salauaccha
9	Glycerium	21 Aspasia	Casaurium
10	Leontium	22 Pythonica	35 Abrotonum
11	Sinope	23 Timandra	36 Anticyra
12	Metra	24 Chione	37 Hermia
13	Nicera	25 Lycisca	38 Archidice
14	Aquilina	26 Philenis	39 Pyrrhine
	Aphra	27 Faula	40 Cœlia
1	Digna	28 Alce	

RHodope meretrix fuit Aegyptia, quę tãtas opes meretricio q̃stu sibi cõparauit, vt supbaꝝ & magnificã in Aegypto Pyramidẽ cõstruxerit. Eã Sappho dorica vocat, & fratris sui Charaxi amicã his verbis, Arsit inops ff vict* meretricis amore. Mistaq; cũ turpi dãna pudore tulit. Sũt qui putẽt alterã fuisse Rhodopẽ Thraciã genere, quã Xanthus Samius in Aegyptũ detulerit, itidẽ meretricẽ Pyramidis illius Authorẽ, & Aesopi fabulatoris Phrygij cõseruã. Cui opinioni astipulat Plinius lib. 36. Nat. histor. de hac ẽt memiuit Plutarchus in Nicia, & Herodotus in Euterpe.

2 ¶Baryne Romana fuit meretrix, quam Horatius suis carminibus illustrauit dicēs. Vlla si iuris tibi peierati Pœna Baryne nocuisset vnquam.

3 ¶Simili modo Martialis de Spatale scribit. Nouit Lotos Dasius numerare, popoſcit Māmosam Spatalem pro tribus, illa dedit.

4 ¶Lais meretrix fuit Corinthia. ad quā propter formæ elegantiam Greci oēs turmatim conuolabant. Claudianus in Eutropium. Haud aliter iuuenum flāmis Ephyreia Lais, Et gemino ditata mari. Aristippo Cyrenaico cū ea fuit cōsuetudo, quod tñ flagitiū Philosophus sic defendebat, vt diceret multū inter se & cæteros Laidis amatores interesse, q̄ ipse haberet Laidē, Alij vero haberent a Laide, Author Latanti⁹, qui etiā hoc ait. Quid ergo interfuit, quo aio pḡs ad meretricē famosissimā cōmearet, cū eum populus & rituales sui viderent oibus perditis nequiorē? Ab hac meretrice cū Demosthenes petiisset, vt sui copiā faceret, & illa decē Drachmarū millia pro cōcubitu popoſcisset, pecunię magnitudine deterritus & expauidus philosophus, pœnitere, inquit, tanti nō emo. Author Gellius, & post hūc Macrobius. Quā historiā Architrenius quoq; versibus manduit. Nō patit Lais dubio Demosthene, nec quem Mouerat euellit, pdendo pdigus auro. Non emit amplexus, thalamos quæ vendit, ementē. Fallit & emptorē, mox pœnitet empta voluptas. De hac meretrice meminit Properti⁹. Nō ita complebāt Ephyreæ Laidos ædes, Ad cuius iacuit Græcia tota fores. Ouid. Multis Lais amata viris.

5 ¶Thaís fuit itidē meretrix, quæ Atticam iuuentutē in sui amorē pellexit. Hāc suis carminibus celebrauit Menander poeta græcus, Vnde & Menādrea dicta ē. Proptius Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua pplus lusit Erichthonius. Martialis. Tale lēma ē Menādri Thaidē. Thaida nocte volo. Fuit & altera Thais, q̄ suasu beati Panutii, ab ipudica vita ad honestatē morū se conuertit.

6 ¶Phryne meretrix Thespiensis (quæ ciuitas est Bœotiæ) olim in iudicium vocata, dū sibi timeret a sententia iudicū,

sublatis tunicis corpus denudauit, Cuius pulchritudine pmoti iudices, liberam abire permiserunt. Neq; tam profuit puellæ Hyperidis actio & patrocinium, q̄ venustas formæ, Authore Quintiliano. Eidem cū Apelles dedisset optionē, eligendę imaginis oīum (quas haberet) pulcherrimæ, nec tñ ipse, pdere voluisset, quę nā esset pulcherrima, hoc fabri cauit cōmētū. Subornauit enim q Apelli nūciaret officinā cū signis & tabulis ꝓflagrare. Quo trisli nūcio pmot⁹ Apelles, pcontari cœpit esset ne saluus su⁹ Cupido. Hoc itaq; dolo explorauit meretrix, quæ nā eēt tabula oīum ditissima. De hac meminit Propertius lib. 1. Nec quæ deletas potuit componere Thebas Phryne, tam multis facta beata viris.

7 ¶Faucula clunia Meretrix fuit alioqui tñ pientissima. Nā Annibale Capuā tenente alimēta captiuis egētibus furtim suppeditabat.

8 ¶Flora meretrix fuit. q̄ populum Romanū cōstituit hæredem. Vnde floralia sacra eidē consecrata sunt, alio nomine Larentia Vocat. De hac vide Gelliū lib. 6. cap. 7.

9 ¶Glycerium Thespiensis fuit meretrix, quæ tabulam Cupidinis (quam a Praxitele gratis acceperat) Thespiēsibus quoq; dono dedit.

10 ¶Leontium Gellius scribit fuisse meretricem, quę Theophrasti libris doctissime responderit.

11 ¶Sinope scortū fuit nobile celebratæq; lasciuiæ, hinc Sinopissare, verbum est libidinari & lasciuire.

12 ¶Erisichthō quidā Thessallus cum absumptis facultatib⁹ ad extremā deuenisset inopiam, coactus est filiā (quam habebat liberali forma) Metrā noie, pstituere. Ad quā q cōmeabant adolescētes, corporis copiā non assequebant, nisi equos, boues, amplissimaq; deferrēt munera, quia nondū id tēporis repertus fuerat gēmarum vsus. Porro Thessali p iocum dicebant Metram Erisichthonis, verti in ea omnia quæ illi ab amatoribus donabantur. Vnde fluxit, puerbiū. Mutabilior Metra Erisichthonis.

13 ¶Niceta & Aquilina sorores, cum corporis quęstu mererent, missæ sunt a rege Dagnę ad corrumpendum beatum

Christophorum, inculcãdum ꝙ ei falsæ religionis cultum. Verum aliter res se habuit, Nam & ipsæ ad fidem cõuersæ sunt, & iussu regis interfectæ.

14 ¶Aphra fuit meretrix in Creta, quæ vna cũ tribus ancillis Digna, Eumenia, & Eutropia, cũctis se ꝓstituebat. Tãdẽ tũ a Narcisso Hierosolymarũ episcopo, ad bonam frugem reuocata, voluptati repudiũ misit, & christianam secuta est religionẽ, pro qua ẽt martyrium passa est.

15 ¶Maria Aegyptia annos nata duodecim relictis parẽtibꝰ Alexãdriã se cõtulit, vbi. 17. annos corporis sui copiã fecit cuicũq; petẽti, adeo vt cũ non haberet stipem quam nautis exolueret, corpus suũ obtulerit ꝓ naulo. Tãdẽ aũt cum ad adorãdã crucẽ (in qua pepẽderat Christus) vna cũ aliꝭ prohiberet, ab oibus ob impudicã repelleret vitam, cœpit proinde luptari deuouerat. Profecta ergo trans Iordanẽ secessit in annos. 17. vixit, Perstitit; adeo feruẽter & durauit, vt vestimentis putrefactis remanserit nuda, membris oibus æstu denigratis. Peractis illis. 17. annis, durauit aliis. 30. manstq; sine cibo, gratia spirituali abunde pasta.

16 ¶Eodẽ modo Maria Magdalene Syri & Eucharię filia Lazariq; & Marthæ soror, aliquot annis voluptatibus indulsit, adeo vt peccatricis meruerit nomen. Demum tamẽ vbi ad Christi in Simonis leprosi domo recumbentis pedes se ꝓcubuisset, suisq; rigasset lachrymis, capillisq; absterssisset, & delibuisset vnguento, veniam impetrauit.

17 ¶Pli. scribit Cãpaspen meretricẽ fuisse fœa ad modũ libali, quã Alexãder Apelli pictori eã depeũtis dono dederit.

18 ¶Authorum monumentis celebrat Leæna meretrix, quæ nullis tormentis cogi potuit, vt Armodium & Aristogitonem tyrãnicidas ꝓderet. In hoc Anaxarchum imitata, qui cum simili de causa torqueret, præcisam dentibus linguã in tortores expuit. Authores Plinius & Lactantius.

19 ¶Lyde scortum celebratur Horatio lib. 2. carminum dicẽti. Quis deuium scortum Eliciet domo Lyden.

20 ¶Ferunt scortũ quoddã fuisse noie Cyrenem, quæ in peragenda venere duodecim figuris vsa sit, Author Erasmus in explanatione illius adagii Duodecim artium homo.

21 ¶Aspasia meretrix fuit, cuius gratia & suasu Pericles Samios expugnauit, Author Plutarchus.

22 ¶Idẽ i Phocione scribit Pythonicã fuisse meretricẽ, quã Harpalus Alexandri domesticus supra modũ adamauerit.

23 ¶Eodem reste Alcibiades Athenienſis meretricẽ habuit charissimã Timandram nomiue, quæ mortuo tumulũ pro facultatibus suis magnificũ erexit. Cum hac oppressus est Alcibiades ipse a Lysandro.

24 ¶Chione nomen est scorti apud Martialem lib. 1. dicẽtẽ. A Chione saltem, vel Laide discе pudorem, Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.

25 ¶Apud eundem notatur Lycisca, vt fellatrix & lupa, his verbis. Facere in Lyciscã, Paule me iubes versus, Quibus illa lectis rubeat, & sit irata. O Paule malus es, irrumare vis solus. Itẽ apud Iuuenalem, Nomen mentita Lyciscæ.

26 ¶Phillenis meretrix fuit, quã Philochrates poeta Græcus suis carminibꝰ lacerauit, De hac ẽt meminit Martialis li. 7.

27 ¶Verrius apud Lactantium testis est Faulam Herculis scortum fuisse.

28 ¶Alcen quandã fuisse meretricẽ palã est ex verbis Gellij li. 4. scribentis. Dicebat Pythagoras se Euphorbum primo fuisse, deinde Pyrandrum, deinde Callidenam, deinde fœminam pulchra facie meretricẽ, cui nomen fuerit Alce.

29 ¶Manulia fuit meretrix, Cui Hostilius Mãcinus diem dixit ad populum, ꝙ de ambulacro eius noctu lapide ictus esset. Author Gellius.

30 ¶Apollodorus, pdit meretriculas quasdam fuisse Aphias. ideſt, Apuas cognominatas, qđ minutulę forẽt, albęq; oculis grãdioribus. Noia eis fuere Stagonion & Anthis.

31 ¶Scribit Cœliꝰ Sapphon e Lesbo meretricẽ fuisse, sed nõ poetriã, qm̃ Lyricã Scandronymi fuit filia altera a scorto.

32 ¶Fingũt fabulæ Minthã Plutõis fuisse pellicẽ, quã Proserpina dolis circũuenerit & in hortẽsem mẽtã cõmutauerit.

33 ¶Pãdem⁹ meretriculæ cuiusdã fuit nomẽ. Authore Cœ/
34 ¶Aristophanes in Comœdijs scripsit Cynnã, Sala/ (lio.
uachã,& Casaurinũ fuisse Athenis celebres & forma exu/
peranti meretriculas.

35 ¶Abrotonum meretricis nomen est,quam Themistoclis
fuisse matrem Amphicrates apud Cœlium prodit in libro
de viris illustribus.

36 ¶Fuit Anticyra meretrix,quã inde nuncupatã ferũt,ꝙ cũ
mẽtis emotæ hoibus furentibusq; discũberet,vel ꝙ Nico/
stratus medic⁹ moriẽs elleborivm ei magnam reliquerit.

37 ¶Hermia fuit meretrix, cui præ nimio amore sacra fecit
Aristoteles,eiusq; laudibus hymnos dicauit.Vnde ab Euri/
medõre seu Demophilo accusat⁹ relictis Athenis (vbi.30.
annos docuerat) Calciden se recepit.Author Origenes.

38 ¶Herodotus in Eutерpe scribit Archidicẽ Græcam fuisse
meretriculã,cuius amore isaniẽs Charaxus frater Sapph⁹
Mitylenem redierit.

39 ¶Inter Corinthias meretrices nominantur Lais, Cyrene,
Leæna,Sinope,Pyrthine,Sicyone.

40 ¶Martialis li.7.Epigrã.notat Cœliã,ꝙ cuicũq; petẽti cor
poris sui copiã faceret.Vide versus i historia de libidinosis.

¶Lenones & Lenæ.

1 Dipsas 3 Cinnarus 5 Hylaria
2 Crobylus 4 Silo

1 DIpsas nomẽ est Lenæ,quã Oui.li.1.Eleg.suis carmini/
bus insectat,ꝙ puellã suam meretricia arte instrueret.
Sic añt scribit.Est quædã (quicũq; volet cognoscere Lenã
Audiat) est quædam noïe Dipsas anus &c.

2 ¶Crobylus Leno fuit scelestissimus. Is duo scorta domi
alebat,quoꝝ lenociniis quã plurimos adolescentes in per/
niciem alliciebat,allectos compilabat furto. Vnde natum
adagium. Crobyli iugum,quod de conuentu & societate
duorum hominum (qui pari sunt improbitate) dici cõsue
uit.Erasmus in Chiliadibus.

3 ¶Timæus apud Erasmum testis est Cinnarum quempiam
fuisse,patria Selinusium,arte lenonem, qui quo ad viue/

bat,pollicebatur se facultates omnes veneri consecraturũ,
Cæterum moriens populo diripiendas exposuit.

¶Catullus iuehit in quẽdã Silonẽ,qué vt lenonẽ arguit.

¶Aphra meretrix (quã diximus a Narcisso Hierosolyma
rum episcopo a turpi & imundo quæstu reuocatã fuisse)
ma rem habuit Hylariam,quæ solis Lenociniis victum si/
bi comparabat.

¶Claudianus Eutropiũ incessit vt peritissimum lenonẽ,
eiusq; hac in re astutiã describit hisverbis. Acutũ Aggredit
lenonis opus,nec segnis ad artẽ Mens erat,officiiq; capax,
oẽsq; pudoris Hauserat insidias,custodia nulla tuẽda Fida
toro,nulli poterãt excludere vectes. Ille vel ęrata Danaen
sub turre latentẽ Eliceret,fictus dñi fingebat amãtis, Indo
mitasq; mora,pretio lenibat amatas,Lasciuasq; iocis, nec
blandior vllus emitis Ancillę tetigisse latus,leuiterq; redu
ctis Vestibus,occulto crimen mandare susurro. Idem paulo
post.Quis enim cõmittere vellet Lenoni thalamum?

¶Latinus minus Domitiani adeo idulsit vxori suæ Thy/
mellæ,vt eã velut ipurissim⁹ leno,alijs ꝓstitueret,& a mœ
chis nõnunq; cederet.Huic ex notissimis Thymelles adul/
teriis,& opprobrio Latini,nouã psonã in scena fecerũt mi
mographi. Martialis.Qua Thymellen spectas, derisorẽq;
Latinum,Illa fronte precor carmina nostra legas.Idem ad
Marianum.O quã dignus eras alapis Mariane Latini.

¶Placet in mediũ afferre verba scitu dignissima, quibus
Aegidius Maserius familiaris meus doctissimus, lenarum
dolos & pernicię ad vnguẽ exprimit.Turpissimum (inquit
in Valerium Flaccum)leuarũ studium,quæ virgineas men/
tes melle perungunt,vt fel infundãt.Promissis euerberãt,
molliunt dulciloquiis,honestatis specie & vtilitatis dãna
ingerunt & inhonesta,opportunum tempus aucupãtes la
queos tendunt,quos vix Lucretia vitaret, Escam parant
quam vel satur Hippolytus sumeret, Arma mouent, quæ
virginitatis dea Aegide non ꝓpulsaret. Munera ostendũt
(Danaen omitto) inconcussum Penelopes animum euer
tura. Minas obiiciunt, quas Susanna expaueret. Quot

quæso Proserpinas his harpagonibus Pluto corripit? Hæc & alia multo plura, Masetius.

¶ Proci diuersarum mulierum.

¶ Hippoclides Tisandri fuit filius, qui cũ multis, aliis iuuenibus Clisthenis Sicyoni filiam ambiuit. Author Herodotus, qui filiam illam Agaristam vocat, aliosq; eius procos enumerat Smyndridem, Sybaritẽ, Syritanum, Damasum, quos ab Italia ad certamen venisse scribit. Venerunt eodẽ teste ex Ionio sinu Amphimnestrus Epidamnius, Aetolus, Meges E Peloponneso Leocides Phidonis Argiuorũ tyranni filius Amiathus, Archas, Laphanes, Heleus. Ex Attica Megacles Alcmeonis filius. Ex Ethruria Lysanias. E Thessalia Diactorides, Crannonius. Ex Molossis Alcon. Conuenerant autẽ in Græciam, vt in Olympico certamine vires suas ostentarent, quoniam pater puellæ Clisthenes Aristonyme filius, pclamauerat, ei se daturum filiam, quẽ in certamine prẽstantissimum reperisset.

¶ Proci Hippodamię Oenomai filię numerantẽ Marmax, Alcathus Parthaonis filius, Eurialus, Eurymachus, Crotalus, Acrias Lacedæmonius, Capetus, Lycurgus, Lasius, Chalcodus, Tricolonus, Aristomachꝰ, Prias, Pelagus Aeolius, Cromiꝰ, Erythrus Leuconis filius. Alii tñ enumerantẽ Merinnes, Hippotous, Pelops, Opontius, Acarnan, Eurymachus, Eurylochus, Autemedon, Lasius, Chalcon, Tricoronus, Alcathus, Aristomachus, Crocalus. Cœlius scribit Marmaca omnium primum venisse Hippodamiæ procum, & ante alios ab Oenomao necatum. Equasq; eius tradunt Vocatas Partheniam & Eripham, quas quum iugulasset Oenomaus, iussit sepeliri.

¶ Absente Vlysse proci ex diuersis locis conuenerunt, vt castitati Penelopes insidiarentur, fueruntque Dulichii. 52. Samii. 24. Zacynthii. 20. Ithacẽses. 12. ex quibus hi ab Homero nominantur. Antinous, Eurynous, Eurymachus, Leocritus, Neso, Pysander, Hesippus, Agalus, Leocles, Ampinomus, Demotholomeus, Medon præco, Euphemus citharœdus. Quos oẽs reuersus Vlysses occidit. Quidam Penelope nonnullos his verbis enumerat. Dulichii, Samiiq;, & quos tulit alta Zacynthos Turba ruunt in me luxuriosa proci. Quid tibi Pisandrum, Polybon, Medontaq; dirum Eurymachiq; auidas, Antinoiq;, manus Atque alios referam? quos oẽs turpiter absens Ipse tuo partis sanguine rebus alis. Irus egens, pecorisq; Melanthus author edendi Vltimus accedunt in tua dãna pudor. De Antinoo Propertius libro quarto meminit Penelopen quoq; neglecto rumore mariti, Nubere lasciuo cogeret Antinoo.

¶ Fuit Hippomenes vnus ex procis Atalantæ virginis Arcadicæ, quæ cum amatoribus certabat cursu. Vnde Statius libro primo Syluarum. Vidi ego & immitti cupidũ decurrere campo Hippomenem.

¶ Claudianus libro primo de raptu facit Martem & Apollinem Proserpinæ (priusq; a Plutone rapta fuisset) procos, vbi ait. Personat aula procis, pariter pro virgine certant. Mars donat Rhodopen, Phœbus la gitẽ Amyclas, Mars clypeo melior, Phœbus præstantior arcu. Virgilius, Ouidius, & Ausonius inter procos Didonis numerant Hiarbã Getulorum regem. Propterea Dido ipsa apud Ausonium sic loquitur. Sed furias fugiens, atq; arma procacis Hiarbę Seruaui fateor morte pudicitiam. Saxo grammaticus facit Otharum quendam fortissimum, procum Syritæ virginis pudicissimæ, Hildigisleum vero Theutonicũ Sygnis puellæ, Sigari cuiusdam filiæ.

¶ Riuales, seu eiusdem puellæ amatores.

¶ Anausis (de quo meminit Vale. Flaccus li. 6. Argon.) rivalis fuit Stiri Albani.

¶ Excandescit Catullus in Raudum riualem, vt puellę suę furem, vbi ait, Quæ nam te mala mens miselle Raude Egit præcipitem in meos iambos?

¶ Idem Catullus ægre fert Lesbium riualem sibi ob pulchritudinem a Lesbia præpositum, abi ait, Lesbius est pulcher, quid ni, quem Lesbia malit, Quam te cum tota gente Catulle tua. Idem Catullus vocat Mamurram Phormianum & Cæsarem socios riuales, Quam durũ sit autem

& intolerabile riualē pati, Propertius docet illis verſibus.

Te ſocium vitæ, te corporis eſſe licebit,
Te dominum admitto rebus amice meis.
Lecto te ſolum, lecto te deprecor vno,
Riualem poſſum non ego ferre Iouem.

¶ Raptores diuerſarum puellarum.

1 Pluto rapuit proſerpi.
2 Eurytus Hippodamē
3 Theſeus Ariadnen
4 Paris Helenam
5 Tarquinius Lucre.
6 Telamon Heſionen
Achilles Briſeidam.
& Diomedam
7 Boreas Orithyam
8 Romulus Herſiliam
& Sabinas
9 Pyrrhus Andromā.
10 Aiax Caſſandram
11 Neſſus Deianiram.
12 Apharetus Marpiſſam
13 Catheus Siliam
14 Tlepolemus Aſtio.
15 Aiax Telamonius
Tecmeſſam
16 Iaſon Medeam
17 Hercules Pyrenen
18 Iupiter Aeginam
19 Caſtor Phœben
Pollux Ilairam
20 Apollo Marpiſſam
21 Axus Perhibiam
Iupiter Europen
Hercules Augen
Dryope Hylam
22 Cephiſus Liriopen.

1 RApuit Pluto Proſerpinā, Cereris filiā, vñ a Claudiano infernus raptor dr. Ouid. Raptor agit currus, & noīe quēq; vocādo Exhortatur equos. Syllius li. 4.

Hac Stygius quōdā ſtimulāte cupidine raptor
Auſus adire diem, mœſtoq; Acherōte relicto,
Illicitas egit currum per inania terras.

Tum rapta præceps Ennæa virgine ceſſit. Pōtanus de ſtellis. Hinc etiam Graii vates, Aetneia furta, Etraptus Siculæ toties fleuere puellæ.

2 ¶ Eurytus Cētaurus Hippodamen rapuit. Ouidius libro 12. Eurytus Hippodamen. alij quam quiſq; probabat, Aut poterat rapiunt.

3 ¶ Theſeus Ariadnen Minois regis filiā, & Helenā ipſam, priuſquā Paris non offenſa tñ eius virginitate. Ouidio. Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Theſeus. Idē li. 1. de Arte. Forma viros neglecta decet, Minoida Theſeus Abſtulit a nulla

a nulla tempora comptus acu. Rapuit & Anaxoham Troezeniam fœminam.

4 ¶ Paris Helenā, vnde fax belli Troiani ſecuta eſt. Ouidius lib. 12. Victus es a timido Graiæ raptore maritæ. Idē in Epiſtola Hermiones. Tyndaris ideo trans æquora ab hoſpite rapta Argolicas p̄ ſe vertit i arma manꝰ. Sidonius. Raptor depopulatꝰ ē Amyclas Prædā trans pelagus petēs ſequacē.

5 ¶ Tarquinius ſextꝰ Lucretiæ virginis Romanę pudicitiam p̄ vim expugnauit. Cuius rei dolore manū ſibi intulit puella. Hūc raptū graphice deſcribit Ouidius li. 2. Faſto. Seneca in Octauia. Nata Lucreti ſtuprū ſæui paſſa tyranni.

6 ¶ Telamon Græcus Heſionē puellā Troianā & Achilles Briſeida. Ouidius in Epiſtola Acontij. Aeſionē Telamon, Briſeida cepit Achilles. Vtraq; victorē nēpe ſecuta ſuū. Idē Achilles rapuit Diomedā Phorbantis filiā e Leſbo.

7 ¶ Boreas Orithyā filiam Erichthei Athenarū regis. Ouidius lib. 1. Eleg. Si ſatis es raptæ Borea memor Orithiæ. Propertius lib. 3. Infelix Aquilo raptæ timor Orithiæ.

8 ¶ Romulus Sabinas & Herſiliā. Ouidius de arte. Primus ſollicitos feciſti Romule ludos, Cū iuuit viduos rapta Sabina viros. Pāphilus. Romani ſi forte duces rapuere Sabinas.

9 ¶ Pyrrhus Achillides Lanaſſam Herculis neptem, & Andromachen.

10 ¶ Aiax Oilei filius Caſſandrā. Ouidius in Ibin. Vtq; ferox periit, & fulmine, & æquore raptor.

11 ¶ Neſſus Cētaurus Deianiram Herculis vxorem, vt ſcite docet idem Ouidius lib. 9.

12 ¶ Euenus Martis & Stropæ filius ex Alcippa Oenomai filia Marpiſſam ſuſcepit, quam Apharetus viſam ex chorea rapuit. Author Plutharchus in Paralellis.

13 ¶ Silī mō Cathe⁹ nobiliſſim⁹ adoleſcēs Saliā virginē Anij Tuſcoꝝ regis filiā adamauit vſq; ad raptū. Idē teſtis ibidē.

14 ¶ Tlepolemꝰ Aſtyothiā ex Ephyra Peloponneſi vrbe rapuit.

15 ¶ Aiax Telamonis filius Tecmeſſam. Horatius. Mouit Aiacē Telamone natū Forma captiuæ dominū Tecmeſſæ.

16 ¶ Iaſon Medeam Aeetæ Colchorum regis filiam, quam

postea reliquit superinducta Creusa.

17 ¶Hercules Pyrenem virginem Bebryciam, a cuius nomine montes Pyrenæi nomen sumpserunt. Syllius. Nomen Bebrycia duxere a virgine colles, Hospitis Alcidæ crimen, qui sorte laborum Geryonis peteret cum longa tricorporis arua, Possessus Baccho seua Bebrycis in aula Lugēdam famæ sine virginitate reliquit Pyrenen.

18 ¶Iupiter Aeginem rapuit prope Acrocorinthum.

19 ¶Castor Phœben, Pollux Ilairā sorores Leucippi filias, Propertius li. 1. Non sic Leucippis succēdit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Ilaira soror.

20 ¶Apollo Marpissam Eueni filiam & Idæ vxorem. Idem Propertius, Non Idę & cupido quondam discordia Phœbo Auecta externis Hippodamia rotis.

21 ¶Axus Oceani filius rapuit Perhibiam. ▽Iupiter Europam. Seneca. Modo per fluctus raptam Europam, Taurum tergo portasse trucem.

22 ¶Hercules Augen. Idem Seneca. Arcadia nempe virgo Palladios choros Dū nectit Auge, vim stupri passā excidit. Dryope Nympha Hylam.

23 ¶Rapuit Cephisus fluuius Liriopem nympham, vt fabulantur poetæ, & ex ea suscepit Narcissum. Ouidius lib. 3. Meta. Cœrula Liriope, quam quondam flumine curuo Implicuit, clausæq; suis Cephisus in vndis Vim tulit.

¶Nutrices diuersorum hominum.

1 Philix Domitiani
2 Policha Oedipi
3 Barce Sichei
4 Charme Scyllæ
5 Caieta Aeneæ
6 Beroe Semeles
7 Aceste filiarum adra.
8 Acca laurētia romu.
9 Nysa Bacchi
10 Amicla Alcibiadis
11 Hellanice Alexandri
12 Eupheme musarum
13 Amalthea Iouis
Melissa
Adrastea
Ida
14 Ino Bacchi
15 Hypsiphyle Arsiones
16 Caphyrna Neptuni
17 Spaco Cyri
18 Euryclia Vlyssis
19 Coryna Ariadnæ.

1 PHilix nutrix fuit Domitiani, quæ domini cadauer populari Sandapila per vespillones exportatum in suburbano suo latina via funerauit. Author Suetonius.

2 ¶Policha nutrix fuit Oedipi, quem pater Laius deuouerat, quod eius manu periturū se ab oraculo didicisset.

3 ¶Barce nutrix Sichei Phœnicū ditissimi & mariti Didonis. Virg. lib. 4. Aene. Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichei, Annam chara mihi nutrix huc siste sororem.

4 ¶Charme Scyllæ puellæ. Vnde Virgilius in Cyri. Illa autē quid nunc me inquit nutricula torques?

5 ¶Caieta Aeneæ. Virg. lib. 7. Aen. Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dedisti. Martialis. Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis.

6 ¶Beroe Semeles, quæ fuit mater Bacchi. Ouidius lib. 3. Meta. Ipsaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

7 ¶Aceste nutrix fuit filiarum Adrasti. Statius lib. 1. Theb. Tunc rex longæuus Acesten (Natatum hæc altrix, eadem & fidissima custos) Imperat accirī.

8 ¶Accā Laurentiā Romuli fuisse nutricē testis est Plinius li. 18. Cap. 2. Itē Statius li. 1. Syl. Iā secura parēs Thuscis regnabat in vndis Ilia, portantē lassabat Romulus Accam.

9 ¶Nysa Bacchi fuit nutrix, quam Plinius ait sepultam fuisse prope Scythopolin.

10 ¶Habuit Alcibiades nutricem nomine Amyclam. vel (vt alij legunt) Amydam, Pædagogum vero zopirum. Testis Plutarchus in Lycurgo & Alcibiade.

11 ¶Fuit & Hellanice nutrix Alexandri teste Curtio.

12 ¶Eupheme nutrix fuit musarū, quæ filium noie Erotum suscepit Parnasi incolam, & venationi deditum.

13 ¶Amalthea & Melissa Iouē infantulū caprino lacte foue rūt, hinc orta fabula, qua poetę nutritū a capra fabulati sūt. Pontan⁹. Post hinc & pec⁹ Oleniū, & Iouis inclyta nutrix. Alij tñ dicunt Iouē ab Adrastea & Ida Melissei filiabus nutritum, vt docet Erasmus in illo adagio. Copiæ cornu. De Melissa Pontanus li. 2. de amore Coniugali. Qualem cū teneris lac instillaret alūnis, Spirabat niueo dia Melissa sinu.

14 ¶Ino fuit nutrix Bacchi. Ouid. in Ibin. Vt teneri nutrix, ea dē matertera Bacchi. Statio li. 2. Syl. Quid te post cineres deceptaq; funera mris Tutius Inoo reptātē pectore Bacche? Ammonio grāmatico ponit Fesulā vnā e Bacchi nutricib°.

15 ¶Archemorus filius Lycurgi regis Thracum nutricē habuit Hypsiphylem, quę cum infantem in herba reliquisset, depastus est a serpente, Statio authore.

16 ¶Caphyrna seu Calphurnia Oceani filia Neptunum educauit vna cum Rhodijs. Testes Annius in Berosum, & Calderinus in Statium.

17 ¶Spaco nutrix fuit Cyri, quæ dictio quoniam Medorum lingua canem significat, factū est, vt Cyrus creditus sit nutritus a cane. Testis Herodotus in Clio.

18 ¶Eryclea seu Euryclia nutrix fuit Vlyssis, de qua Ouidius in Epistola Penelopes intelligit, dicēs. Hoc faciunt custosq; boum, longæuaq; nutrix. (Plutarch°.

19 ¶Coryna nutrix fuit Ariadnę, quā rapuit Theseus, author ¶Plinius lib. 18. Cap. 7. Sotyram & Salpem obstetrices fecit, quarum etiam placita in quibusdam morborum remedijs citat. Idem lib. 32. Cap. 6. de Salpe meminit.

¶Ancillæ quædam.

1	Cibale Simili	10	Gyge paryſatis
2	Lathris Cinchiæ	11	Treſſa Thaletis
3	Cypaſſis	12	Rhodope Iadmonis
4	Phyllis phocei	13	Elos Athamantis
	Briſeis Achillis	14	Chionia Anaſtaſiæ
5	Galanthis Alcmenæ	15	Lardana
6	Ocryſia Tanaquilis	16	Titula
7	Tecmeſſa Aiacis	17	Plecuſa Dianæ
8	Naæra Cleopatræ	18	Meliſſa
	Charmione		Lagopice
9	Agar Abrahæ		Proconneſia

1 ¶Cybale ancilla fuit pauperis cuiusdam Simili, cuius paupertatem Virgilius describit in Moreto, Idem ibidē.
Exuit interea Cybale quoq; sedula panem.

2 ¶Lathris ancilla fuit Cynthiæ Propertianæ. Idem lib. 4.

Deliciæq; mee Lathris, cui nomen ab vsu est.

3 ¶Cypaſſis ancilla fuit Corinnæ. Ouidius lib. 2. Eleg. Commendis in mille modis perfecta capillis, Comere sed solas digna Cypaſſi deas.

4 ¶Phyllis Troiana Phocei, Bryseis Achillis. Horatius, Nesit ancillæ tibi amor pudori Xanthiæ Phoceu, prius insolentem Serua Briseis niueo colore Mouit Achillem.

5 ¶Galantis ponitur ab Ouidio ancilla Alcmenæ matris Herculis lib. 9. vbi ait. Vna ministrarum media de plebe Galantis Flaua comas aderat faciendis strenua iussis.

6 ¶Plinius lib. 36. Cap. 27. facit Ocrisiam Tanaquilis reginæ ancillam. Huius vultum obscurare, nec mores fortuna potuit, Plutarcho teste de Romanorum Fortuna.

7 ¶Tegmessa Aiacis Telamonij. Cassandra Agamēnonis. Horati°. Mouit Aiacē Telamone natū Forma captiuę dūm Tecmessæ, Arsit Atrides medio in triūpho Virgine rapta.

8 ¶Naæra & Charmione duæ fuerunt Cleopatræ ancillæ, quæ spontaneam dominæ mortem secutæ sunt, ac suis glādijs se confoderunt. Author Plutarchus.

9 ¶Agar ancilla fuit Abrahæ, a cuius nomine Agareni dicti sunt, qui & Sarraceni a Sarra eiusdem Abrahæ vxore nominantur. Iosephus lib. 1. Antiquitatum.

10 ¶Gyge ancilla fuit Paryſatis reginæ Persarum & matris Cyri. Author Plutarchus.

11 ¶Thressa Thaletis fuit ancilla, quæ Thaletem ipsum in foueā collapsum obiurgasse dicitur, quod cœlestia scire cuperet, cum ne prospicere quidem potuisset, quæ ad pedes essent. Author Theodoricus Cyrensis.

12 ¶Herodotus in Euterpe scribit Rhodopen Thraciā ancillam fuisse Iadmonis Samij.

13 ¶Elos ancilla fuit Athamantis, a cuius nomine dicta est vrbs Achaię Alos.

14 ¶Chiona beatæ Anastasiæ fuit ancilla.

15 ¶Lardana apud Herodotum nomen est ancillæ, a qua fluxerunt Heraclidæ.

16 ¶Titula seu Philotis nomen est ancillæ Romanæ apud

Plutarchũ in Camillo, & apud Macrobiũ li. 1. Saturnaliũ.

17 ¶ Plecusa fuit ancilla Dianæ, de qua Martialis li. 2. Et ceci dit sectis icta Plecusa comis Ancillas Dianæ ponit Ouidius li. 3. Meta. dicẽs. Ismenis, Crocale sparsos per colla capillos Colligit i nodũ, q̃uis erat ipsa solutis. Excipiũt laticẽ nymphæq;, hyalæq;, thaniscq;, Et psecas, & Phiale, fundunt q; capacib⁹ vrnis. Apud eũdẽ lib. 7. Lagopice nomẽ est ancillæ.

18 ¶ Chrysippus phs adeo fertur intentus fuisse argutijs logicis, vt ad mensam etiam fame periturus fuerit, nisi ancilla Melissa cibum in os ingessisset.

¶ Proconnesia ancilla est apud Pliniũ, q̃ eiusdẽ diei coitu alterũ dño simílem alterũ procuratori eius peperit.

¶ Eunuchi & Spadones.

¶ Aristonicus fuit Eunuchus Ptolemæi. Phileterus Lysimachi. Dorotheus p̃sul Antiochen⁹ natura fuit Eunuchus. ¶ Fauorinus quoq; phs Arelate oriundus fuit Eunuchus Hadriano principi maxime infensus. Propterea tria de se mira p̃dicabat, se Gallũ græcissare, Eunuchũ mœchũ putari, inimicũ imperatori viuere. Hyacinthus & Proth⁹ Eunuchi fuerũt Eugeniæ filiæ præfecti sub Maximiano.

¶ Narses fuit Eunuch⁹ Iustiniani principis cubicularius, e Cartulario & Bibliopola princeps copiarũ fact⁹ post Belisariũ, q̃ multis reb⁹ p̃clare gestis tãdẽ siue iuidia siue fortuna, siue ppli accusatiõe i odiũ Iustiniani & ei⁹ vxoris deuenit, adeo vt ĩperator lras ad eũ dederit plenas ignominię, qb⁹ eũ monebat, vt ad colũ, pẽsum, & lanas rediret. Tũ ille iratus ducã(ingt) tale pẽsum, talemq; ordiar telã, quã nõ facile sit vobis explicare. Itaq; vt iniuriã vlciscerẽ, Lõgobardos Romã iãdiu iuadẽ cupiẽtes ꝓuocauit. Paul⁹ Diacon⁹.

¶ Parthenius & Calocerus Eunuchi Tryphoniæ vxoris Decij, martyres facti sunt sub eodem principe. ▽ Ananias, Azarias & Misael pueri nobiles, natiõe iudæi fuerũt, quos Nabuchodonosor captos duxit Babylonẽ, & ibidẽ castrauit, deditq; Aphanã Eunuchorum p̃fecto. ▽ Paronetenus fuit Spado, quem Plinius ait ingẽti pretio fuisse emptum.

¶ Arnaces Eunuchus fuit, quem Themistocles accepit in

deditionẽ. Plutarchus in Aristide. ▽ Tyreus Eunuchus fuit & cubicularius vxoris Darii. ▽ Didimus fuit quispiam Eunuchus, qui vxoris suæ copiã oibus faciebat, vt eo diteſceret mõ. ▽ Photinus fuit Eunuchus Ptolemæi qui in gratiã Cęsaris victoris, Pompeium suasit interimendũ, Lucanus. Ausus Pompeium Letho damnare Photinus. ▽ Ganymedes fuit Eunuchus & nutricius Arsinoes, de quo Lucanus lib. 10. A famulo Ganymede dolis peruenit ad hostes Cæsaris Arsinoe. ▽ Bagoas fuit spado, qui Alexandrum obsequio corporis sibi deuinxit. Author Cœlius.

¶ Cor. Tacit⁹ scribit Pelagonẽ fuisse Spadonẽ, quẽ Nero Centurioni & manipulo ministrũ regiũ p̃posuerit. ▽ Possidius fuit Eunuchus Messalinæ vxoris Claudii Tiberii, cui imperatrix ipsa, post triumphũ Britannicũ inter militarius fortissimos arma insignia tanquã participi victoriæ dono dedit. Author Sex. Aurelius. Hic a Iuuenale dicit Posides, saty. 14. vbi ait. Vt spado vincebat capitolia nostra Posides. ▽ Sporus fuit Spado Neronis. quem Nero ipse exectũ formare in mulierem tentauerat. Hic dominum iuuit ad inferendam sibi mortem. Sextus Aurelius. ▽ Fuit Menophilus Mithridatis Pontici regis Eunuchus. Author Ammianus Marcellinus. ¶ Amantius fuit Eunuchus Iustini imperatoris. ▽ Hermotimus Xerxis. Author Herodotus.

¶ Candaces Aethiops natione fuit Eunuch⁹ & Christi dĩ scipulus. ▽ Sylla & Cotta cũ vnico testiculo nati sunt. Author Blondus. ▽ Halotus fuit Eunuch⁹ Agrippinę, & prægustator Cæsaris Claudii, qui suasu impatricis, boleto medicato dũm interfecit. Author Suetonius. ▽ Bochis Eunuchus fuit Statyræ & Rhoxanæ sororũ Mithridatis.

¶ Bagous a Persis dicitur spado, hinc Ouidius. Quem penes est dominam seruandi cura Bagoe.

¶ Hermias Eunuchus fuit trapezitę cuiusdam, qui Athenas p̃fectus, Platonẽ, Aristotelemq; audiuit. Strabo lib. 13.

¶ Incestuosi.

¶ Anchemolus Casperia
2 Artaxerxes Atossa
3 Tereus Philomela

4 Menephton
5 Caunus
Biblis
6 Myrrha
Cynara
7 Macareus
Canace
8 Cleopatra
9 Themiſon
10 Oedipus
Iocaſta
11 Cydon
12 Thyeſtes
Europa
13 P.Clodius
14 Secundus phs
15 Antiochus
16 Stratonice
17 M.Antonius
Fauſtina
18 Ant.Caracalla
Iulia
19 Ptolemæus
Berenice
20 Theodoricus
21 Capronia
22 C.Caligula
23 Commodus
24 Aufilena
25 Nereus
Doris
26 Phœnix
27 Phinidæ
Cleopatra
28 Pto.Philadel.
Arſinoe
29 Hypermeſtra
30 Hæmon
Rhodope
31 Leucon
32 Armitus
Medulina
Cyanippus
Cyane
33 Valeria
Valerius
34 Papyrius
Cantuſia
35 Gidica
Phædra
36 Tucia
37 Syſimthrias
38 Agrippina
39 Perdix
Polycaſte
40 Claudius Cæſar
Agrippina
41 Io. Armeniacęſis
42 Cambyſes
43 Scythes
Opœa
44 Philippus
Chriſtiana
45 Nycteus
Nyctimene
46 Domitianus
Iulia
47 Criſpinus

EXPLANATIO.

1 ANchemolus filius Rheti Marrhubiorũ regis nouercam ſuã Caſperiã ſtuprauit. Virgi. lib. 10. Hinc Sthenelum petit, & Rheti de gẽte vetuſta Anchemolũ thalamos auſum inceſtare nouercæ.

2 ¶ Artaxerxes puellã Atoſſam pditiſſime adamauit, Quo factũ eſt, vt poſt frequentẽ veneris cõſuetudinẽ, eam in matrimoniũ duxerit, cõtẽptis Græcoꝝ legib⁹. Author Plut.

3 ¶ Tereus rex Thracũ Martis filius ex Biſtonide Nympha, Philomelam filiam Pandionis regis Athenarum, vxoris ſuæ Prognes ſororẽ ſtuprauit. Ouidius li. 6. Meta. Faſſuſq; nefas & virginẽ & vnã Vi ſupat, fruſtra clamato ſępe parẽ-

te. Auſoni⁹, Intulit iceſtã tibi vim Philomela ferus Thrax.

4 ¶ Menephron iacuit cum matre. Ouidius li. 7. Metamor. Dextera Cyllene eſt, in qua cum matre Menephron Concubiturus erat ſæuarum more ferarũ. Quintianus in Cleopol. Fagret ſi matris amore Menephron.

5 ¶ Caunus Mileti ex Cayne filius, cuꝝ eſſet forma liberali, adamatus ẽ a ſorore Biblide ad inceſtũ vſq;, cui⁹ pœnitẽtia poſtea ſe interfecit. Oui. li. 9. Biblis Apollinei correpta cupidine fratris Nõ ſoror vt fratrẽ, nec qua debebat, amauit. Idẽ lib. 1. de Arte, Biblida qd referã, vetito q̃ fratris amore Arſit, & eſt laqueo fortiter vlta nefas? Architreni⁹, Biblisq; ſoror a fratri. Alii dicũt Biblidem ab ipſo Cauno repulſam ſibi mortẽ intuliſſe. Petrarcha. Biblida qui vetito cantaret amore furẽtẽ. Calẽtius. Quas nõ p terras, quæ nõ p littora Biblis, Teq; tuamq; gemẽs Caune ſecuta necem eſt.

6 ¶ Myrrha Cynarę Cypriorũ regis filia, rẽ habuit cũ pre, & ex eo ꝓcubitu ſuſcepit Adonidẽ. Oui. li. 10. Accipit obſcœno genitor ſua viſcera lecto, Virgineosq; metus leuat, horţaturq; timentẽ. Plena pris thalamis excedit, & impia diro Semina fert vtero, cõceptaq; crimina portat. Stroza pater, Et ignaro ſubdita Myrrha patri. Architrenius, Hic pris amplexus vſurpat Myrrha. Calẽtius, Myrrha patris vetitũ potuit temerare cubile. Proptius li. 3. Crimẽ & illa fuit patria ſuccẽſa ſenecta, Arboris in frondes cõdita Myrrha nouę.

7 ¶ Macareus filius Aeoli rẽ habuit cũ ſorore Canace. Oui. lib. 2. Triſt. Nobilis eſt Canace fratris amore ſui. Idẽ in Epiſtola Canaces. Cur vnquã plus me frater quã frater amaſti? Et tibi non debet quod ſoror eſſe, fui? Idem in Ibin. Vtq; ſua Macareus, ſic potiare tua. Idem. Biblidos & Canaces ſi cur facis ardeat igne, Nec niſi per crimen ſit tibi fida ſoror, Calentius, Tentauit Canace fratria fulchra ſoror.

8 ¶ Cleopatra a fratre (quem pro marito habebat) polluta eſt. Vnde Lucanus lib. 8. Degener inceſtæ ſcęptris ceſſure ſororis. Et lib. 10. Miſcuit inceſtã ducibus Ptolemæida noſtris. Idem, Nupſit ſoror impia fratri, id eſt Ptolemęo. Sidonius. Profugisq; bibax Antonius armis Inceſtam vacuat pa

trio Ptolemaida regno.

9 ¶Martialis scribens ad Fabullum lib. 12. arguit Themisonem quendã incestus cum sorore, vbi ait. Quare nõ habeat Fabule queris Vxorem Themisonis habet sororem.

10 ¶Oedipus mortuo patre Laio (quem ignotum occiderat) nescius & imprudens duxit Iocastam matrem suã, ex qua suscepit Etheoclem & Polynicem. Statius li. 1. Theba. Scandere quinetiam thalamos hic impius hæres Patris, & immeritæ gremiũ incestare parentis Appetiit, pprios monstro reuolutus in ortus. Ouid. in Ibin. Nec plus aspicias, quã quem sua filia rexit, Expertus scelus est cuius vterq; pares. Claudianus in Etropium. Oedipodes matrem natã duxisse Thyestes Cantatur. Idem in Ruffinum. Hac auspice tedę Oedipodem matri, natæ iunxere Thyesten. Idem apud Senecam sic inducit loqui. Occidi patrem, sed matrẽ amaui, proh loqui hymenæum pudet. Idem quoq; scribit. Egit in ortus semet, & matri ipios fœtus regessit, quiq; neq; mos est feris fratres ipse sibi genuit.

11 ¶Statius lib. 9. Theb. ait Cydonem quendã adamatũ a sorore. Eius verba sunt hæc. Et male dilectum misere Cydona sorori.

12 ¶Thyestes rem habuit cum Europa fratris vxore, & cũ Pelopeia filia. Ouid. Filia si fuerit, sit quod Pelopeia Thyesti, Myrrha suo patri, Nyctimeneq; suo.

13 ¶M. Tullius Cicero postulauit P. Clodium inimicũ incestus cum sororibus. Ait enim eum nõ pluris fecisse bonam deam, quam tres sorores. Plutarchus & Valerius de Luxuria authores. Cicero quoq; lib. 1. Epistolarum ad Atticum, multis in locis de hoc Clodii incestu meminit.

14 ¶Secũdus philosophus cum matri nescienti esse filius, se cõmiscuisset, & illa facto cognito sceleris horrore intulisset sibi mortem, ipse quoq; cum incestus pœnitentia, tũ dolore maternę mortis æternũ tacuit, vt vlciscerẽ vocẽ, qua in cõcubitu matri innotuerat. Author Diogenes.

15 ¶Antiochus Sother rex Syriæ, cum Straronicen nouercam impatienter deperiret, indulgentia patris obtinuit.

Author Volaterra in Geogra.

16 ¶M. Antonius imp. consuetudinem veneris habuisse dicitur cum Faustina sorore, ex qua & Lucillam genuit, quam L. Antonio fratri copulauit.

17 ¶Antonius Caracalla imp. cum Iuliam nouercam imperatori amore deperiret, Vellem inquit si liceret. Quibus verbis ostendebat se eius concubitũ appetere. Tũ illa, si libet licet, respondit, Leges dat imperator, non accipit. Quibus verbis audacior factus Caracalla, nouercam ipsam sibi copulauit, cuius filiũ Getam paulo ante interfecerat. Authores Sextus Aurelius, & Aelius Spartianus.

18 ¶Ptolemæus Euergetes Berenicen sororem adamatam in matrimonium duxit.

19 ¶Theodoricus Francorum rex fratris a se interfecti filiam duxit in vxorem.

20 ¶Fuit & Ioui deorum maximo stupri frequens consuetudo cum Cerere & Iunone sororibus, vt volunt poetæ, qui cum deorũ furta carminibus suis detegũt, nihil aliud faciũt quam quod indicant non esse iis credendũ, quos stupris, incestibus, & adulteriis contaminatos docent.

21 ¶Capronia virgo Vestalis cõpta incestus, laqo suffocata ẽ.

22 ¶Caligula tres sorores suas stupro cõtaminauit, ob quem incestũ Iouem se vocabat. Authores Sex. Aurelius & Tranquillus, cuius verba sunt hæc. Cum oibus sororibꝰ suis stupri consuetudinẽ fecit, plenoq; cõuiuio singulas infra se vicissim collacabat, vxore supra cubãte. Ex his Drusillam viatasse virginem prætextatus adhuc creditur.

23 ¶Commodus quoq; imperator (qui natus est eo die, quo Caligula) sorores constuprauit, concubinasq; sub oculis suis constuprari ab amicis iubebat. Lampridius.

24 ¶Aufilena quædam proscindit a Catullo, quod patruo se prostituisset, & ex eo genuisset liberos. Hęc sunt eiꝰ verba. Aufilena viro contenta est viuere solo Nuptarum laus est laudibus eximiis, Sed cuiuis quãuis potius succumbere fas est, Quam matrem fratres efficere ex patruo.

25 ¶Fabulant poetæ Nereũ maris deum, iacuisse cũ Doride

sorore,& ex ea suscepisse Nymphas,quas Nereides vocãt.

26 ¶Phœnix Amyntoris filius rem habuit cũ patris pellice, Author Domitius Calderinis in Ibin Ouidii.

27 ¶Phineus duos habuit filios,qui nouercam Cleopatram Dardani Scytharum regis filiam violarunt.Vnde & a patre excæcati sunt.Ouidius in Ibin.

28 ¶Ptolemæus Philadelphus stupri cõsuetudinẽ fecit cum Arsinoe sorore,vt Herodes Antipas cũ Philippi frĩs vxor.

29 ¶Hypermestra cõcubitũ fratris(quem deperibat)noctuno tpe assecura est.Ouidius in Ibin.Quæq; sui Venerẽ iunxit cũ fratre mariti Locris in ancillæ dissimulata necem.

30 ¶Hæmon Rhodopen filiã pro vxore habuit,Diis incestũ vindicãtib⁹ ambo in mõtes uersi sunt.Ad qd allusit Ouin Ibin dicẽs.Nec tibi sigd amas,felicius Hæmonæ cedat.

31 ¶Leucon interfecit Oxilochum regem Ponti fratrẽ suũ, vt eius vxore frueretur.

32 ¶Arũtius cũ Bacchi sacra despicaret, vlciscẽte numine in ebrietatẽ lapsus,filiã Medullinã corrupit.Quod egreferẽs puella,patrẽ ipsum interfecit.Plutarchus in Paralellis.

¶Idẽ quoq; ptigit Cyanippo,q vlciscẽte Baccho(cuius sacrificia itidẽ spnebat)lapsus in ebrietatẽ,Cyanen filiam stuprauit,a qua postea iterfect⁹ est.Author Plutarch⁹ in Paral.

33 ¶Valeria Tusculana Valerio patri (quem deperibat) fraude ancillæ concubuit.Quod vbi resciuit Valeri⁹,intulit sibi mortem.Idem Author.

34 ¶Papyrius Romanus noïe,Papyrii volucris filius,sororẽ noïe Canusiã grauidã fecit:Rei certior factus pr,vtriq; gladium misit,quo se interfecerũt.Author Idẽ Plutarchus.

35 ¶Gidica Pomminii Laurentini vxor, Cõminiũ priuignũ adamauit vsq; ad incestũ.A quo repulsam passa, laqueo se suspendit,Quo mortis genere periit Phædra,ab Hippolyto priuigno itidẽ spreta.Testis idẽ Plutarchus in Paral.

36 ¶Luciam virginem Vestalem incestã fuisse testis est Plini⁹ lib.28.capite.2.

37 ¶Syfimithritas Persarum satrapes duos ex matre liberos suscepit. Nam Authore Curtio, apud Persas parentibus

stupro coire cum liberis fas est.

38 ¶Scribit Cor.Tacitus Agrippinam se plerunq; ad incestũ obtulisse Neroni filio,cũ per vinũ & epulas incalesceret.

39 ¶Perdix venator fuit isando mris Polycastes amore correptus,quã & cõtaminauit,Vnde perdicis libido abiit in puerbiũ,pro efferata,turpi,atq; infami.Author Cœlius.

40 ¶Claudius Cæsar Agrippinam Germanici fratris filiã nouercam duobus liberis superinduxit,cuius insidijs & venenis postea interfectus est.Sextus Aurelius.

41 ¶Ioannes Armeniacensis sororem suam duxit vxorem. Author Pontanus de Obedientia.

42 ¶Herodotus scribit Cambysem regem Persarum, vni ex sororibus stuprũ intulisse, eaq; mortua,alterã iuniorẽ itidem violasse & vxorẽ duxisse,quam postea interfecerit.

43 ¶Scythes rex Scytharũ Opœam nouercam duxit in matrimonium.Author idem Hero,

44 ¶Philippus frater Alfonsi decimi Hispaniæ regis,Christianam Dacię regis filiam & fratris sui vxorẽ sibi per vim copulauit,spreta religione,ac sacerdotio,cum esset abbas & præsul Hispalensis.

45 ¶Nycteus rex Aethiopiæ cum Nectimene filia cõcubuit. Ouidius libro.2. Meta. An quæ per totam res est notissima Lesbon Non audita tibi est patrium temerasse cubile Nyctimenen, auis,illa quidem,sed conscia culpæ Cõspectum lucemq; fugit tenebrisq; pudorem Celat & a cunctis expellitur ęthere toto.

46 ¶Domitianus Iuliam Titi fratris filiã adamauit, coegitq; ad abigendum conceptum,vt culpam tegeret.Vnde Iuuenalis satyra secũda.Qualis erit nuper tragico pollut⁹ adulter Concubitu,qui tunc leges reuocarat amaras,Omnibus atq; ipsis Marti,Veneriq; timendas,Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam Solueret.

47 ¶Iuuenalis Satyra quarta,Accusat Crispinum quod virginem vestalem stuprauerit.Hęc autẽ eius verba. Corruptor & idem Incestus,cuz quo nuper vittata iacebat, Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

¶ Adulteri & adulteræ.

1 Paris
Helena
2 Aegysthus
Clytemnestra
3 Leuina
4 Thelesina
Proculina
Lectoria
Aufilena
5 Hippia
6 Pompeia
7 Agrippina
8 Domitianus
Chritheis
9 Dauid
Bersabea
10 Conradinus
11 Egica
12 Limone
13 Ioānes duodeci/
14 Vgolinus (mus
Isabella
15 Lug. Gonzaga
Messalina
16 Fabia
Petronius
17 Vectius Valens
18 Eudemus
Liuia
19 Alcibiades
Thimea
20 Sallustius
21 Phaon
22 Molurus
23 Fauorinus
24 Phocas
25 Zoe (go
Michael paphla
26 Constantinus
27 Cæsar
Posthumia
Lolia
Tertulia
Mutia
Seruilia
Iunia
28 Augustus
Terentilla
Drusilla
Saluia
Citiscenia
29 Frigga
30 Deuteria
31 Dagulphus
32 Aesopus
33 Gyges
34 Aripertus

EXPLANATIO.

1 PAris, quod Helenā Menelai vxorē rapuerit, & Helena qđ maritū reliquerit, inter adulteros numerātur. Oui. in Epist. Sit facie quāuis insignis, adultera certe est, Deseruit socios hospite capta deos. Idem. Quid petit tanto nisi turpis adultera bello? Hora. Iam nec lacenæ splēdet adulteræ Famosus hospes.

2 ¶ Clytemnestra amore Aegysthi, quo cum mœchari consueuerat maritum Agamēnona Troia redeuntem interfecit, Propertius lib. 3. Quid ve Clytemnestrę, propter quam tota Mycenis Infamis stupro stat Pelopæa domus. Ouidius lib. 1. de remedio. Quæritur Aegystus, quare sit factus adulter, In promptu causa est, desidiosus erat. Stroza pater. Arsit in Aegysthō furiosi mater Orestis.

3 ¶ Martialis arguit Leuinam mulierem, quod casta vene/

rit Baias, & adultera redierit. Hęc eius verba. Incidit in flā/mas venerēq; secuta relicto Cōiuge, Penelope venit, abitq; Helene. Idē quoq; arguit adulterii Paulā aliā fœminam.

4 ¶ Idem lib. 2. de Thelesina, scribit. Vxorem nolo Thelesinam ducere, quare? Mœcha est. sed pueris dat Thelesina, volo. Idē lib. 6. Et nubit decimo iam Thelesina viro. Quæ nubit toties non nubit, adultera lege est.

¶ Proculina quoq; Lectoria, & Gellia ab eodem notātur vt adulteræ, vt a Catullo notatur Aufilena.

5 ¶ Hippia, Iuuenalis. Promptius expediam, quot amauerit Hippia mœchos.

6 ¶ Suetonius scribit Iulium Cæsarem diuortium fecisse cū Pompeia vxore Q. Pompeii filia & Syllæ nepte, qđ fama ferret, eā a P. Clodio inter sacra bonæ deæ adulteratam.

7 ¶ Iulia Agrippina mater Neronis adulterii consuetudinē fertur habuisse cum Domitiano. Iuuenalis. Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam Solueret.

8 ¶ Homerus poetarū maximus natus est ex adulterio matris Critheidis, virginis Cumanæ. Author Plutarchus.

9 ¶ Dauid lumen sapientiæ & religionis speculum cū Bersabea vxore Vriæ adulterium commisit, cui sceleri adiecit ipsius Vriæ mortem, quem bello perdendum exposuit.

10 ¶ Conradinus iperator Cōradi filiº, vt vxore comitis Casertani potiret, virū honoris spē ablegauit. Volaterranus.

11 ¶ Egica rex Hispaniæ Fafillam ducem Tudensem (vt eius vxore potiretur) interfecit.

12 ¶ Hippomenes filiam Limonem in adulterio deprehensam equo famelico deuorandā exposuit. Ouidius in Ibin. Solaq; Limone pœnam ne senserit illā, Et tua dente ferox viscera carpat equus. Idem. Vtque nouum passa est genus, Hippomenia pœnæ.

13 ¶ Cum turpissimū sit ab his virtute nos superari, quos ante cellimº dignitate, nihilominº Ioānes duodecimº Pōt. max. exuta mox hōestate relegataq; verecūdia greges meretricū aluit. Quibº flagitijs nō defuit vltio. Ad extremū eni deprehēsus in adulterio ibidē iterfectus ē. Platina, & Sabellicº.

14 ¶Vgolinus Gonzaga princeps Mantuę cũ Isabella vxore Luchini Vicecomitis Italiæ mœchatus est. Volaterranus.

15 ¶Ludouicũ Gonzagã in adulterio deprehensum Mãtuani capite punierunt.

¶Messalina vxor Claudii Tiberii primo clã, mox passim quasi iure adulteriis vtebat. Ex quo facto plures metu abstinentes extincti sunt. Dehinc atrocius accensa nobilissimas quasq; nuptas & virgines turpitudinis suæ cõites delegit, coegitq; mares vt adessent. Quod siqs recusaret, ficto crimine in ipsum oẽmq; eius familiã iubebat sæuiri. Quin etiam (quod turpius est multo) ꝓuocauit ad lecti palęstraꝫ vnam ex ancillis, quæ meretricio quæstu victũ sibi quærita bat. Sextus Aurelius. De hac Iuuenalis Satyra sexta. Clauđius audi. Quę tulerit, dormire virũ cũ senserat vxor, Ausa Palatino tegetẽ præferre cubili Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos Linquebat, comite ancilla non amplius vna, Et nigrũ flauo crinen abscondente galero Intrauit calidum veteri centone lupanar. Et sellam vacuã atque suam, tũc nuda papillis Excepit Blanda intrantes, atq; æra poposcit. Mox lenone suas iam dimittente puellas Tristis abit, sed qđ potuit tñ vltia sellã Clausit adhuc ardens rigidæ rentigine vuluæ, Et lassata viris nondũ satiata recessit.

16 ¶Fabia Fabii Fabricani vxor dum Petronium Valentinũ liberali forma adolescentẽ (quo cum adulterii consuetudinem habebat) maxime deperiret, maritũ interfecit, vt adultero frueretur securius. Plutarchus in Paral.

17 ¶Plinius lib. 29. ait Vectiũ valentem medicũ fuisse adulterio Messalinæ imperatricis nobilitatum.

18 ¶Idem ait adulteria fuisse in domibus principũ, Vt Eudemi in Liuio, Drusi Cæsaris, & Valentis medici i Messalina.

19 ¶Alcibiades Athenienſis cum Thimea Agidis regis vxore libidinari solitus est. Author Plutarchus. Erat ei ingeniũ ad ea omnia quæ voluptatem pariunt maxime procliue, luxuriæq; & incontinentiæ deditissimum.

20 ¶M. Varro apud Gellium testis est C. Sallustium historiarũ scriptorẽ deprehensum in adulterio ab Annio Milone, & loris

& loris cæsum, dataq; pecunia dimissum. Cicero improperat ipsi Sallustio, quod paternã domũ vẽdiderit, vt adulterijs pœnam declinaret.

21 ¶Cœlius scribit Phaonem spectabili forma adolescẽtem a Mitylenæorum mulieribus ardenter adamatum. Vnde factum, vt in adulterio deprehensus, iugularetur.

22 ¶Hyertus vir qdã Argiuus, Molurũ quendã in adulterio cum vxore deprehensum interfecit. Author idẽ Cœlius.

23 ¶Fauorinus phs cũ Eunuchus forer, & Androgynꝰ, adulteraſſe tũ viri cõsularis vxorẽ creditus est. Idem Testis.

24 ¶Qui imperatorum vitas scripserũt, testant Phocã imperatorem diuersis adulterijs infamem fuisse.

25 ¶Zoe imperatrix Romanum Argyrophylum maritũ interfecit, quo liberius mœcharetur cũ Michaele Paphlagone, qui imperio successit. Bap. Egnatius.

26 ¶Constantinus Monomachus imperator, concubinam egregia admodum forma loco legitimæ vxoris habuit, quam efflictim deperijt. Idem Egnatius.

27 ¶Corrupit Iulius Cæsar plurimas illustres fœminas, vt Posthumiã Seruij Sulpitij, Loliam Aulij Gabini, Tertuliam M. Crassi, & Cn. Põpeij Mutiã. Sed añ alias dilexit M. Bruti matrẽ Seruiliã, cui & sexagies sestertiũ gẽmam mercatus est. Corrupit quoq; Seruiliæ filiã Iuniam Tertiã M. Crassi vxorẽ. Dilexit & reginas, vt Eurię mauram Bogudis vxorem, sed maxime Cleopatrã, cum qua & cõuiuia in primã lucẽ sæpe protraxit, & eadẽ naue thalamoq; pene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit. Author Suetonius.

28 ¶Exercuit & Augustus adulteria, vt cũ Liuia, quã cũ gra uidam reddidisset tegẽdi sceleris causa, nuptias festinauit, vt obiecit Antonius. Abduxit & fœminã consularẽ e triclinio, viro corã, quã rursus ad conuiuiũ rubẽtibus oculis, & incõptiore capillo reduxit. Rẽ quoq; habuit cũ Tertulia, Terentilla, Drusilla, Saluia, & Citiscenia. Author Suetoniꝰ.

29 ¶Saxo Grãmaticus ait Friggam Othimi Danorum regis vxorem cuidam familiariũ se stupro subiecisse.

30 ¶Gregorius Turonẽsis scribit Deuteriam quandã fœmi

nam a Theodeberto Francoꝝ rege adulteratam.

31 ¶Idem ait Dagulphum abbatem in adulteria admodum procliuem fuisse.

32 ¶Scribit Macrobius Aesopũ libertũ Demosthenis, cõsciũ adulterij (quod cũ Iulia patronus cõmiserat) tortũ diutissime perseueraſſe non ꝓdere patronum, donec alijs conscijs coarguentibus Demosthenes ipse fateretur.

33 ¶Plato in secundo de Rep. scribit Gygen stupraſſe Candaulis Lydoꝝ regis vxorẽ, quod & cõfirmat Herodotus.

34 ¶Aripertus Clotarij filius Francorum rex, ob amorem in ancillas, cum vxore diuortium fecit.

¶Solon suis legibus voluit fas esse deprehẽdenti mœchũ interficere in ipso adulterio. Zalencus legẽ tulit, vt ꝙsquis mœchus aut adulter deprehensus fuerit, erutis oculis pœnas lueret. Adulterij pœnam apud Romanos ex Catonis oratione refert Gellius lib. 10. Cap. 23.

¶Alij Libidinosi, & Lasciui.

1 APasiphae
2 Aiax
3 Cælia
4 Alexander
5 Hipparchus
6 P. Clodius
7 Q. Flaminius
8 Iuliæ
9 Palemon
10 L. Papyrius. C. Plotius.
11 Philip. Macedo.
12 Semiramis.
13 Victorinus.
14 Aristo.
15 Tullus Stellus.
16 Demetrius.
17 Theodegosill⁹.
18 Caligula,
19 Commodus.
20 Childericus.
21 Gordianus.
22 Agutius.
23 Xerxes.
24 Messalina.
25 Arellius
26 Crassus.
27 Surinas
28 App. Claudius
29 Tigillinus.
30 Papius.
31 Hosti⁹ princeps
32 Agrippina.
33 Eunus.
34 Sotades.
35 Socrates.
36 Nero.
37 Galuia.
38 Timarchus.
39 L. Torius.
40 Sardanapalus.
41 Pygmalion.
42 Adolescẽs athẽ.
43 Ant. Caracalla.
44 Diony. iunior.
45 Orpheus.
46 Rufus. Gallus.
47 Cæsar.
48 Thamyras. Thalo.
49 Cretenses. Chalcidenses.
50 Sophocles. Aeschylus.
51 Lusius.
52 Bagoas.
53 Cicero.

54 Pindarus.
55 Agathocles.
56 Crathis.
57 Pausanias.
58 Proculus.
59 Heliogabalus.
60 Augustus.
61 Celmis.
62 Tiberius Cesar.
63 Domitianus.
64 Nicomedes.
65 Amythone. Thelesippa. Megara. Athis. Cidno.
66 Aristoteles.
67 Hercules.
68 Periander.
69 Alchidas
70 Anthia.
71 Gemellus.
72 Catilina.
73 Aufidius.

EXPLANATIO.

1 PAsiphae solis filia & vxor Minois regis Cretę, taurum ad coitũ vsq; fertur adamasse, ex quo & biforme illud monstrum Minotaurũ susceperit. Propertius. Vxorẽ quondam magni Minois (vt aiunt) Corrupit torui candida forma bouis. Idẽ li. 3. Testis Cretæi fastus q̃ passa iuuẽci Induit abiegnæ cornua falsa bouis. Virgil. Et fortunatã si nunq̃ armenta fuissent, Pasiphaen, niuei solatur amore iuuenci.

2 ¶Fuit in Aiace Oilei filio tantus libidinis feruor, vt temperare sibi nequiuerit, quin Cassandram Priami filiam in templo Palladis oppresserit. Quo factum est, vt dea iniuriam vlciscente fulminatus sit in mari cũ aliquot alijs Græcis, vt docet Virg. lib. 1. Aened.

¶Immoderatam Cæliæ libidinem notat Martialis lib. 7. Epigram. scribens.

Das Cattis, das Germanis, das Cælia Dacis,
Nec Cilicum spernis, Cappadocumq; toros.
Et tibi de Pharia Memphiticus vrbe fututor,
Nauigat, a rubris & niger Indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum,
Nec te Sarmatico transit Alanus equo.
Qua ratione facis, cum sis Romana puella?
Quod Romana tibi mentula nulla placet.

¶Herodotus apud Cœliũ testis ẽ Persas a Græcis didicisse pueris abuti. In quos debacchari solitũ Alexandrũ scripsit Athenæus, cum etiã Bagoan inspectante theatro vniuer-

so suauiari plerũq; nõ erubuerit. Cõtra tũ pleriq; sentiunt, ferũtq; tãta castitate p̃ditũ fuisse, vt p̃ter vxorẽ, & Bersanen e Damasco viduã mulierẽ nullã aliam cõplexus fuerit.

5 ¶Hipparchus Pisistrati filius, cum Armodium, & Aristogitonem excellenti forma pueros per vim pædicasset, conlurationem in se concitauit. Iuuenes enim probrũ ẽgrefe rentes non prius finem insidijs fecerunt, quam eum de medio sustulerint, libidinem, hominis, magis quam tyrãnidẽ pertæsi. Author apud Volaterranum Thucydides.

6 ¶Iam docuimus quomodo P. Clodius præter stupratas sorores, mulierem mentitus inter publicas bonæ deæ cẽrimonias ad Pompeiam Q. Pompeij filiam furtim penetrauerit, eãq; adulterauerit. Plutarchus in vita Cice.

7 ¶Q. Flaminius vir p̃sularis puerũ impudice deperijt, adeo vt quocunq; p̃ficisceretur, nunq̃ ab eius latere discederet. Quoq; magis iseruiret amasio, quẽdã in cõuiuio securi p̃cussit, cum puer aliquẽ se p̃sente optasset interfici, licet hoc in fœminæ gratiã factum dicant nõnulli. Volaterranus.

8 ¶Coactus est Augustus Iulias filiam, & neptem omnibus libidinum probris contaminatas relegare. Constat filiam infamem fuisse vulgatis per vrbem adulterijs.

9 ¶Ferũt Palemonẽ Grãmaticũ flagrasse libidib⁹ ĩ mulieres vsq; ad oris infamiã. Tranqllus de illustribus grãmaticis.

10 ¶L. Papyrius Publiũ adolescentem in vinculis tenebat & afficiebat plagis, quod ei⁹ stuprũ pati nollet. Re ad Senatũ delata dãnatus est Papyrius, lata lege, neqs in corpora libera ob æs alienũ ius haberet. Liuius lib. 8. Idẽ in T. Veturium adolescentẽ fecisse dicit C. Plotius, authore Valerio.

11 ¶Habuit Philippus Macedo Alexandrum adolescentem Olympiadis vxoris suæ fratrem non ad alium vsum, quã ad stupri consuetudinẽ. Trogus libro octauo.

12 ¶Semiramis Assyriorꝝ regina, q̃ masculam virtutẽ semp fere præ se tulit, & oĩum calculis laudata est, ad extremum tantis delicijs tantoq; pruritu libidinis incaluit, vt mortuo marito nõ admiserit solũ, at ẽt ꝓuocauerit plerosq; ex suis militibus, q forma eẽnt elegãtiore, quos postea crudeliter

necabat. Diodorus li. 3. Produnt & nõnulli eã a Nino filio interemptam, cũ eius congressum appeteret. Trogus lib. 2. Et (quod oĩum longe turpissimũ est) equum ab ea adamatum vsq; ad coitum, Iuba testis est apud Plinium lib. 8.

13 ¶Victorinus tyrannus (qui Galeni temporibus Gallias rexit) causa libidinũ in matronas interfectus est apud Agrippinam. Trebellius Pollio.

14 ¶Aristo Ephesius genus fœmineum perosus cũ asina concubuit, ex eoq; cõcubitu genita est puella, cui a crurib⁹ asinis nomẽ inditũ Onosceli. Author Plutarchus in Paral.

15 ¶Idem ait Publium Stellum (quem Fuluium alij vocant) mulierem odio equæ se cõmiscuisse, ex qua formosam suscepit puellam, Hipponam nomine.

16 ¶Demetrius Poliorcetes Antigoni filius Democli laudabilis formæ adolescentulo stuprum inferre voluit. Quod cum per inualidas ætatis vires puer non posset aliter effugere, in proximum feruentis aquæ lebetẽ se coniecit, ibiq; mortuus est. Idem Demetrius Lamiæ alijsq; scortis talenta .250. erogauit. Author Plutarchus.

17 ¶Non erubuit iperator Caligula sororibus suis congredi, quarũ ambas exoletis suis ꝓstrauit, quo facilius eas in causa Aemylij condẽnaret, tanq̃ adulteras. Liuiam Horestillam C. Pisoni nuptam, sibi iunxit, & intra bienniũ repudiauit, repudiatã relegauit. Loliam Paulinam C. Mẽmio ablatam coniunxit sibi, breuiq; missam fecit, interdicto cuiusq; in p petuum coitu. Cesoniam adamauit, quam amicis plerunq; ostẽdit nudam. M. Lepidum & M. Nestorem Pantomimũ dilexisse ferẽ cõmercio mutui stupri. Valerius Catullus cõsulari familia iuuenis, stupratum se ab eo & latera sibi contubernio eius defessa vociferatus est. Author Suetonius.

18 ¶Cõmodus imperator sorores cõstuprauit, suasq; concubinas vidẽs, ac volens ab amicis cõstuprari passus est. Adolescens infamauit omne genus hoĩum, quod erat secum, & ab oĩbus est infamatus. Habuit in delicijs hoies appellatos nominibus verendorum vtriusq; sexus, quos libentius oculis suis applicabat. Author Lampridius.

19 ¶Idē Cōmodus cū. 300. concubinis, quas ex matronārum meretricūq; delectu ad formę speciē cōstituerat, ac trecētis alijs puberibus exoletis (quos ex plebe & nobilitate colligerat i palatio) bacchabat & lasciuiebat. Idē Lampridius.

20 ¶Childericus Francoꝝ rex ob libidinem in matronas regno pulsus est, demum tñ restitutus. Volaterranus.

21 ¶Gordianus Iunior (q cū pre iperauit) totus fuit muliersus, ac libidini deditus. concubinas habuit. 22. & ex oibus ternos & quaternos liberos, Vñ & Priamus sui seculi vocatus ē, & a nōnullis p cauillū Priapus. Author Capitolinus.

22 ¶Vgutius princeps Florentinus interfectus est a ciuibꝰ, ob procliuem in fœminas libidinem. Volaterranus.

23 ¶Xerxes rex Persarum eo lasciuiæ se demisit, vt Spintrijs nouarumq; voluptatum repertoribus præmia cōstituerit. Author Val. Max. & Cicero lib. 5. Quæst. Tuscula.

24 ¶Messalina Claudij Cæsaris coniux ad certamen Veneris elegit nobilissimā ex pstitutis ancillā mercenarię stipis, eāq; die, ac nocte supauit, qnto, ac vicesimo cōcubitu. Author Plinīli. 10. Ca. 62. Prius citauimꝰ Iuuenalis carmē, de hac insatiata ei⁹ libidine. Vide in adulteris. De hui⁹ Libidine inexplebili meminit ēr Corneliꝰ Tacitus libro vndecimo.

25 ¶Idem Plinius scribit Arellium celebrem fuisse Romæ pictorem paulo ante diuum Augustum, qui semper alicuius amore fœminæ flagrauerit.

26 ¶Crassus Romanoꝝ ditissimus vni e fratribus mortuo illius vxori cōgressus est, & ex ea filios aliquot procreauit. Author Plutarchus.

27 ¶Surinas Parthoꝝ ditissimus & secūdus a rege, ducentas pellices habebat in castris. Idē Author in vita Crassi.

28 ¶Appius Claudius decēuir Virginiam puellam plebeiam, sed forma excellentem (quam Virginius pater L. Icilio Tribunicio viro & expertæ virtutis homini desponderat) per vim stuprauit, cum nec pretio, nec spe posset allicere. Quæ fuit causa abrogandi magistratus decemuirorum, quēadmodum reges prius ob stupratam Lucretiam eiecti fuerāt. Author Liuius, & Cicero lib. 2. de finibus.

29 ¶Tigillinus fuit quisqiam inter Romanos vitę corruptissimę, qui per impudicitiam multa a Nerone cōsecutus est, quem ad omne corruperat Cor. Tacitus lib. 17.

30 ¶Martialis lib. 7. taxat Papillum quēdam velut cunnilingum, & irrumatorem.

31 ¶Hostius princeps quidā fuit obscœnitatis perditissimæ, pręseruidæq; libidinis Augusti temporibus, vtrique veneri masculę scilicet & mulierbri deditissimus, qui fecit specula eius notæ, vt imagines multo redderent maiores. Cū ergo veneri se daret, ea ita disponebat, vt cum virum pateretur, oēs admissarii sui motus in speculo videret, ac deinde falsa ipsius membri magnitudine tāquā vera gauderet. Author Seneca lib. 1. quæstionum naturalium.

32 ¶Agrippina filii Neronis cōcubitum desyderasse fertur. Author Cli. apud Tacitum lib. 14.

33 ¶Ausonius inuehit suis carminibus in quendā Eunū, quē vt liguritorem & irrumatorem taxat.

34 ¶Sotades poeta fuit iambograph⁹ impurissimus, qui versus adeo Pathicos, Cynædicamq; Venerem spirantes conscripsit, vt ab ei⁹ lectiōe casti abhorrerēt oculi. Quo fcm ē, vt Sotadica poemata, puerbio locuꝝ fecerint. Politianus in Nutricia. Pars quoq; Sotadicos ceu destituere cinædos.

35 ¶Conuenit inter multos Socratem (qui tamen Apollinis oraculo mortalium sapientissimus est habitus) Athenis iniustus fuisse vocatum, & ab Anyto accusatum, quod puerorū mores corrumperet. Theodoritus Cyrensis author. Quod etiam Tertulianus confirmat.

36 ¶Quin multa sint exempla crudelitatis in Nerone, libidinis quoq; non pauciora turpissimam eius vitam infamant. Quorū hæc præcipua. Rubrię vestali virgini vim iutulit. Puerū Sporum exectis testibus in muliebrem naturā transfigurare conatus est, quē & solēni nuptiarum officio ad se cū dote perductum pro vxore habuit. Propterea emanarat iocus, bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius eius pater talē habuisset vxorem. Præterea matris concubitum appetiit, cum qua (dum in lectica vna veheretur)

libidinatus est, Viros & fœminas ad stipites qñq; deligauit, vt eoꝝ inguina & iuaderet & delamberet. Dotyphoro liberto (sicut ipsi Sportus fecerat) denupsit, voces, & eiulat⁹, vim patiẽtiã virginũ imitatus. Hæc Trãquillus. De hac eĩ⁹ portentosa libidine Cornelius Tacitus abunde scribit.

37 ¶ Fuit Galuia Crispillina magistra libidinum Neronis, digna discipulo magistra. Author idẽ Tacitus lib. 17.

38 ¶ Aeschines criminosa & virulenta oratione Timarcũ de ipudicitia accusauit apud Athenienses. Gelli⁹ cap. 3. libri. 18.

39 ¶ Cicero lib. 2. de finibus ait L. Toriũ Balbũ ita vixisse, vt nulla tã exqsita posset iueniri voluptas, qua nõ abũdaret.

40 ¶ Oẽs libidinũ voluptates expiri voluit Assyrioꝝ rex Sardanapalus, dũ viriles perosus tunicas, in mulierẽ se trãsformauit, relictaq; regni cura, lasciuiæ se totũ deuouit, ac pdẽ dũ cõmisit. De eo Trogus li. 1. & Cice. li. 5. Quæst. Tuscul.

41 ¶ Quid iam mirũ debet videri, si cõcinna & elegãs puellarũ forma viros torreat, & ad venerẽ titillet, cũ ẽt reptiles, qui inanimatarũ rerũ amore, & desyderio itabuerint? Aiũt enim Pygmalionẽ quendã fuisse, q statuã formosam dilexerit, eamq; ceu egregiã aliquam Nymphã, & frequẽtibus osculis suauiat⁹ sit, & lecto dignatus. Vñ Quintian⁹ in Cleopoli. Cõcedat honori Pygmaliõ, licuit cui eburnea mẽbra puellæ Cõplecti, & pulchro componere corpora lecto.

42 ¶ Adolescẽs quoq; Athenienſis specioſum fortunæ simulachrum, ad tantam adamauit insaniam, vt ipsum & arctissime complecteretur, & suauiaret blandissime. Quo desyderio cum indies acrius intabesceret, impatiẽs amoris perrexit ad senatum, extentisq; precibus rogauit fieri sibi statuæ potestatẽ, largum auri cumulũ paratus erogare. Qua in re cum repulsam passus esset, ad statuã ipsam corpus cõfodit. Cœlius cap. 32. libri septimi.

¶ Est & aliud simile exẽplum apud Plinium de puero, qui Praxitelis simulachro cõgressus sit, Cuius concubitus relictæ maculæ fuerunt indices. De hoc Quintian⁹. Cedat Praxiteles, cui⁹ muliebris imago, pcacẽ ipulit ad coitũ iuuenẽ.

43 ¶ Antonius cognomento Caracalla Iuliã nouercã in matrimonium duxit. Author Aelius Spartianus.

44 ¶ Dionysius iunior cum se in locrensiũ vrbẽ ptulisset per summã lætitiã virgines ei⁹ loci pstuprabat, quas pulso paulopost in exiliũ tyrãno ciues peremere ipactis sub vngues acubus, ossibusq; in mortario attritis. Author Cœlius.

45 ¶ Ferunt Orpheum Thraca detestandæ in mares libidinis principẽ & repertorẽ fuisse, cum tũ aspernaretur fœminas. Cœlius cap. 30. lib. 8. Vnde Ouidius lib. 10. Meta.

Ille etiam Thracum populis fuit author, amorem
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam
Aetatis breue ver, primos decerpere flores.

46 ¶ Catullus Rufi cuiusdam Bononiensis libidinẽ amarulẽte lacerat, quod mulieris magæ os irrumaret. ¶ Satyr⁹ fellẽ aspergit quendã Gellium patrui sui irrumatorẽ, mrisq; & sororis stupratorem. ¶ Conuitijs quoq; pscindit Gallũ quendã, qui vt facilius posset fratrum suoꝝ liberos & vxorem in suam libidinẽ allicere, ipse leno eos stupra cõmittere docuit. Hæc aũt Catulli verba. Gallus homo est bellus, nam dulces iungit amores Cũ puero, vt bello bella puella cubet. Gallus homo est bellus, nec se videt esse maritũ, Qui patruus patrui monstret adulterium.

47 ¶ Nihil prope (quod virum perfectum deceat) Cæsari defuisset, si pudicitiæ famã seruasset tenacius. Verum, seu malis artibus, siue natura hoc cacoethes pestilensque virus ei vsq; adeo inhęsit, vt Curio pater quadã eum oratione omnium mulierum virum & omnium virorum mulierem appellauerit. Quod (vt cætera taceamus exempla) portentosam eius libidinem satis arguit Suetonius.

48 ¶ Sunt q dicãt Thamyrã primũ flagitiosis puerorũ amoribus, ac prępostęri cõcubitus fœditate pollutũ, cum cœpisset effictim deperire Hymenæũ Calliopes, & Magnetis filiũ. Alii tñ Thaloni Cretẽsi rei tã pbrosæ initia cõtribuũt, qui Rhadamentum adamauit. Cœlius lib. 8. cap. 30.

49 ¶ Aristoteles prodit permissam fuisse in Creta masculam Venerem, lata quoq; de hoc lege. Traditum est, & Chalcidenses in Euboia, pueriles amplexari amores ad stuporẽ

vſq; Idem Cœlius ibidem.

50 ¶ Sophocles & Aeſchylus hac peſte famam ſuam corrupe runt, non tacentibus theatris.

51 ¶ Luſius Marii ex ſorore nepos, cũ Trebonio pudicæ ſanctitatis militi vim & ſtuprum vellet inferre, ab eodẽ interfectus eſt. Vide caput de Caſtitate.

52 ¶ Deuinxit ſibi Alexãdrum Bagoas ſpado, nec alio obſequio, quã ipudica ſui corporis copia. Propterea cum Orſines Perſa nobiliſſimus Alexãdrũ eiuſq; amicos munerib⁹ cumularet, ſoli Bagoæ nihil honoris detulit. Rogatus cauſam, reſpõdit ſe amicos regis non ſcorta colere. Cœlius ca. 30. libri octaui.

53 ¶ Salluſtius impingit Ciceroni, quod filiam habuerit pellicem matris, Sed inimici verba fidem non capiunt.

54 ¶ Teſtatũ eſt Græcorum monumẽtis Pindarũ nouem lyricorum principẽ in gremio dilecti pueri mortuũ in gymnaſio repertũ. Valerius de mortibus nõ vulgaribus.

55 ¶ Ferunt & Agathoclẽ Siciliæ tyrãnũ forma & venuſtate corporis præeminentẽ diu vitam ſtupri patientia exegiſſe. Propterea Timæus dixit illũ primo quo ętatis flore ſcortũ p miſcuũ, ipudẽtiſſimo cuiq; expoſitũ. Iuſtinus lib. 22.

56 ¶ Crathis paſtor cum in venerem eſſet pcliuior, Capram oium formoſiſſimam deperire cœpit, cui cõgrediebat frequenter, demumq; vti amicã grate amplexabat cuz multa ſuauiatione. Quod cõtemplatus hircus zelotypiæ œſtro cõcitatus, dormiẽtẽ Crathim cornib⁹ inuaſit & interfecit. Hoc ex Græcis aduocãt Cœlius & Volaterranus.

57 ¶ Pauſanias dux Lacedæmonius Argillum forma conſpicuum adoleſcẽtem mire dilexit, ſed amore Venereo. Habebat enim puerum pro ſcorto. Cœlius Cap. 21. lib. 16.

58 ¶ Proculus iperator cẽtũ Sarmatas virgines bello captas intra dies 15. (vt ipſe gloriabat) grauidas reddidit, magno libidinis argumẽto. Flauio Vopiſcus, & Sabellic⁹ in exẽplis.

59 ¶ Collegit Heliogabalus naturæ monſtrũ lenones, meretrices, exoletos, & ſubactores ppe innumeros. quibus adiecit naſatos hoies. i. mutoniatos, quoniã his ad libidinez &

flagitium vtebat ſceleſtiſſime. Quocirca Lampridius ad Conſtãtinum imperatorem, de pdigioſa eius venere ſcribens ait. Quis ferre poſſet principem per cuncta caua corporis libidinẽ recipientem, cum ne belluam quidem talem quiſquã ferat Romæ? Habuit inſuper emiſſarios, qbus nihil aliud erat negocii, niſi vt bene naſatos perquirerent, coſq; ad aulã perducerẽt, vt illis ſe compelleret.

60 ¶ Ferũt Auguſtũ inter duodecim Catamitos, totidẽq; puellas accubare ſolitũ. Idẽ abiecta vxore Scribõia, amore alienę cõiugis poſſeſſus, Liuiã quaſi marito cõcedẽte ſibi oiunxit. Cumq; eſſet luxurię mancipiũ, eius tñ vitii ſeueriſſim⁹ fuit vltor. Teſtis Sex. Aurelius, M. Antoni⁹ dicebat eũ adoptionẽ auũculi ſtupro meruiſſe. Ferẽ & Aulo Hircio in Hiſpania trecẽtis millib⁹ numũ ſe ſubtrauiſſe. Idẽ ſolit⁹ eſt ſuburere crura nuce ardẽti, q̃ mollior pilus ſurgeret. Suetoni⁹.

61 ¶ Celmis vnus fuit ex Idæis Dactylis, qui matrem deoruz Rheam violauit ſtupro. Suetonius apud Eraſmum.

62 ¶ Tiberius Cæſar author Trãquillo ſellariã excogitauit ſedem arcanaz libidinũ, in quã accerſiti puellaz, & exoletoz greges, mõſtruoſiq; ocubitus reptores triplici ſerie cõnexi inceſtarẽt ſe corã ipſo. In ſyluis quoq; Venereos locos cõmentus eſt, qbus impenetrabat pſtantes. Inſtituit & pueros ꝑmæ teneritudinis (quos piſciculos vocabat) vt natãti ſibi inter fœmina verſarenẽ, ac luderẽt, lingua morſuq; ſenſim appetẽtes. Eosq; quaſi infantes firmiores, nec dũ tñ lacte depulſos inguin ceu papillæ admouebat. Ferẽ & in ſacrificãdo, quondã facie miniſtri Acerrã pręferẽtis nequiuiſſe abſtinere, qn pene vix duz re diuina peracta ibidẽ ſtatim ſeductum cõſtupraret, fratrẽq; eius tibicinẽ, qbus tñ poſtea crura infregit, quod flagitium mutuo exprobrabant.

63 ¶ Exercuit imperator Domitianus aſſiduitatẽ nimiæ libidinis, quã Clinopalen. i. lecti paleſtrã vocabat. Inter vulgatiſſimas meretrices quãdoq; nataſſe dicit. Fratris filiam adhuc virginẽ alteri collocatã vltro corrupit. Suetonius.

64 ¶ Nicomedes rex Bithiniæ ſtuprũ Cæſari intulit, non ſine maxima vtriuſq; nota, theatricisq; conuitijs. Extant enim

C. Licinii versus. Bithynia quicquid & pedicator Cæsar vn quam habuit. Dolobella quoq; Cæsarem ipsum pellicem reginæ vocabat. Curio stabulum Nicomedis, & Bithynicã fornicem. Et Bibulus proscripsit collegã suum Bithynicæ reginam, cui dicebat regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. Et C. Memmius obiecit ad cyathum & vinum Nicomedis stetisse, cũ reliquis exoletis pleno cõuiuio accubantibus. Gallico deniq; triũpho milites eius inter cætera carmina illud pronunciauerunt. Gallias Cęsar subegit, Nicomedes Cęsarem. Author idem Suetonius.

61 ¶ Amythone, Thelesippa, Megara, Atthys, Cidno, ancillę fuerunt Sapphus, quibus Sappho ipsa ad libidinẽ vtebatur. Eas enim subagitabat, & mutuo ab eis patiebat. Vnde in eius epistola ad Phaonẽ legit. Vilis Amythone, vilis mihi Candida Cidno, Nõ oculis grata est Atthys, vt añ meis.

66 ¶ Fuit Aristoteles in amore tam infelix, vt pellici sacra faceret. Author Mirandula in suis super hymnos suos Annotationibus.

67 ¶ Hercules tanta in fœminas licentia fuisse fertur, vt quinquaginta virgines vna nocte dicatur stuprasse. Author Io. Fr. Mirandula, & Theodoritus Cyrensis.

68 ¶ Periander Corinthius (qui tamẽ inter septem sapientes Græciæ numeratus est) rẽ habuit cũ melissa vxore, vel (vt alijs placet) meretrice mortua. Author Herodotus lib. 5.

69 ¶ Alchidas Rhodius formoso cuidam simulachro se commiscuit, reliquitq; indices tam immoderatæ libidinis maculas. Author Plinius.

70 ¶ Anthia vxor Prœti regis Argiuorum Bellerophontem ad stuprum voluit inducere.

71 ¶ Gemellus Tribunitius lupanar domi suæ instituit, in quo Mutiam, & Fuluiam fœminas illustres, nobilemq; puerũ Saturninum prostituit.

72 ¶ Fecit Catilina multa stupra, cũ virgine nobili, & cũ sacerdote Vestæ. Postremo vt Aurelia Orestilla frueret filiũ suũ, p certo interemisse credit, quod ea nubere illi dubitaret, timẽs priuignũ iam adultũ. Sallustius & Valerius authores.

73 ¶ Ausidius crebris fuit adulteriis famosus, & matronarũ frequẽtissimo corruptor apud Romanos. Iuuenalis Saty. 9. Notior Ausidio mœchus celebrare solebas. Martia. Procuratorẽ vultu q; pferat ipso, Acrior hoc cuio nõ erit Ausidio.

¶ Amatores quorundã aialiũ, & aliarũ rerum.

¶ Semiramis adamauit equũ, vt diximus. Pasiphae taurũ. Aristo Ephesius asinæ se cõmiscuit. Fuluius equæ. Hortensius orator amauit Murenam, quã atratus multos dies fleuit. Aristomachus solensis tãto apum amore captus est, vt duo de sexaginta annis nihil aliud fecerit. Hyliscus quoq; Thasius apes coluit in desertis. Morum arborem ætate Plinii adamauit Passienus Crispus, bis consul, osculari, cõpleq; eã solito, atq; ẽt cubare sub ea, vinumq; illi effundere. ¶ Multorũ quoq; lris pditũ est amatã a Xerxe platanũ. Iã diximus Crathidẽ pastorẽ amore Caprę exarsisse, Puerum Atheniẽsem, & Pygmalionẽ statuas adamasse, Alchidam Rhodiũ ad statuã se pstituisse. Iunio Pisciculus simulachrũ vnius e Thespiadibus pari feruore complexus est. Antonia Drusi Murenã adeo dilexit, vt ei inaures & monilia addiderit. Cypariso tãtus fuit in Ceruã amor, vt ea mortua, prę dolore q̃q; expirauit. Põrius Pilatus legato Caii principiis, imagines Atalantę & Helenę nudas a Cleophanto Corinthio pictas earum libidine captus, rapere conatus est.

¶ Amati a diuersis animalibus.

¶ Egesidemus apud Plinium testis ad Hermiã puerũ adamatum a Delphino vectumq; per Maria. Cumq; tempestate suborta periisset Hermias amasii perditi dolore Piscem in sicco expirasse. Varia sunt ibidem exempla, de pueris ab huiusmodi piscibus adamatis. Argis puer Olemus nomine adamatus est ab anser e. Glauce quædam cytharistria ab Ariete. Lacydi philosopho anser adhæsit ppetuus comes, nusq̃ ab eo nõ in publico, non in balneis, nõ noctu, nõ interdiu digressus. Plinius cap. 22. libro. 10. Apud Ciliciæ Solos, Xenophontis puerum forma præcellentem dilexit canis. Cœlius lib. 7. Spartæ quoque adolescentem Graculus. Nicander apud Cœliũ testis est gallogallinaceo eẽ amoris

intellectum in hominē. Quod necui videat fabulosum, ait Secūdū (qui pincerna regius fuit in Bithynia) a Gallo amatū eximie, cui nomē foret Cētaurus. Pueri nomē fuit Amphiochus, genere Olenius. In Leucadia virginē in tm̄ adamauit Pauo, vt ea mortua cōmorerē. Educata a virgine apud Seston vrbē Aquila retulit gratiā, aues pmo, mox deinde venatus aggerens. Quin dū mortuæ virginis cremarē tur ossa, in defunctæ rogū se cōiecit volucris, simulq; cōsta grauit. Author Pli. lib. 10. cap. 5. Vrsus filiā cuiusdā patrissamilias in agro Suetico, cū ancillulis lusum egressam, deturbatis comitib⁹ rapuit, exceptāq; vnguib⁹ præ se leniter ferens, ad notā nemoris latebrā deportauit. Cuius egregios artus nouo genere cupiditatis aggressus, petitā laniatā prædā in vsum nefariæ libidinis vertit. Effectus eni ex raptore amator, famē cōcubitu soluit, ardorēq; gulæ Veneris satietate pēlauit. Author Saxo Grāmatic⁹ li. 10. Histor. Danicæ.

¶ Zelotypi.

CYrce filia solis Venefica ægreferens Scyllam Nymphā amatam a Glauco deo marino, fontē (quo illa se laua re consueuerat) infecit venenis. Quo factum est, vt Scylla in monstrum marinum sit conuersa.

¶ Phanus cum Vxorem haberet adulterii suspectam, atrii fores sic occlusit, vt non nisi cum stridore sonituq; possent aperiri, Verum cum illa per tegulas adulterum intromitteret, vicini per iocum dicebant. Phani ostiū. Quo puerbio innuebant aliquid seruatū frustra. Erasmus in Chiliadibus.

¶ Procris suspicata maritū Cephalū alter⁹ fœminæ amore captū, eundē in syluas secuta ē, delituitq; i dumis, vt observaret clanculū, qd maritus faceret. Cū aūt vepres (in quibus latebat) aliquantū mouisset, Cephalus arbitratus eē feram, ea iaculo cōfodit. Plutarchus in Paral. idē memorat de vxore Cyniappi, & vxore Aemylii adolescentis.

¶ Dirce vbi sensit maritum suum Lycum amore Antiope captum, puellam raptam tauri ceruicibus alligauit. Quo tormento cruciata Antiope, tantisper vociferata est, dum a vicinis fit concursum. Erasmus in Adagiis.

¶ Memmius Romanus cum ageret Tarracinæ, deperibat in quandam mulierculā non sine Largio quodā rituali. Cū hoc igitur cum aliquando rixa incidisset eo iracūdiæ puectus est Memmius, vt ipsi Largio brachium mordicus arripuerit. Vnde fluxit adagium in vulgus. Lacerat lacertū Largi mordax Memmius. Erasmus.

¶ Helena post mortem Menelai a Megapentho, & Nicostrato filijs Orestis fugata in Rhodum, ad Polyzo vxorem Tlipolemi peruenit, quę iussit eam arbori suspendi ob viri zelotypiam. Pausanias apud Volaterranum.

¶ Castissimi.

1 Penelope
2 Daphne
3 Biblia
4 Asbylus
5 Cæstus.
6 Lucretia
7 Alexander.
8 Democles
9 Amœbeas.
10 Apollonius
11 Clitomachus
12 Chrysanthus
Daria
13 Ictus
14 Hippolytus
15 Origenes
16 Publius
17 Pausanias.
18 Sophronia
19 Spurina
20 Veturius
21 Zenobia
22 Amos
23 Anianus
24 Alfonsus.
25 Etelfrida
26 Bellerophon
27 Baldraca
28 Xenocrates
29 Dula
30 Euphrosina
31 Edeltrudis
32 Eduardus terti⁹
33 Petrus Vrseolus
34 Vandegisillus
35 Fara
36 Vuenceslaus
37 Cazinitus
38 Hēricus primus
39 Iulian⁹ martyr
40 Isacius
41 Ludouicus ep̄s
42 Triptolemus
43 Sulpitia
44 Melanio
45 Rhodogune
46 Pontia
47 Scipio
48 C. Gracchus
49 Chiæ mulieres
50 Trebonius
51 Euripides
52 Iulianus imp.
53 Syritha
54 Dryas
55 Patauinæ
56 Diogenes
57 Pōtius Aufidian⁹
58 Pub. Meuius.
59 Q. Fab. Serui.
60 Pub. Attilius
61 Hippo.
62 Theutonicæ mu.
63 Amator
64 Leo pont.
65 Bñdictus abbas
66 Augustinus
67 Io. Anachoreta
68 Arsenius
69 Pion
70 Vrsinus
71 Hilario

72 Euagrius.
Bernardº abbas
Aniumarus
Frãciscº Asisias
73 Iudith
74 Anna
75 Essenii
76 Timoclia
77 Damon
78 Cyane.
79 Medulina
80 Absalon
81 Cõstãtinus imp.
82 Hieron Syrac.
83 Martia
84 Eugenia
85 Ioã. Malatesta
86 Ludo. Senesca
87 Fr. Gonzaga
88 Rhodul. Gonza/ga
89 Pastor
90 Hugo Carthusiẽ/sis
91 Fusca
92 Lysidice
93 Phi'otera.
94 Theano
95 Dugna.

EXPLANATIO.

1 PEnelope Icari filia nullis procorũ blandimẽtis, nullis pollicitationibus adduci potuit, vt absente per viginti ãnos marito Vlysse, castitatẽ corrũperet. Vnde Propertius lib. 3. Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas, Quæq; terunt factus Icarioti tuos. Idem, Nec fida Euadnæ, nec pia Penelope. Idem libro secũdo Penelope poterat bis denos salua per annos Viuere, tam multis fœmia digna procis. Ouidius lib. 3. Eleg. Penelope mansit (quãuis custode careret) Inter tam multos intemerata ꝓcos. Claudianus. Penelopesq; suum decus est, cui tanta paratur Scæua pudicitiæ. Idem Penelope trahat arte ꝓcos, fallatq; furentes Stamina nocturnæ relegens solertia telæ.

2 ¶ Daphne Penei filia fuit seruandę castitatis adeo studiosa, vt ꝓcos oẽs reiecerit, ipsumq; Apollinẽ quãuis ꝓpetua iuuenta, intonsisq; crinibus speciosum. Ouidius lib. 1. Met. Multi illã petiere, illa auersata petentes Impatiẽs, expersq; viri nemora auia lustrat. Nec quid Hymen, quid amor, qd sint connubia, curat. Et paulo post. Illa velut crimen tædas exosa iugales Da mihi perpetua virginitate frui.

3 ¶ Biblia vxor Duilli Romani (qui primus nauali certamine triumphauit) tantæ fuit pudicitiæ, vt suo seculo castitatis norma, & speculum videretur.

4 ¶ Plato de Rep. testis est Asbylum athletã Crotoniatam perpetua virginitate ꝓditum fuisse ob studium cursus.

5 ¶ Martialis libro octauo Cæsti pueri castitatem, & formã cõmendat

cõmẽdat his verbis. Quãta tua ẽ ꝓbitas, q̃tã est ꝑstãtia formæ Ceste puer, puero castior Hippolyto. Te secum Diana velit, doceatq; natare, Te Cybele secũ vellet hr̃e Phryga.

6 ¶ Lucretia ob acceptũ a Tarquinio stuprum, temeratamq; pudicitiam, facinus sua morte vindicauit.

7 ¶ Alexandrũ Macedonẽ sunt q̃ libidinis arguãt. Cõtra tñ reperiunt exẽpla, q̃ hoc ipsum refellãt, & ĩ eo doceãt castitatẽ. Nã & victi Darij vxorẽ filiasq; captiuas nõ solũ nõ corrupit, at etiã edicto cauit, neqs aliqd in eas molireť. Præter vxorẽ & Bersanen e Damasco viduã, ac regiã mulierẽ, nullã aliã cõplexus ẽ. Pueroꝝ insup abstinentissimus, quoꝝ viginti millia ad militarẽ disciplinã, iubebat erudiri, cũ tamẽ ætatis illius hoies mascula, & ꝓpostera libidine passim obbrutescerent. Curtius lib. 3. & Gellius Cap. 8. libri sexti.

8 ¶ Democles puer dubiũ maiore pudicitia, an forma corporis elegãtiore, cũ videret se ad stuprũ solicitari a Demetrio Poliorcete, nec alr vim tyrãni iportunã posset effugere, ĩ ꝓximũ feruẽtis aquę lebetẽ se ꝺiecit, ibiq; ad mortẽ durare maluit, quã qd inhonestũ perpeti. Testis Plutarchus.

9 ¶ Amœbeas citharœdus tãta fuit castitate, vt vxorẽ (quã hẽbat formosam) nũq̃ attigerit. Aelianº apud Volaterranũ.

10 ¶ Apollonius Tyanæus phs a puero titillatiões Venereas adeo repressit, & cõtudit, vt ꝑsignis in eo nosceret castitas, a qua nunq̃ postea reclinauit. Cœlius lib. 8. Cap. 6.

11 ¶ Fuit in Athleta Clitomacho tanta castitas, vt si forte canes vidisset coeuntes, statim vultum auerteret. Aelianus apud Volaterranum.

12 ¶ Chrysanthus Alexãdrinus eiusq; vxor Daria noie virgines manserunt in coniugio.

13 ¶ Ictus Tarentinus athleta nobilis, cũ certo sciret corporis vires eneruari libidine, toto vitę tpe durauit expers veneris, vt palęstricis ludis esset accõmodatio. Volater.

14 ¶ Hippolytus Thesei filius, cum a Phædra nouerca adamaretur supra fidem, nullis tamẽ precibus adduci potuit, vt ei congrederetur. Seneca. Exorsus omne fœminæ nomen fugit Immitis annos celibi vitæ dicat.

15 ¶Origenes Adamantius virilia sibi amputauit, ne molestam sibi Venerem experiret. Imitatus Hierophantes Athenienſium ſacerdotes, qui ſorbitione cicutæ ſe caſtrabant, quo mundius in ſacerdotio viuerent.

16 ¶Publi⁹ adoleſcēs L. Papyrij cliēs & libert⁹, cū dñi ſtupri pati nollet, in vincula & carcerē ꝓiect⁹, & multis poſtremo plagis affectus ē. Maluit tñ egregi⁹ adoleſcēs oia tormēta corpis expiri, q̄ ꝓpoſtera illa Venere ꝓtaminari. Liui⁹ lib. 8.

17 ¶Pauſanias Macedo p vim ſtuprū paſſus ab Attalo, puocauit ad Philippū, iniuriāq; nō ſine magna querimonia ad eū detulit. Quē cū ridētē facin⁹ eoq; niſu, ꝓbantē cōſpiceret, iram in eū cōuertit, exegitq; vltionē ab iniquo iudice quā a ſtupratore non poterat. Trogus author libro nono.

18 ¶Sophronia Romana mulier, cum vim & ſtuprum Decij principis non poſſet effugere, gladium mariti conſenſu arripuit, eoq; corpus ſibi confodit. Euſebio teſte.

19 ¶Spurina adoleſcens, cum egregia ſua forma decoroq; aſpectu viros, & mulieres ad libidinem concitaret, faciem, & pulchritudinem oris, ſponte vulneribus deformauit. Author Valerius Maximus de Verecundia.

20 ¶Veturius carcerē, plagas, diuerſaq; tormēta maluit pati, quā Cœlio Plocio ſtuprādū ſe ꝓmitter. Valeri⁹ d Pudicitia.

21 ¶Zenobia regina Palymireorū, tanta fuit caſtitate, vt ne cū viro ſuo qdē, niſi ꝓlis cā ꝓgrederet. Trebellius Pollio.

22 ¶Amos Aegyptius, mulieri (quam in matrimonium duxerat) nunquam congreſſus eſt, quinetiam eidem amorem virginitatis in animum induxit.

23 ¶Anianus Alexādrinus ep̄s, beati Marci Euangeliſtæ diſcipulus, oculum ſibi perforauit, quod intuitu parū pudico tranſeuntes fœminas aſpexiſſet. Sabellicus in exemplis.

24 ¶Alfonſus ſecundus Alfonſi Catholici nepos, & Hiſpaniæ rex nunquam vxori congreſſus eſt. Vnde & caſti meruit cognomentum. Volaterranus in Geogra.

25 ¶Etelfrida Angliæ regina poſt primum partum abſtinuit a viro. Volaterranus.

26 ¶Bellerophon Glauci Corinthioꝝ regis fili⁹, cū a Sthenobea vxore Prœti Argiuoꝝ regis efficitim adamaret, nullis tñ ꝓcib⁹ iduci potuit, vt cū ea ſtuprū ꝓmitteret. Torteli⁹.

27 ¶Baldacra puella generis obſcuri, pegrinæq; conditionis q̄is multarū rerū ob pauptatē eſſet indigna, noluit tñ corporis ſui copiā facere Othoni imperatori, q̄is montes & maria (quod aiūt) ꝓmittēti. Volaterranus in geographia.

28 ¶Xenocrates phs, cum magnā caſtitatis opinionē ſibi cōparaſſet, acceſſit ad eū Phryne meretrix, petitq; ptē lecti, quā mille ꝓceſſit. Nec tñ vllo noctis tpe attigit puellā, q̄is formoſiſſimā. Hinc illa mane rediēs dixit ſe nō a viro, ſed a ſtatua venire. Quod argumentum eſt magnæ caſtitatis. Nam proxime voluptates magis titillant & multos (quorum mores in tuto poſiti videntur) ſeducūt, & euerberant. Laertius, & Valerius de continentia.

29 ¶Dula maluit a milite q̄dā interfici, quā ab eodē violari.

30 ¶Euphroſina virgo Alexandrina, virum mētita, domū patris Panutij reliquit, ne ad nuptias cogeretur,

31 ¶Deltrudis regina, duobus in Anglia regibus nupta, caſtitatem ſemp illibatā ſeruauit, vtroq; ad pudicitiā inducto.

32 ¶Eduardus tertius Angloꝝ rex vxorem (quam duxerat) nunquā attigit, Matrem Euinam) quam adulterij ſuſpectā habebat) in cœnobium relegauit. Volaterranus.

33 ¶Petrus Vrſeolus dux Venetoꝝ, poſt ſuſceptū filiū, vxorē nunq̄ attigit. Quod vtriuſq; voto factū eſt. Volaterranus.

34 ¶Vādegiſillo comiti Palatino (q ſub Dagoberto rege floruit) cū p vim data eſſet vxor, eā ad amorem caſtitatis iduxit. Quo factum eſt, vt vterq; in cœnobio ſe incluſerit.

35 ¶Fara virgo fuit Gallica clariſſimis orta natalibus Heraclio iperāte. Quā dū parentes Hagerricus, & Leodegunda p vim cogere vellēt ad matrimoniū, in tātas ꝓrupit lachrymas, vt inde cæcitatem contraxerit.

36 ¶Vuenceſlaus filius Borſinoi regis Bohemorū perpetuā ſeruauit caſtitatem.

37 ¶Cazimirus quoq; rex Poloniæ perpetuo celebs, & caſtus manſit. Volaterranus.

38 ¶Henricus primus iperator, ꝓpetuam in matrimonio ſer

uauit castitatem cum vxore Sinegunda. Baptista Egnatius.

39 ¶Iulianus martyr, & Basilissa vxor impolluti quoq; manserunt in coniugio.

40 ¶Isaci⁹ Comnen⁹ iperator tãta fuit ꝓtinẽtia, vt vxorẽ nũq; inire voluerit post ꝓlẽ semel ex ea susceptã, quis tñ ad morbi remediũ medici ꝓsulerẽt, vt coitu frequẽtiore vteretur.

41 ¶Ludouicus eps Tolosan⁹ Caroli secũdi Siciliæ regis filia fuit castitate, vt nulli ꝓrsus fœminæ ꝓterq̃ matri, & sororibus verba faceret, ne vel colloqo sanctitatẽ corrũperet.

42 ¶Triptolemo Cereris filio cum pleraq; virgines ampliss̃imam offerrẽt dotẽ, vt cũ eo nuptias cõtraherẽt, aspernabatur oẽs & reijciebat. Ouidius i Ibin. Filius vt Cereris frustra tibi semp ameẽ, Destituatq; tuas vsq; petitus opes.

43 ¶Pudicissima fœmina semel matronarum sententia iudicata est, Sulpitia Paterculi filia. Author Plinius lib. 7. & Valerius vltimo capite octaui.

44 ¶Melanio qda odio mulierum in solitudinẽ demigrauit, perq; auia montiũ & nemoꝝ cane vno feras insectari solitꝰ est, nec vnq̃ domũ reuocari potuit. Vñ natũ adagiũ. Melanione castior. Erasmus. Huius Melanionis meminit Pontanus li. 1. amoꝝ dicẽs. Melanion nr̃os nequeat sufferre labores, Hyleã q̃is senserit ille manum. Non labor huic fuerat varios cõtemnere amores: Vna sed Iasidi cura placere suæ.

45 ¶Rhodope Darij filia, mortuo marito nutricẽ dedit morti secundas nuptias suadentem.

46 ¶Cor. Tacitus scribit Pontiam quandam Romanã fœminam nullis verborum lenocinijs, aut pollicitationibus ad adulterium cum Octauio tribuno plebis committendum impelli potuisse, quin ab eodem interfici maluisse.

47 ¶P. Scipio Africanus expugnata Carthagine Hispaniæ ciuitate, virginem empestiuam forma egregia, & nobili viri filiã, perductam ad se, patri inuiolatã reddidit. Author Gellius lib. 6. Cap. 8. Idẽ Scipio in oibus locis qbus hostẽ superauit, abstinuit semper victrices manus a captiuis mulieribus, Plutarcho in eius vita, & Liuio lib. 26. testibus.

48 ¶Quãdiu C. Gracchus Sardiniam prouinciã administrauit, nulla meretrix introiuit eius domum, nulli pueri eximia facie ei ad scyathum steterunt. Idem Gellius.

49 ¶Chiæ mulieres tanta fuerunt castitate, vt neq; adulteriũ, neq; illegitimus concubitus apud eas vnq̃ prodatur accidisse. Plutarchus de virtutibus mulierum.

50 ¶Trebonius pudicæ sanctitatis miles Lusium Marij ex sorore nepotẽ, castitati suæ stuprũ & insidias molientẽ dedit morti. Plutarchus in Apophthegmatis. Hinc Cicero sub principiũ orationis Milonianæ Pudicitiã cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius iperatoris iterfectus ab eo est, cui vim afferebat, facere enĩ ꝓbus adolescens periculose, quã perpeti turpiter maluit.

51 ¶Ferẽ Euripides ppetuo mulierum odio cõflagrasse, siue ea natura esset talis, abhorreretq; a mulierũ cœtu, siue qꝺ duas habuerat vxores simul ꝓ Atheniẽsiũ decreto, quarũ matrimonij cum pertæduisset, toti sexui bellũ induxit. Gellius Cap. 27. libri septimi, & post eũ Cœlius lib. 13. Cap. 10.

52 ¶Iulianus imperator tanta enituit castitate, vt post amissam coniugem nihil vnq̃ Venereũ attigerit. Author Ammianus Marcellinus lib. 25.

53 ¶Syritha Syualdi regis Danorum filia tantæ fuit pudicitiæ, vt cum ob elegantiam formæ magna procoꝝ frequentia peteret, neminem tñ inspexerit. Saxo lib. 7.

54 ¶Dryas Fauni filia aspectũ viroꝝ vsqueadeo refugit, vt ĩ publicum prodire nunq̃ visa sit. Quo factũ est, vt vetitum sit, ne eius sacris interessent mares. Author Plutar.

55 ¶Olim tanta fuit Patauinarum mulierum castitas, vt non nisi operta facie prodirent in publicũ. Cœlius li. 7. Cap. 17. Vnde Martialis. Tu quoq; nequitias nostri lususq; libelli Vda puella leges, sis Patauina licet.

56 ¶Diogenes tragœdus ab vxore perpetuo abstinuit.

57 ¶Pontius Aufidian⁹ vbi rescuit filiã a Fannio Saturnino pædagogo suo corruptã, vtrũq; puniuit morte. Val. Max.

58 ¶Publius Meuius libertũ (quẽ vnice diligebat) pp illatã filiæ iam nubili osculũ interfecit. Idẽ Valerius de pudicitia.

59 ¶Q. Fabius Seruilianus, cum suspectam haberet filij pudi-

titia, eum morti dedit, demum voluntario ſeceſſu conſpectum patriæ vitans exulauit. Idem Valerius.

60 ¶Pub. Attilius Philiſcus filiam ſuã interemit, quod ſtupri ſe crimine coinquinaſſet. Idem Valerius.

61 ¶Hippo mulier Græca capta a nautis, cum pudicitiæ ſuæ ſtuprũ & inſidias parari ſenſiſſet, noctu ſe in aquas p̃cipitẽ dedit, maluitq; mori pudica, quã ipudica viuere. Idẽ Valeriꝰ.

62 ¶Captiuæ Theutonicoꝝ coniuges Mariũ victorẽ orarũt, vt ab eo virginibus Veſtalibus dono mitterentᵉ, affirmãtes æque ſe, atq; illas virilis concubitus expertes futuras. Quare nõ impetrata, laqueis ſibi nocte ꝓxima ſpiritum eripuerunt. Valerius, & Hieronymus in Epiſtola ad Gerontiam.

63 ¶Amator (qui poſtea Altiſſiodorenſis fuit Antiſtes) cum vxorẽ eleganti forma clariſq; natalibus ortam duxiſſet, eã tñ ad ſtudium caſtitatis induxit, tm̃ aberat, vt ei congederetur. Sabellicus in Exemplis.

64 ¶Leo pontifex manum (qua aliquando oſculum matronæ contigerat) vltro ſibi abſcidit, quod inde ſecuta eſſet tacita quædam libidinis appetentia. Sabellicus.

65 ¶Benedictus Abbas ad iceſtam recordationẽ mulieri a ſe viſæ caſtigandã, vſus eſt crebra corporis volutatione ſuper ſentes. Sabellicus.

66 ¶Noluit beatus Auguſtinus habitare cum ſorore, ne aliqua titillatio carnis, aut pruritus ſuboriretur. Interrogatus cur hoc faceret, quoniam iquit malum videre fœminam, peius alloqui, peſſimum attingere. Sabellicus in exemplis.

67 ¶Nulla vnquã fœmina a Ioanne Anachoreta viſa eſt, nec ab vlla videri voluit.

68 ¶Arſenius abbas viros omnes iuxta & fœminas ad ſanctiorem vitæ cultum refugiebat.

69 ¶Pion Auſonij abbatis diſcipulus, dũ congreſſum quoq; mulierum ſolicite declinaret, precibus expugnatus, vt ſororem morbo laborantem inuiſeret, alieno ductu, clauſiſq; oculis eius domũ ſubijt, ac retro abijt. Sabellicus.

70 ¶Vrſinus Nurſiæ preſbyter moriens cum vxorem (quam multis ante annis ad ſe venire nulla de cauſa pmiſerat) admotam ſibi cognouiſſet, Faceſſe inquit mulier. Nõdũ penitus extinctus eſt ignis. Idẽ Sabellicus in exemplis.

71 ¶Hilario abbas ingenitã corpori cõcupiſcẽtiã alloquens, dicere ſolebat, Conficiam te inedia, vt de cibo cogites, nõ de voluptate. Idem author.

72 ¶Euagrius quoq; abbas ad reprimendã veneris tentigine varia tormenta membris ſuis irrogauit. Ná & corpᵒ inedia confecit, & hibernas pleriq; noctes in puteis egit. vt Bernardus abbas in lacu, Antiumarus Tamanenſis in vepribus, Franciſcus Aſiſias in Hybernis niuibus. Author Sabellicus.

73 ¶Iudith mulier vidua, cum ad recens connubium impelleretur, ciliciũ ornatu prætulit, obiecitq; libidini ieiunium, vigilias ſomno, & ocio laborem, inquit Sabellicus.

74 ¶Anna Phanuelis filia poſt ſeptimũ ꝓnubii annũ vidua facta, ad q̃rtũ vſq; octogeſimũ caſte vixit. Sabellicᵒ in exẽplis.

75 ¶Eſſenii populi Syriæ vltã olim duxerũt alienaꝫ ab omni mulierum commertio Venere abdicata, inquit Plinius.

76 ¶Timoclia mulier Thebana, ſtuprum a quodam Barbaro Thracũ prĩcipe p vim paſſa, iniuriã hoc mõ vlta ẽ. Odio. n. diſſimulato dixit ſtupratori ſe ſcire locũ, vbi plurimũ eſſet auri, pductuſq; ẽ ab ea ad ꝓfundiſſimũ puteũ, q fuit i remotiore domᵒ parte. Quo cũ Thrax explorabũdus veniſſet, & iamiã ꝓnᵒ iimineret puteo a Timoclia (q̃ a tergo ſtabat) deiectᵒ eſt i p̃ceps, & ſaxis obrutᵒ. Author Sabellicus i exẽplis.

77 ¶Damon Peripolta inſigni forma adoleſcens, Videns Romanũ quendã prĕfectũ Cherone, ſtuprũ ſibi p vim machinari, quia prius blandiendo nihil profeciſſet, ad pudicitiæ munimem aliquot ſocios conuocauit, qui oẽs fuligine tinctí, ne agnoſcerentᵉ, prĕfectũ in foro ſacrificãtẽ obtrũcarũt.

78 ¶Cyane virgo Syracuſana violetã ab ebrio patre pudiciam ægreferẽs, apprehẽſum capillis ſtupratorẽ ad arã traxit, eũq; pro victima cecidit, ad pacãdaꝫ peſtẽ, quapropter facilius Syracuſæ laborabãt. Author Plutarchus in Paral.

79 ¶Medullina quoq; virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata, vt ſtupri authorem agnoſceret, digito eius anulum detraxit. Vbi ex pignore patrem eſſe comperit,

eundem ad aram gladio confodit. Idem author.

80 ¶ Absalon Amon fratrē occidit, quod īmodeste Thamar sororē communem deperibat, eiq; vim intulerat.

81 ¶ Constantinus imperator Crispum filium capite puniuit, quod nouercam Faustam stupri compellasset.

82 ¶ Hieron Syracusanus Epicarmum poētā Comicū multa uit, ꝙ præsente ipsius coniuge, lasciuos recitasset versus.

83 ¶ Marcia Varronis filia, cum suo seculo sculpendi, pingendiq; arte insignis haberet, abstinuit semp ab effingenda virili figura, ne pudibunda quoq; exprimeret.

84 ¶ Eugenia virgo Philippi proconsulis Alexādrini filia, cū ab imperatore Commodo stuprum sibi timeret, Monachi habitum mentita est & nomen.

85 ¶ Ioannes Malatesta vxorem nomine Franciscam in complexu Pauli Malatestæ fratris sui deprehensam gladio trās fixit vna cum adultero,

86 ¶ Ludouicus quoq; Normaniæ Senescalus Carlottam vxorē cū Ioanne Lauerno eius adultero, morti dedit.

87 Frāciscus Gonzaga Agneti adulteræ caput adimi iussit.

88 ¶ Rhodulphꝰ quoq; Gonzaga cū vxorē adulterij cōpertā hēret, eā vna cū adulterio in concubitu dephēsam occidit.

89 ¶ Pastor presbyter, & Anachoreta matrem ad se venientem sella clausa reppulit, causa seruandæ castitatis.

90 ¶ Hugo Carthusiensis p annos. 15. mulieris faciem nunq; videre voluit.

91 ¶ Pontanus lib. 1. Tumulorꝝ, Castitatē Fuscæ matronæ sequenti laudat Epitaphio. Centū Fusca procos habuit, nec castra cubile Polluit, aut sancti iura verenda tori. Centū Fusca ꝓcos Risit, coluitq; maritū, O raram in longa posteritate fidem. Hoc virtutis opus dura inter & aspera sese Erigere, & fortes exeruisse manus. Viue Fusca igitur celebris post fata, fidemq; Testantur, nullo marmora victa situ.

92 ¶ Lysidice Græca mulier, cum lauabatur præ insigni quadam pudicitia subuculam non exuebat.

93 ¶ Philotera quoq; alia mulier itidē Græca, cū in balneum descēderet, tm corporis ab iferiori patre solebat detegere

quātū aquę imersērat, subucula paulatim ad superiora subducta. Cumq; aquis lota emergeret, eadē ratione superiora corporis amictu obtegere.

94 ¶ Theano Pythagorica vestē induēs cū brachiū nudasset, cuidā se ituēti cupidinisq; effato, Pulchrū, dii bōi brachiū. At nō publicū inqt illa. Plutarchꝰ in ꝓceptis cōnubialibus.

95 ¶ Cū Attila Pānonię rex Aqleiā oppugnaret, Dugna fœmina nobilissima, neqd idignū a sordissimis hostibꝰ pateret, mox vt igressū hostiū captāq; vrbē ꝑsensit, e sūma turre obuoluto capite ī Natissam fluuiū se ꝓcipitē dedit, metumq; amittēdę pudicitię mēorabili exitu terminauit. Pau. Diaconus li. 15. rerꝝ Romanarꝝ.

¶ Mulieres docte.

1 Corinna Theb.
Corina Thespia
Corinna Ouidi.
2 Myrtis
3 Erinna
4 Sappho
5 Polla
6 Aspasia
7 Cleobulina
8 Carnificia
9 Cornelia
Lælia
Hortensia
Liciniæ
Mutiæ
10 Anastasia
11 Damophila
12 Hypathia
13 Leontium
14 Pamphila
15 Praxilla
16 Phemonoe
17 Sosipatra
18 Theano
19 Zenobia
20 Alpaides
21 Catherina Senē/
22 Delbora (sis
23 Hildegardis
24 Ioāna Anglica
25 Luceia Mima
26 Lasthenia
Axiothea
27 Michale
28 Diotima
29 Themiste
30 Arete
31 Dama
32 Thargelia
33 Musca
34 Chatixena
35 Mœro
36 Agallis
37 Telesilla
38 Hipparchia
39 Cassandra Pria.
40 Claudia
41 Eudocia
42 Istrina
43 Cassandra fidelis
44 Themistoclea
45 Proba Valeria
46 Amalthea
47 Elisabeta
48 Baptista prima
49 Isora
50 Damisella
51 Minerua
52 Manto
53 Nicostrata
54 Catherina Costis
55 Fabiola
56 Marcella
57 Eustochium
58 Genebria
59 Constantia
60 Blesilla
Nossis
Agacle
Anyte
Myro.

1 CORINNE tres fuerũt. Prima Thebana, ſeu Tanagræa, Archelodori, & Procratiæ filia, & Myrtidis diſcipula, quæ Lyricorum principẽ Pindarum quinquies viciſſe, & epigrãmatũ qnq; libros ediditſſe fert. Cœlius cap. 1. lib. 8. De hac Propertius lib. 2. Et ſua cum antiquæ cõmittit ſcripta Corinnæ. Statius lib. 5. Syluarũ. Sophronaq; implicitum, tenuisq; arcana Corinnæ. Baptiſta Pius. Nec tetigit dulcem trina Corinna lyram. Idem. Non tres dulciloquo præſtĕt ſermone Corinnæ. Politianus. Sed Tanagræa ſuo, mox iure poetria riſit. Secũda fuit Theſpia veterũ qq; monumentis celebrata plurimum. Tertia floruit Ouidii temporibus, poetæ chariſſima. De hac Martialis. Norat Naſonem ſola Corinna ſuum.

2 ¶ Erinna poetria Teia aut Telia (eſt enim Telos inſula prope Gnydon) floruit Dionis Syracuſani temporib⁹. Scripſit Dorica lingua elegãs poema, trecẽtis verſibus abſolutum. Aliaq; item Epigrãmata. Ferunt eius carmĩa ad Homerica accesſiſſe maieſtatẽ. Mortua eſt annos. 19 nata. De hac Propertius li. 2. Carminaq; Erinnes nõ putat æqua ſuis. Baptiſta Pius. Erinnã crederet Græcia docta ſuã. Idẽ. Nõ melior coluiſſe ſacras Erinna ſorores. Fuit cõtemporanea Sapphus. In eam elegans eſt apud Græcos diſtichon, cuius talis habetur ſenſus. Quanto Erinna in lyricis Sappho præſtãtior, tãto Sapphus gloriã Erinna exametris præcellit.

3 ¶ Sappho Leſbia Lyrica floruit tẽporibus Alcæi, & Steſichori poetarũ. Maritũ habuit Cercylã ditiſſimũ virũ ex Andro, ex quo filiã ſuſcepit Clionoie. Scripſit Lyricoq; libros Carmini Sapphico (cuius inuẽtrix fuit) dedit nomen. Sunt qui dicãt aliã fuiſſe Leſbiã, poetriã quoq; quæ adoleſcentẽ Phaonem adamauerit, & e Leucade in aquas ſe demiſerit. Vtracũq; fuerit, vnã tm cõmẽdãt Latini poetæ. Statius li. 5. Syluarũ. Stheſichorusq; ferox, ſaltusq; ingreſſa viriles. Nõ formidata temeraria Leucade Sappho. Sidoni⁹. Aut quod

tõpoſuit puella Leſbi. Bapt. Pius. Maſcula quęq; ſuos cãtat moritura calores, Leucadii Sappho crimen, honorq; freti.

4 ¶ Polla argẽtaria Lucani fuit vxor teſtimonio Martialis. Hæc ẽ illa dies, quæ magni cõſcia partus Lucanũ populis, & tibi Polla dedit. Tãta dicitur fuiſſe doctrina, vt maritum iuuerit, in emẽdandis tribus primis libris Pharſaliæ. Statius lib. 2. Syluarũ. Huc caſtæ titulũ, decusq; Pollæ, Iucunda dabis allocutione. Sidonius. Quid quod duplicibus iugata lędis Argẽtaria Polla dat poetas, Eadẽ inceptos a marito p multos verſus pficiebat pari grauitate & elegantia.

5 ¶ Aſpaſia Mulier Milefia magna doctrinę fama claruit. In ſtudiis Phicis abũde ꝓmouit. Rhetoricen exercuit. Fuit Pericliis magiſtra, & tandẽ vxor. Plutarchus in Pericle.

6 ¶ Cleobulina Cleobuli Lindii q fuit vnus ex ſeptẽ ſapientibus Græciæ) filia ſcripſit Aenigmata quædã verſibus hexametris, quoꝝ hoc vnũ adhuc extare fertur. Eſt vnus geinitor, natı bona pignora bis ſex, Triginta cuius natę, ſed diſpare forma. Hę niueę aſpectu, nigræq; coloribus illę, Atq; immortales oẽs moriuntur ad vnam. Laertius.

7 ¶ Cornificia ſoror Cornificii poetæ elegantiſſima ſcripſit Epigrammata.

8 ¶ Cornelia vxor Africani & mater Gracchorũ Epiſtolas reliqt ornatiſſime ſcriptas, vnde & filioꝝ fluxit eloquẽtia. Vnde Quintilianus. Nam Gracchorũ eloquentiæ (inquit) multũ cõtuliſſe accepimus Corneliã matrẽ, cuius doctiſſimus ſermo in poſteros quoq; eſt epiſtolis traditus.

9 ¶ Idẽ de filiabus Lęlii & Q. Hortẽſii ſic ingt. Lælii filia reddidiſſe in loquẽdo paternã eloquẽtiã elegãtiorẽ dicitur. Et Q. Hortẽſii filiæ oratio apud Triũuiros habita legitur, non tm in ſexus honorẽ. De Hortẽſia ẽt meminerunt Valerius & Appianus lib. 4. bellorum ciuiliũ. Liciniarũ quoq; in dicendo lepos a patre L. Craſſo emanauit. Mutiæ duæ filiæ ab vtroq; parente eloquentiam didicere.

10 ¶ Anaſtaſia diſcipula Gryſogoni martyris fuit & vxor Publii Romani, cuius totus ſimulato verbo euitauit. Scripſit epiſtolas ad Gryſogonum, quibus conquerebat facultates

ſuas a ſacrilegio viro abſumi, ſeq; in carcere detineri. Hæc ad palũ cremata eſt, q̃ ſanctis miniſtraret. volaterranus.

11 ¶ Damophila Græca vxor Pamphili ſocia Sapphus poetriæ, poemata ſcripſit amatoria, & Dianæ laudes. Theophraſtus in vita Apollonii.

12 ¶ Hypathia mulier Alexãdrina Theonis Geometræ filia, & vxor Iſidori Philoſophi, vixit ĩperãte Arcadio. Scripſit in Aſtronomiã. Profeſſa eſt Alexãdrię varia diſciplinarum genera, magno & frequẽti auditorio, cõuolantibusq; turmatim, & vndecũq; diſcipulis. Suidas apud Volaterranum.

13 ¶ Leontiũ Græca adoleſcẽtula philoſophicas diſciplinas adeo ſectata eſt, vt ẽt non dubitauerit cum magna ſui nois laude in Theophraſtũ philoſophũ alioqui laudatiſſimum ſcribere. Plinius in præfatione hiſtoriæ naturalis, ſuppreſſo tamen Leontii nomine.

14 ¶ Păphila ſcripſit cõmẽtarios ĩ Grãmatica. Citaẽ a Gellio.

15 ¶ Praxilla Sicyonia fuit poetria, q̃ in ſuis carminibus Adonidem inducit ab inferis interrogatũ, qd apud ſuperos pulcherrimũ reliquerit, reſpondere, ſolem, cucumeres, mala. Quod cũ vehemẽter inſulſum videreẽ, cucumeres & mala cum ſole cõponere, fluxit inde ꝓuerbium. Stultior Praxile Adonide. In hoĩes nullius iudicii. Vide Eraſmum.

16 ¶ Phemonoe prima Apollinis Delphici vates fuiſſe, carmenq; Heroicũ inueniſſe dicitẽ. Suidas apud Volaterranũ.

17 ¶ Soſipatra vates fuit lyda multis diſciplinis cumulatiſſima, quam propterea creditum eſt a numinibus quibuſdam fuiſſe educatam. Eunapius apud Volaterranum.

18 ¶ Theano mulier fuit apud Locros in Lyricis præcellens. Cœlius. Alia fuit Metapontina, ſeu Creſſa genere, mulier Pythagoręa vxor Brotini Crotoniatæ, q̃ ſcripſit cõmentarios in phĩa, de virtute, Poemata quoq; & Apophthegmata Pythagoræa. Author Laertius. Theodoritus Cyrẽſis ait Theanon vxorẽ fuiſſe Pythagoræ, eoq; defuncto ſcholas cũ Telange, & M. Neſarcho filijs regendas ſuſcepiſſe.

19 ¶ Zenobia regina Palmyreoꝝ Græci, Aegyptiiq; ſermonis fuit peritiſſima, & latini non ignara. Scripſit Epitomen

ĩ Orietalẽ, Alexãdrinãq; hiſtoriã, Herẽnianũ & Timolaũ filios lr̃is erudit. Elegãtiſſimas or̃ones ad milites ſuos plerunq; habuit, quas galeata recitabat. Pollio Trebelli⁹. Vſa ẽ ad Græcas literas Longino philoſopho Vopiſco authore.

20 ¶ Alpaides virgo cũ religionẽ magno cultu amplecteretẽ, cœlitus meruit ſcripturæ ſacræ bibliorũq; ſenſum pcipere.

21 ¶ Catharina Senẽſis puella adeo profecit in ſacris literis, vt libros ſcripſerit cum Theologorum doctrina conferendos. Volaterranus.

22 ¶ Delbora mulier de tribu Effraim vaticinio claruit

23 ¶ Hildegardis virgo Germana, ſpiritu quodã imbuta prophetico multa prædixit de futuris, ſcripſitq; aliquot catholicæ doctrinæ libros. Hanc epiſtolis ſuis dignatus eſt beatus Bernardus. Scripſit ſuper Benedicti diſciplina, triginta Theologas quæſtiones eruditiſſime abſoluit. Excellentiũ virtute viroꝝ vitas ſcripſit, de altaris ſacramento. Omilias in Euangelijs. Præterea in medicina, Quæ ſimplicia, & quę cõpoſita tollẽdis ęgritudinibus proſint. Itẽ carmina & epiſtolas teſtimonio Apoſtolicæ authoritatis comprobatas. Quo factum eſt, vt Eugenius tertius, Anaſtaſius quartus, Adrianus quartus pontifices, Conradus tertius, & Federic⁹ primus Cæſares ad eam plerunq; ſcripſerint.

24 ¶ Ioãna Anglica ab Ephebis vixẽ mẽtita, Athenas ſe cõtulit, vbi lr̃is ſtudioſe adeo operã ĩpertiuit, vt Romã rediens, paucos haberet doctrina pares & ſacris lr̃is. Vnde tm̃ apud oẽs beneuolentiæ & authoritatis ſibi demeruit, vt artibus illis pontificatum ſit adepta, poſt Leonem quartum cũ vir eſſe crederetẽ. Sabellicus libro primo nonæ Enneadis.

25 ¶ Luceia Mima Authore Plinio centum annis in ſcena pronunciauit.

26 ¶ Laſtheniam Mantineam, & Axiotheã Phliaſiã Platone vſas præceptore ſcribit Plutarchus, ornatuq; interim virili auditorium ingreſſas. Teſtis etiam Laertius.

27 ¶ Michale Centaura mulier docuit Theſſalas remedium amoris. Seneca.

28 ¶ Diotima & Aphaſia mulieres adeo in philoſophicis ꝓ-

mouerunt disciplinis, vt alterã Diotimam appellare magistram, alterius lectionibus interesse nõ erubuerit Socrates philosophorum omniũ longe optimus. De Diotima meminit Plato in Symposio, & de Aspasia in Menexemo.

29 ¶ Lactantius ait philosophos nullas vnquã mulieres philosophari docuisse, præter vnam ex omni memoria Themistem. Sed quę nam hæc & cuias fuerit, non docet.

30 ¶ Arete mulier eo doctrinę cõscẽdit, vt filiũ ẽt institueret, qui appellatus est Aristipp⁹. Fuit Cyrenaica, & Aristippi patris Socratici dogma secuta est. Mortuo patre scholam rexit in philosophia magno & frequenti auditorio.

31 ¶ Dama Pythagorę filia, & ipsa philæ sectatrix, ingeniũ & doctrinã in exponendis paternis sententiarum inuolucris exercuit. Hipparchus apud Laertiũ hanc Damonen vocat.

32 ¶ Thargeliam quoque fœminam sola illustrauit philosophia. De hac Plutar. in Pericle.

33 ¶ Ferunt & Muscam poetriã fuisse Lyricã, quæ & Epigrãmata scripserit, & Lyricos nomos. Cœlius cap. 1. lib. 8.

34 ¶ Fuit & multoꝝ carminum author Charixena, cuius meminit Aristophanes Comicus, eodem Cœlio authore.

35 ¶ Celebratur idem Mœro condito in Neptunũ hymno.

36 ¶ Fuit Agallis Corcyræa illustris in arte grãmatica, cui inuentum pilæ nõnulli ascribunt. Idem Cœlius ibidem.

37 ¶ Telesillã i poetica illustrẽ celebrat Pausanias, cui ẽt apꝙ Argos ante Veneris tẽplũ statua sit erecta. Hãc Thelesillidẽ vocat Plutar. in lib. de virtutibus mulieꝝ, de Argiuis mulieribus loquẽs, vbi de Thelesillide sic scribit. Eam mulierẽ poeticæ disciplię fuisse peritã memoriæ, pditũ est. Nãq; patrẽtibus nobilissimis orta, cũ valetudine aduersa laboraret, ab oraculo rñsum accepit, studiose musas a se colẽdas esse, si amissam valetudinẽ recipe vellet. Quapropter ipsa deorũ ꝑceptis obtẽperans, oẽ studiũ operãq; ad musicos cãtus, atq; ad harmonias cõuertens breui tpe amissam valetudinem recepit, atq; ob artis poeticę disciplinã, plurimũ apud cæteras mulieres famæ ac laudis est consecuta. hæc ille.

38 ¶ Philosophicis quoq; disciplinis valde excelluit Hipparchia mulier græca. Vide q̃ de Hipparchia scribit Laertius.

39 ¶ Cassandra Priami filia, vaticinio & doctrina illustris habita ẽ, & apud hostes in Lacedæmone, tẽplo fuit insignita.

40 ¶ Statius Papinius vxorẽ habuit noie Claudiam, magno ingenio, doctrina non vulgari ꝑditam. Crinitus.

41 ¶ Eudocia Theodori iunioris vxor ꝑter egregiam formam, singularemq; pudicitiam etiã literis excelluit, adeo vt librum quendam emiserit. Baptista Egnatius.

42 ¶ Istrina Scytarũ regina, Aripithis vxor, Sylẽ filiũ grẽcam linguã, lrasq; edocuit. Author Herodotus i Melpomene.

43 ¶ Politianus magnis laudibus cõmendat Cassandrã fidelem Venetam puellã, quã ait pro lana librũ, pro fuso calamum, stilũ pro acu tractasse, Latinasq; epistolas scripsisse, Sic enim de ea in principio cuiusdam epistolæ meminit. O decus Italię virgo. quas dicere grates, Quas ve referre parem, quod ẽt honore mutuarũ literarũ non dedignaris? Mira profecto fides tales proficisci a fœmina (quid fœmina dico?) immo vero a puella & virgine potuisse? Non igitur iam musas, nõ Sibyllas, nõ Pythias obiiciant nobis vetusta, secula. Nõ suas Pythagoræi philosophãtes fœminas, Non Diotimã Socratici, nec Aspasiam, Sed nec poetrias illas Græca iactent monumenta Telesillam, Corinnam, Sapphon. Anyten, Erinnã, Praxillam, Cleobulinam.

44 ¶ Themistoclea soror fuit Pythagorę, cuius placitis & opinionibus, plerisq; in locis vsus est Pythagoras.

45 ¶ Proba Valeria Romana puella grẽcis latinisque literis eruditissima trũcatos Virgilii versus, ad fidem & mysteria catholicę religionis conuertit, fecitq; de Christi gestis & eius morte opus nobilissimũ, quod Centones appellauit.

46 ¶ Amaltheæ Sibyllæ Cumanæ libris non secus ac diuinis oraculis in imperii administratiõe populus Romanus semper vsus est.

47 ¶ Elisabeta abbatissa Germanica multas orationes ad sui conuentus sorores conscripsit, opusque de viis, quibus ad deum itur.

48 ¶ Baptista pria Galeatii Malatestę Pisauriẽsis ꝓncipis filia

& Guidoni Mõtefeltrẽsi Vrbinatium comiti matrimonio copulata cum doctissimis viris, plerunq; magna sui laude disputauit. Libros quoq; de humana fragilitate, & de vera religione conscripsit.

49 ¶Isota Nonarolla Veronẽsis philosophiã verbo & opere pfessa est. Scripsit qñq; ad Nicolaum quintum & Pium secundus pontifices. Scripsit quoq; dialogũ, quo disputatur vter grauius peccauerit, Adam ne, an Eua, Quibus literaꝫ laudibus adiecit perpetuum virginitatis votum.

50 ¶Damisella Triulcia Mediolanẽsis virgunc̃ula annos nõ amplius quatuordecim nata iam cœpit eloquẽtiæ insuescere, bonasq; imbibere disciplinas, adeo vt nouũ terris prodigiũ esse videret. Patrẽ habuit Ioãnẽ equestris & Senatoriꝫ dignitatis viꝫ, matrẽ Angelã lr̃arũ nõ expertẽ. Qui ambo musis innutriti, si iã quoq; iisdẽ artibus voluerunt instituj, in qbus adeo pfecit, vt cũ latine vel scriberet, vl' loqueret, oẽs traheret in admirationẽ, ita vt pleriq; dicerent parieti matri affuisse musas obstretrices. Habuit oronis genus luculentũ & sparsũ fruge bonaꝫ lectionũ vsq; ad luxuriẽ. Nũ quã loq̃bat, qn verboꝫ aculeos auditoꝫ ais iprimeret. Dicẽrẽ oẽs suspiciebãt, & ab eiº ꝑmone pẽdebãt attoniti. Fuit ꝓterea tã fœcunda tãq; tenaci memoria, vt vel Mithridati par haberet. Nã siquẽ vl'publice cõcionãtẽ aut declamãtẽ audisset, reuersa a pfessũ, oia ad vnguẽ ⁊batim syllabatiq; repetebat. Latinis insup nõ ꝓtẽta lr̃is, Græcaꝫ studio deflagrauit, quas vsq; ad promptũ & peculiarẽ didicit sermonẽ. Ne multis agam, pp imensas corpis & animi dotes, lusum est in eã sequẽtibus versibus, q circũferebãtur passim.

Quid facis in terris Damisella Triulcia? cœlum
Ingeniis debet talibus esse domus.
At scio quid facias, flores cum coniuge ditis
Non legis, ad stygios vt rapiare lacus.
Cura tua est virtus, & iter meditaris ad astra,
Nam virtus comites tollit ad astra suos.

¶Placuit nobis propter morum eius puellæ honestatem, ꝑcipuamq; formam corporis mentiri & configere nomen

Amasiæ

50 ¶Amasiæ non ad lasciuiam, sed carminis argumentum, quam & nos Damisellam vocauimus.

51 ¶Minerua Iouis primi filia nõ aliã ob cãm relata ẽ in numerũ deoꝫ, quã pp bonaꝫ artiũ (quaꝫ fuit iuentrix) pitiã. Vñ & veteres illę Athenę sui noĩ imortalitatẽ mutuatę sũt.

52 ¶Manto Tyresiæ vatis filia (quæ Mantuæ nomẽ indidit) doctrina quoq; & vaticinijs claruit, adeo, vt ex pecudum fibris, extorumq; intuitu futura presentisceret, ac presagiret.

53 ¶Nicostrata seu Carmentis græcas literas impense docta, pleraſq; ex latinis primũ reperit. Quo coniectare licet mulierem versatili ingenio, variaq; doctrina fuisse præditam.

54 ¶Catherina virgo Costi Alexãdriæ regis filia sacris literis partim studio, partim diuini spiritus afflatu deo imbuta, vt accersitos a prẽ vndecũq; doctissimos viros & phos ad persuadendã idolatriã, referendãq; vnius dei religionẽ, viuacissimis terruerit argumentis, suæq; opinioni attraxerit, nedum non succubuerit eorum rationibus.

55 ¶Fabiola Romana mulier cum magno studio sacras lr̃as amplecteret, Propherias, Euangelia, & Psalmos frequẽtissime reuoluebat, vt iterata plerũq; lectio amorẽ diuinæ religionis (qua deflagrabat) augeret vehemẽtius. Vñ & beatus Hieronymus librũ de veste sacerdotali, eidẽ nuncupauit.

56 ¶Marcella Romana pp sacras literas (quas egregie callebat) frequentibus epistolis a beato Hieronymo salutata ẽ, Ad eã enim scripsit de mũdi contẽptu, de decẽ noibus, quibus apud Hæbreos diciť deus, de fide nostra & hæreticoꝫ doctrina, de blasphemia in spiritũ sanctũ, de studio Theophili episcopi Alexandrini, & alia id genus permulta.

57 ¶Eustochium Paulæ mulieris Romanæ filia, Latinarum, Hebraicarum, & Græcarũ literarũ studijs plurimum excelluit. Vnde & suo tempore nouum orbis prodigium vocata est, Ingenium sacris literis deuouit maxime, atq; adeo, vt Psalmos hebraice legeret cursim & mira celeritate. Qua in re amorem beati Hieronymi multum sibi demeruit.

58 ¶Genebria mulier natione Veronẽsis tpe Pij secũdi pontificis Romani, sua egregia eruditione meruit nomen im-

mortale. Epl'as ſcripſit luculẽtas & maxima refertas doctri
na. Recitabat decoro geſtu, voce virili pmiſta ſuauitate.

89 ¶ Conſtãtia Alexãdri Sfortiæ vxor numeratur iter claras mulieres & excellẽtes doctrina. Ab infantia bonis diſcipli/nis operã dedit, adeo vt iparata quoq; diſertiſſime loque/retur. Habebat aſſidue præ manib⁹ opa Hieronymi, Ambro/ſii, Gregorij, Ciceronis & Lactãtij. Valebat ẽt ſcribendis ex tpe carminibus, nõ ſine magna multorũ admiratione. Qđ ſine ꝓceptore ferebat̃ didiciſſe. Nec fuit tã illuſtri fœminæ germen ſimile. Habuit enim filiã Baptiſtã noïe, tãta doctri/na, vt doctiſſimos quoq; ſua terreret eloquentia.

60 ¶ Bleſillã grẽce & latine ad miraculũ vſq; doctã innuunt verba Hieronymi ad Paulã eius matrem ita ſcribentis. Si græce audiſſes eã loquentem, latine eã neſcire putares. Si in Romanum ſonũ lingua eius ſe verterat, nihil omnino peregrinum ſermo redolebat.

¶ Politianus in Nutricia pleraſq; mulieres doctas & erudi tas his carminibus enumerat.

Non illi Praxilla ſuos, prædoctaq; Noſſis
Contulerint Myrtiſq; modos, non dulcis Agacles,
Non Anyte, non quæ verſus Erinna trecentos
Caſtalio ceu melle rigat, non candida Myto,
Non Teleſilla ferox, Non quæ canit Aegida ſæuæ
Pallados, effuſum crimen vittata Corinna.

¶ Muſæ nouem.

Calliope	Euterpe	Erato
Clio	Melpomene	Terpſicore
Thalia	Polyhymnia	Vrania.

Mvſas poetæ fingunt eſſe Iouis & memoriæ, ſeu Mne/moſynes filias, quod doctum oporteat fœcũda eſſe memoria. Dicunt inſuper has muſicæ præeſſe & carminũ inuentrices vocãt, quod Muſa cantum ſignificet, & poeſis proxime ad Muſam accedat, cũ preſertim & numeris con/ſtet & ꝓſodia. Fingunt earũ ſedẽ eſſe in Helycone Bœotiæ monte ꝓpe Phocidem, a quo vt a cõfinibus locis diuerſa meruerũt noïa. Vocant̃ ſiqdẽ Heliconides & Heliconiades

ab Helicone. Parnaſides a Parnaſo Phocidis monte, vbi ẽt fingunt̃ habitare. Aonides & Aoniæ, ab Aonia, q̃ eſt ꝓpin/qua Phocidi. Cytherides a Cytherone Bœotiæ monte, Pierides a Pieria regiõe Macedoniæ, vbi ẽt Muſarũ dom⁹ eſſe dr̃. Theſpiades a heſpia oppido Heliconi propinquo. Pegaſides a Pægaſo equo Bellerophontis, q pedum vngu lis fontẽ a terra dicit̃ elicuiſſe, ſacrũ Muſis, noïe Hippocre/nen, a quo & Hippocrenides dicuntur, Libethrides a Libe/thro Macedoniæ monte ſibi ſacro. Pymplæides ſeu Pym/plææ, vel a Pymplæo Macedoniæ fonte, vel mõte Orcho menorũ. Caſtalides quoq; pari ratione dicuntur a poetis a Caſtalio fonte Parnaſi, quem ẽt ſacrum Muſis fabulantur. Supereſt vt hæc oïa teſtimonijs confirmemus. Virgilius in Bucolicis. Nymphæ noſter amor Libethrides. Columella libro vndecimo. Nunc vos Pægaſidũ comites Acheloidas oro. Ouidius in epiſtola Sapphus. At mihi Pegaſides car/mina dictant. Idem ibidem. Nec mihi Pierides ſubeunt, Dryades ve puellæ, Nec me Theſpiadũ cætera turba iuuat. Lucretius libro tertio. Adde Heliconiadum comites, quo rum vnus Homerus. Ouidius libro quarto Faſtorum. Pan/dite mandati memores Heliconis alumnæ. Statius libro primo Syluarum. Nũc opus Aonidum comites tripodũq; miniſtri. Idem libro ſecundo. Et ſuperet Pymplæa ſitim. Sidonius. Hippocriniſatas iungebat Pægaſus alas. Dicunt̃ etiam Aganippides & Aganippææ ab Aganippe Bœotiæ fonte. Marullus. Nec melior vita ſcientia eſt, Exemploq; Aagnippidum. Item Iliſſiades a fluuio Athenarum, Ligyæ ob canorum genus. Corycides a colle vel antro apud Del/phos. Mnemoſynides a memoria. Calliope dicitur bona vox, Clio gloria vel celebritas, Erato amor vel cãtus amo ris, Thalia cantus laſciuia, Melpomene cantus, Terpſico/re exultãs choreis, Euterpe cõcẽtus ſuauitas, Polyhymnia multitudo cantionũ & hymnorũ. Varia ſunt earũ inuenta, Clio inuenit hiſtoriam, Thalia Georgiam & circa plantas pragmatiã, Euterpe mathemata, Terpſicore Pædiã, Erato Orcheſim, Polyhymnia lyrã, Melpomene cantũ, Vrania

Astrologiã, Calliope poesim. Musis in Helicone rẽ primũ diuinã fecerũt Orthus & Ephialtes, sacrũ illis dixerũt monstrem, quas tres tm̃ intelligi voluere. Meleten, Mnemen, Aœden. Nouem postea fecit Pierus Macedo, noibus (quæ nũc habent) impositis, inqt Cœlius Cap. 8. li. 10. ¶ Pyrrhus rex is q aduersus Romanos bellũ gessit, Achatem in annulo habuisse dr, in qua nouẽ musæ, & Apollo citharã tenẽs spectaret. Non arte (inqt Plinius lib. 37.) sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, vt musis quoq; singulis sua redderẽtur insignia. De musarũ officio vide Diodorum libro quinto, & Ciceronem libro tertio de natura deorum.

¶ Gratiæ tres.

Pasithea Egyale Euphrosyne

QVas vocamus Gratias Latinæ, Græci Charites vocãt. Hesiodus posuit Aeglen, Euphrosynen & Thaliam. De his Mantuanus. Properate sorores Gratiæ ab Orchomeno, tu primum Aglaia decoro Letitiã prẽte ore ferens, tecumq; Thalia Cincta sacrum viridi strophio caput, Euphrosyneq; læta genas, Læta os roseũ vaga lumina læta. Homerus vnã ex his Pasitheã vocat. De Euphrosyne Baptista Pius. Gestibus Euphrosyne, blãdus amos oculis. pingunt aũt facie virginũ, hilari vultu, vestibus lucidis & fluẽtibus, Itẽ vt iuuenes, manibusq; cõplexis seipsas inspicientes. Inducunt a poetis saltãtes verno tempore. Vnde Horatius. Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede. Politianus in Rust. In medijs resolura comas, nudata papillas Ludit, & alterno terram pede gratia pulsat. De Pasithea Statius lib. 2. Pheb. Non hoc Pasithea blandarum prima sororum. Fingũtur Iouis & Eurynomes fuisse filiæ & Veneris pediſſequæ. De his vide Cœliũ Ca. 2. lib. 12. & Volaterranum in Philologia.

¶ Sibyllæ decem.

Persica	Libyca	
Cumæa	Erithrea	Samia
Cumana	Hellespontia	Phrygia
Tyburtina	Delphica	

FVerunt primis seculis puellæ vaticinio spiritu affiatæ & futura præsagientes: quas Sibyllas dixerunt. Decem autem scribit fuisse Varro. Cumana proprio noie vocatur Amalthea, a Virgilio Deiphobe. Tyburtinam veteres Albuneam appellarunt. De Cumana loquitur Tibullus libro secundo dicens. Hæc dedit Aeneæ sortes, postquam ille parentem Dicitur & captos sustinuisse lares.

¶ De noibus Sibyllarũ meminit Mãtuan⁹ ĩ Maria scribẽs. Disparitas facit ista fidem, nã Persica primum
Hæc cecinit, post hanc Libycæ telluris alumna,
Delphicaq;, & Cumas veniens a Chalcide virgo,
Antiquumq; trahens cognomen ab æquore rubro,
Et Samia, & regi quæ terna volumina Prisco
Attulit, angustæq; fretum quam nominat Helles,
Et Phrygio nutrita solo, quæq; ardua tecta
Tyburis, & magnæ coluit iuga proxima Romæ.

Politianus in Nutricia quasdam enumerat his verbis.

Quin & veteres prompsere Sibyllæ
Carmen, Amalthea, & fati Marpesia diues.
Herophileq; idæa genus, prædoctaq; Sabbe,
Demoq;, Phygoq;, & veri gnara Phaennis
Et Carmenta parens, & Manto, & Pythia longos
Phæmonoe commenta pedes, & filia Glauci.

Deiphobe. Sed hæc forte noia sunt aliarum Phœbadum, Herophile ex Ioue & Lamia Neptuni filia genita est. Prædixit excidiũ Troiæ & Helenæ raptum. Lactantius scribit Amaltheã eãdem esse cũ Herophile seu Demophile. Quoium vaticinia volũt cognoscere, videãt Lactantium.

¶ Noia quarundam fœminarum illustrium.

¶ Hecuba vxor Priami, Andromache Hectoris, Creusa Aeneę, Arthemisia Mausoli, Monyma Mithridatis, Ersilia Romuli, Herpilida Aristotelis, Hipsicrathea Mithridatis, Amastrix Xerxis, Hermodice Midæ, Semiramis Nini, Fundania Varronis, Plotina Traiani, Cassandane Cyri, Atossa Darij, Sarra Abrahæ, Penelope Vlyssis, Dido Sichæi, Portia Bruti, Poppea Neronis, Eurydice Orphei, Pyrrha Deu-

calionis. ¶ Pirithione mater Platonis, Ceres Proserpinæ, Agrippia Neronis, Alcmena Herculis, Veturia Coriolani, Olympias Alexándri, Helena Constãtini, Critheis Homeri, Beronice Ptolemæi Philadelphi, Ilia Romuli, Elbia Ciceronis, Aurelia Iulij Cęsaris, Alcimede Iasonis. ¶ Cassandra filia Priami, Hesione Laomedontis, Helena Lædæ, Musæ Iouis, Poserpina Cereris, Aegina Aesopi, Andromeda Cephei, Ariadna Minois, Hipermestra Danai, Niobe Tantali, Polixena Hecubæ, Deidamia Lycomedis, Europa Agenoris, Hypsiphyle Thoantis, Ino Cadmi, Lauinia Latini regis, Maia Atlantis, Antigona Iocastæ, Manto Tyresiæ, Vesta Saturni, Direptis Mithridatis, Dionassa Lycurgi legumlatoris. ¶ Semiramis regina Assyrioꝝ, Camilla Volscorum, Nicaula seu Saba Aethiopũ, Athalia Hebræorũ, Thomyris Scytharũ, Hester Persarũ, Cleopatra Aegypti, Zenobia Palmireoꝝ, Amalasuntha Gothoꝝ, Theolinda Longobardoꝝ: Radegundis Franciæ, Cassiope Aethiopũ, Harpalice Amazonũ, Hippolyte Magnesiæ, Teuca Illyrioꝝ. ¶ Item Minerua, Rhea, Iuno, Isis, Diana, Delbora, Medea, Nicostrata, Penthesilea, Sappho, Iudith Hebræa, Lucretia, Chœlia, Irene imperatrix, Ioãna Gallica, Briseis, Phyllis, Dirce Erigone, Iuturna soror Turni, Oenone amica Paridis, Amazones oẽs, Sibyllæ, poetriæ, Atalãta venatrix, Nyssa. Scribonia, Victoria, Elpinice, Faunia, Hiparetha, Locris, Macaria, Metella Myrrha, Nycia, Olbia, Papyria, Perictoria, Phestias, Phila, Phitais, Sandane, Seruilia. Sophonisba, Stratonice, Terẽtia, Testa, Tymea, Timoclia, Nausica, victorina, Sisigãbis, Cæcilia, Panthea, Phedalia, Thargelia, Mammea, Theodora, Phya, Nitocris, Euryale, Hiera. Sunt & aliæ prope infinitæ, quoꝝ nuda nomina crescerent in volumen. Non ego cõmẽtarium hac in re volui contexere, cũ quod esset operis prope infiniti, tum etiã ne alienis vestigijs insisterem. Nã hoc iam negocium præmoliti sunt, Boccatiº & aliquot alij. Si cui videbor inaudita cõfinxisse nomina, legat Plutarchi vitas. Reperiet eorũ (quæ videntur inusitata) partem non modicam.

¶ Stroza pater illustres quasdam fœminas sequentibus verbis enumerat.

Magnanimam Tomyrim, fortem propone Camillam,
Et subeat menti Penthesilea tuæ.
Adde & Amazonias reliqua de stirpe sorores,
Respice Carmentam, respice Penelopen.
Vlta nephas animo, propriaq; Lucretia dextra,
Inuicto occurret clara pudore tibi.
Atrapidum nando transmittere Chlœlia Tybrim,
Ausa, suis animis præmia digna tulit.
Quid te commemorem vestalis Claudia virgo,
Qua stetit attoniti vindice fratris honos?
Quis ve tuum dignis nomen Cornelia tollat
Laudibus? aut animum Portia castra tuum?
Quis te prætereat generosi pectoris Hester,
Non bene damnatos protinus vlta Syros?
Quis ve Palęstina genitam te stirpe virago,
Spem taceat patriæ subsidiumq; tuę?
Si fortasse petes exempla recentia, nonne
Cognita perpetua laude Mathildis erit?
Sponte opibus spretis regnum Violanta reliquit,
Seq; sacri sociam maluit esse chori.

¶ Mulieres bellicosæ & masculæ virtutis.

1	Penthesilea	11 Ioãna Gallica	21 Margarita
2	Camilla	12 Artemisia	22 Gaditanæ
3	Cleopatra	13 Amazones	23 Germanæ
4	Helerna	14 Atalanta	24 Bellouacæ
5	Candace	15 Thomyris	25 Lesbia
6	Semiramis	16 Delbora	26 Amalasuntha
7	Hippolyte	17 Hasbite	27 Maria puteol.
8	Zenobia	18 Tyburna	28 Bona Longob.
9	Hypsicratea	19 Teuca	29 Arabicæ
10	Valasca	20 Lacænę	30 Titula

PEnthesilea Amazonũ regina, muliebrẽ aspernata mollicię operibus semper (q̃ viꝛ decent) innutrita ẽ. Troianis fauit contra Græcos, fuitq; vexillifera & turmas equitũ

duxit. Propertius libro tertio Ausa ferox ab equo quondã
oppugnare sagittas Mæotis Danaum Penthesilæa rates,
Aurea cui postquã nudauit cassida frontem, Vicit victorem
candida forma virum. Virgilius libro primo Aeneidos.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.
Penthesilæa furens, mediisq; in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.
Pamphilus. Non probo peltatas inter quæ tela cateruas
Hectore sub forti sanguinolenta tulit.

2 ¶ Cunabula Camillæ Voscorum reginæ manifestum futu
rę virtutis lumen promiserunt. Nam ab ipsa iam tum ifan/
tia, nõ molliculis iuoluta ẽ pãnis, nona blãdiẽtib⁹ nutricu
lis educata, sed a patre Metabo in mediis syluarũ latebris
ferio lacte pasta ẽ. Relictis demũ crepũdijs paulo puellior
facta neq;, tractãdis ifuecuit lanis, nec fusos aut pẽsa manib⁹
accepit, sed ferinis amicta pellib⁹ fundas cœpit circũagere,
cõplicare arc⁹, sagittas torq̃re, ceruos & capreas lassare cur
su. Cui virtuti adiecit studiũ virginitatis. Orto demum iter
Turnum & Aeneã bello, Rutulis adhæsit, fuitq; ductrix co
piarũ. Quã eius virtutẽ Virgilius i fine septimi sic describit.
Hos super aduenit volsca de gente Camilla
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.
Bellatrix, non illa colo, calathis ve Mineruæ
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuq; pedum præuertere ventos.
Illa vel intacte segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

3 ¶ Cleopata Aegypti regina Dionysii Auletis filia, cum
mortuo iam Cæsare Antonium lasciuientibus momordis/
set oculis, & in amorẽ sui pellexisset, præter Syrię & Ara/
biæ regnum ausa est Romanum quoq; imperium sperare.
Cum ergo magis ac magis in dies crescereț libido, impe/
rium ipsum ab Antonio petere non dubitauit. Quod cum

exorasset, sumptis cũ eo armis, in Augustũ eiusq; generis
Aggrippã copias duxit, mouitq; bellũ, cui⁹ fortuna anceps
aliquãdiu pepẽdit. Victis ad extremũ Antonianis effrenata
mulier cecinit receptui, ac se in pedes dedit cum adultero.
Quos secutus victor August⁹ ita oppressit, vt neglecta pacis
cõditione Antoniũ ad inferẽdã sibi mortẽ cõpulerit. Quo
extincto vbi nullũ rebus afflictis subsidiũ vidit Cleopatra,
brachiũ Aspidi mordendũ prębuit, ne in triumphũ captiua
raperetur. De hac Propertius lib. 3. sic inquit.
Scilicet incesti meretrix regina Canopi.
Vna Philippæo sanguine adusta nota,
Ausa Ioui nostro latrãtem apponere Anubim,
Et Tyberim Nili cogere ferre minas.
Romanamq; tubam crepitanti pellere sistro,
Baridos & contis rostra liburna sequi.
Fœdaq; Tarpeio Conopea tendere saxo,
Iura dare statuas inter & arma mari.

4 ¶ Helerna Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regna/
uit, præfuitq; viris sine viri auxilio.

5 ¶ Apud Meroem quoq; principata est Candace regina, &
imperauit Aethiopum genti.

6 ¶ Semiramis regnãdi libidine tota pruriens petiisse fert a
marito Nino, vt quinq; dies tm̃ imperaret, & sceptro vte/
retur. Quod cum exorasset, satellitibus iussit, Ninum vt in
terficerent. Hoc itaque modo regnum consecuta, Assyriis
tantisper dominata est, dum a Nino Iunore filio interfecta
sit, quod eius concubitum rogasset. Eadem muros Babylo
nis condidit, aut a Nitocri regina conditos auxit & condi/
dit. De hac Mantuanus lib. 3. de Calami. Rex erat Assyriis
Ninus, atq; Semiramis vxor, Extincti post fata viri victrici
bus armis Protulit imperii fines, per Bactra per Indos.

7 ¶ Hippolyte Amazonũ regina cum instar cæterarũ bello
insuescerent, ausa est arma capere in Theseũ, a quo expugna
ta & in vxorẽ ducta est. Propertius, Felix Hippolyte nuda
tulit arma papilla, Et texit galea barbara molle caput.

8 ¶ Zenobia Palmireoq; regina post mortẽ Odenati mariti

sui imperiū arripuit in Syria, Nec dubitauit arma capere in Aurelianū imperatorē, a quo victa & in triūphū ducta est. Cum aūt ꝓbro daret ipsi Aureliano, quod de ea triūpharet, Nihil inquit me pudet de fœmina triūphasse, quæ virtute plusq̄ virili sit prædita. Pontanus. Qualis & Aethiopū quondā sitientibus aruis. In suluū regina gregē sese armat, & audet Sola pedes sese irato obiectare leoni, Insigniq; arcu, & duplici Zenobia telo. De eius bellica virtute abūde meminerūt Flauius Vopiscus & Trebellius Pollio.

9 ¶Hypsicratea Mithridatis cōiux in oī bellorū discrimine adiutrix astitit marito. Quinetiā capillos sibi rasit, ne feren dę galeæ essent impedimēto. Plutarchus in vita Pōpeii.

10 ¶Valasca Bohemoꝝ regina facta cum cæteris mulieribus coniuratione de excutiendo viroꝝ principatu, copiarū du ctrix bellum mouit, interfectisq; viris fœminas oēs asseruit in libertatē, Adeo vt amazonum instar multos annos principatæ sint sine viris. Volaterranus in Geographia.

11 ¶Regnante apud Gallos Carolo septimo cum Angli oīa populabūdi passim irrūperent, & iam ꝓspero fortunæ Zephyro adiuti nihil sibi non pollicerent, desperatis Gallorum rebus adfuit Ioāna magni spiritus virguncula, quę attritos Gallos animans ad vltionē & libertatis gloriā, prima belli cāpum ingressa, nō prius suos hortari & ipsa certare desiit, quā hostē in fugā verterit reportata victoria.

12 ¶Artemisiā reginā Cariæ, & Mausoli ꝓiugē mirātur Græci, qd' irruētes Rhodios classe exuerit, insulā q̄q; domuerit erecta in vrbe statua, q̄ ciuitati stigmata videret inurere. Herodotus ad hūc modū de ea scribit. Vexꝝ (inquit) Artemisiæ ꝓcipua me tenet admiratio, mulieris expeditionē aduersus Græciā secutę, q̄ defuncto viro nulla adacta necessitate, sed ꝓstātia animi atq; virilitate in militiā cōcessit. Nomē ei erat Artemisiæ Lydami filiæ, Paternū genꝰ ex Halicarnasso, maternū ex Creta. Hæc Halicarnassæis & Cois, & Nisyriis, & Calydniis qnq; cū nauaribꝰ venit oī copia instructis.

13 ¶Vulgata est & nota Amazonum virtus, quæ reiecto virorum & principatu & cōmertio solæ sibi imperauerunt, suamq; libertatem armis defenderunt.

14 ¶Atalāta venatrix fuit Arcadica, vibrandis iaculis & arcubus complicandis assuefacta, quæ inusitatæ magnitudinis aprum vniuersæ formidolosum Aetoliæ prima aggressa ē & vulnerauit vna cū Meleagro. Pontanus lib. 3. de Stellis de hac puella, de eiusq; virtute sic meminit.

Qualis in Aetolum campis Mealeagria virgo
Strauit aprum, primamq; manu strigente sagittam
Intorquens, ausa est spumanti occurrere monstro.
Mox læta & spoliis, famosa & cęde superba.

15 ¶Thomyris Scytarū regia potētissimo Persarꝝ regi Cyro, bello cōgressa ē, ipmq; & vita & castris spoliauit ad vlciscē dā filii mortē, quē ille ꝑus occiderat. Author Herodo. li. 1. vbi nō Scytarꝝ reginā sed Messagetarū vocat. Scytas aūt ꝑ Massagetis intelligi docet Strabo libro vndecimo.

16 ¶Delbora mulier bellatrix, imperauit Israelitis, quos ab incursionibus vicinoꝝ plerūq; rutata est, quorumq; rēp. & imperium variis auxit honoribus.

17 ¶Virtutē Hasbites fœminæ bellis exercitę fit describit Syl
Hæc ignara viri, vacuoq; assueta cubili (lius li. 1.
Venatu & syluis primos defenderat Amos.
Non calathis mollita manus, operata ve fuso.
Dyctinnam, & saltus, & anhelum impellere planta
Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat.

18 ¶Idem libro secundo ait Tiburnā Sagunthinā fuisse fœminam Murrhi vxorem, & bellatricem.

19 ¶Teuca Illyricorum regina, viris fortissimis imperauit, & Romanorū vires fregit sæpenumero. Fuit Argonis vxor, De hac Plinius, & Florus meminerunt.

20 ¶Lacenę mulieres viroꝝ obibant munera, sese in gymnasio, in bello, in venatione exercentes. Hę cum viris in certamen aduersus Messenios fortiter descenderunt.

21 ¶Margarita Henrici sexti Britaniæ regis coniux aciem vi ri deficientem restituit.

22 ¶Gaditanę mulieres, a partu statim surgunt, ministeriaq; domus obeunt.

23 ¶Olim Germanorum mulieres, inclinatã aciem, & iam ad Triarios vrgentem restituerunt.

24 ¶Bellouacæ mulieres a Carolo Burgundioꝝ duce longa obsidione fatigaræ, mœnia defenderunt, & obsessorẽ e scalis in fossas vrbis detruserũt, reportatis ad suos vexillis.

25 ¶Lesbia puella murorum parte machinis Turcarum deiecta, oppidanis fugá aut deditionẽ meditantibus salutẽ peperit. Obtulit enim se primã impetui & iaculis inimicorũ pro tutandis ipsis muris.

26 ¶Amalasuntha Gothorũ regina principata est apud Rauennam, Burgundiones & Alemanos Liguriã populantes Italia pepulit, adiuuante Theodato, quem regni cõsortem susceperat. Voleterranus.

27 ¶Maria Puteolana a Puteolis Cãpaniæ vrbe nomen adepta, bellica virtute maxie floruit ætate Frãcisci Petrarchæ. Erat laboꝝ apprime patiẽs ab ipsa, iam inde adolescentia. Abstusebat vino, Erat parca cibi & verboꝝ. Reiiciebat colos, pensa, fusos, & lanas, & cætera q̃ muliebrẽ decẽt molliciem. Gaudebat armis, iaculis, pilo, galea, scuto. Noctes perpetuas q̃q; vigilabat, nec dormiebat nisi coacta idque sub dio. & humi, reclinãs caput in secutũ pro puluinari. Inter armatos versabatur. Quod q̃uis ipudẽtię speciẽ p̃ferat, nihil tñ vehemẽtius curauit, quã studiũ virginitatis, in qua permansit ad mortem vsq;. Cultum corporis aspernabat. quibus artibus bellicosa admodum facta est.

28 ¶Bona Longobarda bellatrix itidem puella floruit anno domini. 1468. Nupsit Brunorio Parmensi egregio bellatori. A teneris annis lustrabat syluas venatricibus stipata canibus, Maritum in omni discrimine comitabatur. Quẽ cum Alphonsus rex Siciliæ aliquando certa de causa in vincula cõiecisset, miserta captiui fœmina ad diuersos principes in instar Pegasarii cursoris cucurric, vt ab eis literas & patrocinium obtineret pro viri salute, quod obtinuit.

29 ¶Arabicę mulieres suos maritos ad bellum comitantur. iisdẽq; armis accinctæ, eidẽ piculo vitã exponũt. Pontanus lib. 1. de amore coniugali. Felices Arabum gentes, quibus

vxor in armis Astat, & audaci strenua ferẽ equo. Illa sudes, hastãq; viro, iaculumq; ministrat, Adiuuat, & nulli non fauet ipsa loco, Cõmunisq; vtriq; labor, fortunaq; belli, Atq; idem casus, vitaq;, morsq; manent.

30 ¶Cum Latini & Volsci iunctis copiis impetum fecissent in Romanos, petiissentq; siue ad quærẽdam belli occasionẽ, seu ad suæ prolis incremẽtũ dari sibi ingenuas ad cõnubia virgines, ancilla quædam Romana noie Titula, vel (vt qui dam scribunt) Philotida primores vrbis monuit, vt se reliquasq; ancillas in morem nobilis sponsę ornatas, eas maxime, quæ amabili forma & liberali essent aspectu, ad hostes mitterent, testata se curaturã vt ea res male verteret inimicis. Eius cõsilio cũ principes vrbis paruissent, vna cũ reliqs puellis in castra inimicoꝝ profecta est, vt facinus egregiuꝫ, & maius quã vt a fœmina factum credatur, ausa est moliri. Cum enim vidit Latinos iam periculi securos, viuos sepultos & somno stertere, dormientibus gladios subduxit. Deinde altissimam conscendens arborẽ, Romã versus, vt cũ principibus conuenerat, inflámatã facem intendit. Quo signo Romani paratũ & excubãtẽ exercitũ adducẽtes, dormientẽ hostem adorti sunt, multisq; interfectis beneficio puellæ victoriã cõsecuti sunt. Plutarchus in Camillo.

¶Amazones.

Harpalice	Artemisi	Molpodia
Antianyra	Hippolyte	Thomyris
Antiopa	Orithya	Myrina
Lampedo	Thalestris	Marthesia
Minythia	Allæa	Strongylios
Harpe	Eribie	Euryale
Parthoe	Archenis	Philippis
Phœbo	Menalippe	Cœleno
Penthesilæa		

AMazones Scythicę fuerunt mulieres ad Tanaim & Thermodoonta fluuios habitantes. Vñ Claudian⁹. Thermodoontiaca Tanaim fregere securi. Syllius lib. 8. Perstrepit & tellus, & Amazonius Themodon, Hę cũ

33 ¶ Pompeius magnus Syllæ primũ partibꝰ adhęſit. Domitiũ expugnauit. De Iarba rege Mauritaniæ triũphauit nõdũ patiẽtibus annis. Cõtra Sertoriũ in Hiſpaniã ꝓfectꝰ Metelli copijs ſe ꝓiungens, eũ cũ tota factiõe ſuſtulit. Piraticũ bellũ tribus ꝓfecit menſibus. Triũphauit de Mithridate rege Ponti. Tigranẽ vicit regẽ Armenię, quẽ tñ ad genua ſua ꝓuolutũ regno reſtituit. Iberos, Albanos, Iudæos debellauit capto eoꝝ rege Ariſtobolo, & in triũphum vna cũ filio Tigranis ducto. Reuerſus ex oriente triũphum egit biduo, Prænotatis victaꝝ gentium titulis. Ad extremuꝫ verſo fortunæ Zephyro victus a Iulio Cęſare in campis Pharſalicis, coactus eſt velut profugus ad Aegypti regem Ptolemæuꝫ ſe recipere, vbi hoſpitis (cui ſe commiſerat) perfidia iterfectus eſt. Author Plutarchus & Plinius.

34 Victor Pompeij Cæſar Galliam omnẽ decennio ſubegit, eamq; redegit in prouinciæ formam. Germanos ponte ſuper Rhenum fabricato maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt Britanos ignotos antea, ſuperatiſq; pecunias & obſides imperauit. Macedoniam tranſgreſſus, Pompeium p. 4. pene mẽſes maximis obſeſſum operibus ad extremũ Pharſalico prælio fudit, & fugientẽ Alexandriã perſecutus occiſum vt deprehendit, cum Ptolemæo rege bellum difficillimum geſſit. Victor Aegypti regnum Cleopatræ, fratriq; eius minori permiſit. Ab Alexandria Syriam, & inde Pontum tranſiit vrgentibus de Pharnace nũcijs, quem Mithridatis magni filium multis iam ſucceſſibus præferocẽ intra quintũ (qua affuerat diem) vna profligauit acie. Dehinc Cornelium Scipionem Pompeij ſoceꝝ & Iubam reliquias partium in Africa refouentes deuicit, & Pompeij liberos ĩ Hiſpania. Confectis bellis quinquies triumphauit. Primũ

triumphum egit Gallicum ſequentẽ Alexãdrinũ ex victo, & interfecto Ptolemæo. Huic proximũ Africanũ ex Iuba debellato. Deinde Ponticum de Pharnace. Nouiſſimũ, Hiſpaniẽſem de Pompeii liberis. Reflante demũ Fortuna, cũ optimatiũ partibus eſſet formidoloſus, Bruti, Caſſii, & aliorum cõiuratione, tribus & viginti vulneribus in ſenatu cõfoſſus eſt. Suetonius, & Plutarchus.

35 ¶ M. Antonius Triumuir interfecto Cæſare fœdus cũ Lepido, & Auguſto cõtraxit. Brutũ & Caſſiũ Cæſaris interfectores vicit in Macedonia. Profectus in Aſiã multos in oriẽte reges debellauit. Antigonũ iudæoꝝ regẽ ſecuri pcuſſit. Phaati Medoꝝ regi congreſſus, cum victor euaſiſſet, victũ ad Araxem vſq; perſecutus eſt. Armenię regem, Alexãdriã duxit in triumphũ. Cum ergo vidit ſe poſitũ in gremio luxuriantis fortunæ (in quo parum ſibi cauet mortalitas) delitiis captus incidit in amorem Cleopatræ, quã repudiata Octauia Auguſti ſorore ſibi copulauit. Hinc orta fax belli ciuilis. Hinc Auguſti nata indignatio, cui apud Actium congreſſus & ad extremum victus, profugit in Alexandriam, ibiq; gladio ſe confodit. Ex Plutarcho.

36 ¶ Atilius Regulus cõſul, fuſis Salẽtinis triũphauit, primꝰ Romanoꝝ ducũ in Africam claſſe traiecit. Quaſſata Almilcaris claſſe naues longas. 63. oppida. 100. ac totidẽ hominum millia cepit. In Africa portẽtoſę magnitudinis ſerpentem occidit. Captus demũ inſidiis Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis, miſerabili exitu ab inimicis enecatꝰ eſt.

37 ¶ C. Acilius Cæſaris miles nauali ad Maſſiliã prælio, iniecta in puppim hoſtiũ dextra, & obtrũcata eã læua apprehẽdit. Nec ante dimicare deſiit, quã captã, pfundo mergeret, Athenięſeꝫ illũ Cynegirũ imitatꝰ, q icóſectãda Xerxis claſſe, idẽ legiť feciſſe. Authores Suet. Plut. & Herodo. lib. 6.

38 ¶ Acilinus Beliſarii miles ſolus ad portam Pintianam Gothorum repreſſit impetum. Author Procopius.

39 ¶ Furius Camillus Faliſcos obſedit. Veios decennali obſidiõe domuit, Gallos Senones Roma pepulit, eiſq; vexilla Romanoꝝ exorſit. Quinto dictator Celtas iterũ Romam

petentes ad Anienem fluuiũ ſupauit. Liuius & Plutar.

40 ¶M. Curius Dentatus triũphauit de Samnitibus, Iterum de Sabinis. Tertio de Lucanis ouans vrbem ingreſſus eſt. Pyrrhum Epirotarum regẽ ex Italia pepulit, Legatis Samnitum aurũ offerentibus reſpondit ſe male imperare aurũ habentibus, quam accipere. Sabellicus. De Pyrrho ab Italia per Curium fugato. Claudianus, Sublimi certe Curium canit ore vetuſtas, Aeaciden Italo pepulit q littore Pyrrhũ. Idem. Plus fuga laudatur Pyrrhi, quá vincla Iugurthæ. Idẽ Plena datur Curio pulſi victoria Pyrrhi.

41 ¶T. Q. Flaminius eius Flaminii filius (q ad Thraſymenum Annibali inauſpicate cõgreſſus cecidit cũ exercitu (Philippũ Macedonię regẽ plio fudit, caſtris exuit. Theſſaliá iuuá tibus Aetolis, & Acarnanibus vexauit. Ciuitates (quæ ſub trium obſidem accepit, quẽ poſtea pecunia mulctatũ in regnum reſtituit. Nabin Lacedæmoniorũ tyrannum ſubegit. Legarus in Græciá contra Antiochũ, & Aetolos ad confirmandas in fide Romanorũ ciuitates miſſus eſt. Plutarchus.

42 ¶Tirus Sempronius Gracchus Gracchorũ pater Celtiberos in deditionẽ accepit, prætor Galliam domuit. Subiugauit Sardiniá, cuius incolas plurimos expoſuit venales. Liuius.

43 ¶Manlius Capitolinus ob Capitolium a Gallis defenſum nomen ſortitus annos. 16. natus militem volũtariũ ſe obtulit, Militaribus donis. 37. a ſuis ducibus donatus eſt. Cicatrices habuit, 33. in corpore. Plinius.

44 ¶M. Claudius Marcellus (Gallos qui ſe Inſubribus iunxerant) iuxta Padum vicit interfecto eorũ duce Viridomaro. Annibalem inuictiſſimum ducem primus apud Nolam ſtimine Pœnum Cõpreſſit Fabius campo poſt auſus aperto Marcellus vinci docuit. Contra Syracuſas pfectus, triẽnio vrbem oppugnauit. Tandẽ interfectus eſt ab exercitu Annibalis apud Venuſiam. Authores Plutarchus & Liuius.

45 ¶C. Marius ſepties conſul Iugurtham captum in triumphum duxit. Cimbros in Gallia, Teutones in Italia oppreſſit, deq; his triumphauit. Apuleium, & Glauciam prætores ſeditioſos interemit. Syllá victum coegit Minturnis delitescere inter paludes. Spiculatorẽ Gallum ad inferendam ſibi mortem miſſum, vultus maieſtate deterruit. Plutarchꝰ. De Teutonibus & Cimbris per Mariũ triũphatis, Claudianus. Hæc & Theutonico quondam patefacta furori Collo cate nati vidit ſqualentia Cimbri.

46 ¶Porſena rex Ethruſcorum dum Tarquinios in vrbem reſtituere tentans ianiculũ cepiſſet, Horatius Cocles p ponte ſublicio ſtetit, ſuſtinuitq; hoſtilem impetum, donec pons a tergo frangeretur, quo cum in Tyberim decidit. Liuius li. 2. Vnde Mantuanus. Ipſa quoq; armatum docuit tranſmittere Coclem, Flumen & exciſis excludere pontibus hoſtẽ. Sabellicus. Quicq; ſibi pontem paſſus poſt terga reuelli, Ipa licet contra ſtaret Ethruſca phalanx.

47 ¶Scipio Africanus annũ agens. 17. principio ſecundi belli punici ductus in caſtra, circũuentũ ab hoſtibus patrẽ liberauit. Poſt Cannenſem cladẽ, cũ iuuẽtus de relinquẽda Italia cogitaret, ipſe gladio ſupra capita erecto iurare ſingl'os coegit ſe nõ relicturos patriá. Mortuo in Hiſpania pre, cũ oẽs id bellũ refugerẽt, ſpõte ſe obtulit natus annos. 24. vbi Carthaginẽ nouá vno die expugnauit. Aſdrubalẽ ſupauit. Maſaniſſæ nepotẽ in bello captũ auo remiſit. Syphacẽ regẽ vi cepit. Annibalẽ ex Italia accerſitũ ſuperauit, Carthaginẽq; Romanis fecit tributariã. Reuerſus Romã triũphauit. Conſul in expeditionem Aſiaticá, pfectus, oĩa ſuis auſpiciis rexit. Antiochũ ſub iugũ miſit. Accuſatus demũ quod prædã Aſiaticã non totá in ærariũ contuliſſet, Linternũ ſeceſſit in villã ſuã pertæſus ingratitudinẽ vrbis. Plutar. & Liuius.

48 ¶Scipio Aemylianus Pauli Aemylii filius Numantiã euertit, Carthaginem penitus ſuſtulit.

49 ¶M. Scæua Centurio Cæſaris in Gallia ſolus in acie reſtitit: Cum in hoſtes rueret, & iam telo femur trãſfixus eſſet, ptuſusq; caput ictu ſaxi, clypeo & galea deſectis, gladioq; fracto, duplici lorica munitus ſe in mare proiecit. Et cum natando pueniſſet ad ſuos. Parce (inquit) imperator. Arma

perdidi. Valerius de fortitudine. Tranqllus scribit eũ effosso oculo, trãsfixisq; humero & femore, ac clypeo cẽtũ & vigi ti foraminib⁹ terrebrato, castelli cõmissi portã nõ reliqsse.

50 ¶ Paulus Aemylius Aemylii Pauli consulis collegæ Terẽ tii Varronis filius, de Liguribus triũphauit. Perseum Mace doniæ regem cepit, demum in triumphum duxit. Procon sul in Hispania cum Vascetanis & Lusitanis aduerso marte pugnauit. Anno tamẽ sequenti Lusitanos fudit cæsis ex eo rum exercitu. 18. millibus. Captis vero. 3300.

¶ Aurelianus imperator irrumpẽtes in Italiam Sarmatas bello fudit, e quibus vno die octo & quadraginta sua ma nu interfecit. Zenobiam quoq; Palmytæ reginam in triũ phum duxit. Profectus in Galliam Tetricum subiugauit, Mox in Aegyptũ traiiciẽs, regionẽ pacauit, sublato Firmo factiones ibidem suscitante. Romam postremo reuersus de his omnibus triumphauit. Flauius Vopiscus.

51 ¶ Iustinianus imperator Persas domuit. Vandalorum gen tem deleuit. Africam Romano imperio totã restituit. Go thos iterum in Italiam irrumpentes fudit. Mauros Africaq; infestãtes cum Athila rege subiugauit. Quę magna ex par te auspiciis Belisarii gessit. Propter tot victorias dicebatur Alemanicus, Gothicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus. Vi de Paulum Diaconum lib. 18. rerum Roma.

52 ¶ L. Sicinius Dentatus pp ingentẽ fortitudinem Achilles Romanus vocatus est. Pugnauit in hostẽ. 120. præliis Cica tricem auersam nullã, aduersas. 45. tulit. Coronis datus est aureis. 8. Obsidionali vna, Muralib⁹ tribus, Ciuicis. 14. Tor quibus. 83. Armillis plus centũ, & sexaginta Hastis. 18. Pha leris itẽ quinquies, vitlesq;. Triũphauit cum imperatoribus suis triũphos nouẽ. Author Plinius & Gellius.

53 ¶ M. Sergius (vt scribit Plinius) secundo stipendio dextrã manum perdidit. Stipendiis duobus, ter & vities vulnera gus. 20. mensibus nullo non die in cathenis, & cõpedibus custodit⁹ Sinistra manu sola quater pugnauit, duob⁹ equis insidẽte eo suffossis. Dextrã sibi fecit ferream, eaq; religata

præliatus est. Cremonam obsidione exemit. Placentiã tu tatus est. Duodena castra hostium in Gallia cepit. Vicit eriã Fortunam. Huius rei testis est etiã Solinus, & Pontanus de Fortitudine bellica.

54 ¶ Cornelius Tacitus prodit Vespasianũ consuesse anteire agmen. Locum castris capere, cibo fortuito, veste habituq; vix a gregario milite discrepante, legiones habuisse exer citas bello. noctu stetisse in excubiis, milites strata gemati bus, dolisq; bellicis instruxisse.

55 ¶ Manlius Torquatus, Gallum prouocantem scuto, & gla diis duobus armatum, ornatumq; torque, & armillis, viri bus, adolescentia, magnitudine, & virtute antestantem cæ teris occidit, mortuo torquem detraxit, eamq; sanguinolẽ tem collo suo imposuit. Quo facto ipse posteriq; eius Tor quati cognominati sunt. Gellius cap. 13. noni libri.

56 ¶ Augustus imperator Cãtabros, Aquitanos, Rhetos Vin delicos, Dalmatas Romano subiecit imperio. Sueuos Cat tosq; deleuit, Sicambros in Galliã trãstulit Pãnonios sti pẽdiariis adiecit Getarę populos, Basternasq; lacessiros bel lis ad pcordiã impulit. Obsides accepit a Persis, creãdiq; re gis arbitriũ. Ad eũ Aethiopes, Indi, Scythæ, Garamãtes le gatos cũ donis miserũt, Bella ciuilia qnq; gessit Mutinẽse, & Actiacũ aduersus M. Antoniũ. Philippẽse in Brutum, & Cassiũ. Perusinũ aduersus L. Antoniũ Triũuiri fratrẽ. Sicu lũ aduersus Sextũ Popeiũ Cn. Põpeii filiũ in Bello Mutinẽ si, nõ modo ducis sed ẽt militis functus est munere. Nã aq; lifero legionis suę grauiter vulnerato, ipse aquilã humeris subiit diuq; portauit. Quod fuit argumentũ, & indiciũ ma gnæ fortitudinis. Ex Sexto Aurelio, Tranqllo, & Appiano

57 ¶ Probus imperator bello Sarmatico tribunus transmisso Danubio multa fortiter fecit Donatus est hastis puris qua tuor, Coronis vallaribus duabus, ciuica vna, vexillis puris quatuor, armillis aureis duab⁹, torq; aureo vno, patera vna librarũ quinq; ad rẽ diuinã. Põtan⁹ de Fortitudine bellica.

58 ¶ Sabellicus in Elegiis Romanos quosdam bellicosos his verbis enumerat.

59 Et quem deceptæ plectentem crimina dextræ
Cernere magnanimus Porsena non potuit.
Tercentum Fabios, assertoresq; Camillos
Nec quibus agnomen Africa terra dedit.
Non Catulos, Deciosq; duos, geminosq; Catones
Non capitolini nomina magna lari.
Nec taceat Cossum, nec te Marcelle relinquat,
Non Curios parcos, Fabriciumq; senem.
Tollat in immensum Syllam, Mariosq; feroces,
Pompeiosq; duos, Cæsareamq; domum.

60 ¶Gylippus vir Lacedæmonius bello strenuus, Athenienses multis bellis multisq; cladibus affecit. Tibullus libro. 4.
Non magni potior sit fama Gylippi.

61 ¶Pericles nouies victor pro patria tropheum statuit.

62 ¶Diomedes Tydei filius solus comitãte tñ Vlysse noctu ausus est irrũpere in castra & exercitũ Rhesi Thracũ regis. Claudianus in sextũ consul. Honorii. Nunc mihi Tyridem attollant carmina vatum, Quod iuncto fidens Ithaco. patefacta Dolonis Indicio, dapibusq; simul, religataq; sõno Thracia sopiti penetrauerit agmina Rhesi. Graiaque retulerit captos ad castra iugales. Ouidius i Epistolis. Ausus es o nimiũ nimiumq; oblite tuorũ Thracia nocturno tangere castra dolo, Totq; simul mactare viros adiutus ab vno.

63 ¶Sũt & alii pleriq; virtute bellica memorabiles, vt ex Troianis, Priamus, Aeneas, Hector, Paris, Deiphobus, Troilus. Ex Græcis Agamẽnon, Menelaus, Achilles, Aiax vterque, Patroclus, Vlysses, Nestor Diomedes. De Achille, Catullº. Nõ illi bello quisquã se ꝓferet heros. Horatius. Scriptor honoratum si forte reponis Achillẽ, Impiger, iracũdus, inexorabilis, acer, Iura neget sibi nata, nihil nõ arroget armis

64 ¶Bellicam Aeneæ virtutem Diomedes apud Virgilium libri vndecimi sequentibus aperit versibus.
Munera (quæ patriis ad me portastis ab oris)
Vertite ad Aeneam, stetimus tela aspera contra,
Contulimusq; manus, experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.

Si duo præterea tales idæa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud puræ cessatum est mœnia Troiæ.
Hectoris Aeneęq; manu victoria Graium
Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes prestantibus armis.

¶His addunt Adrastus rex Argiuorũ, Agesilaus, Brennus. Cambyses, Catilina, Cimon Atheniẽsis, Crœsus, Euander, Iugurtha, Iason, Hercules, Pacorus rex Parthorũ, Perseus, Theseus, Pyrithous, Pyrrhus Achillides, Tideus, Thrasybulus, & alii pleriq;, poetarũ carminibus cantatissimi.

¶Fortissimi fortitudine corporea.

1	Herilus	16 Taurea Iubelli⁹	Vffo
2	Gratianus	17 Tritanus	Fresicus
3	Cleomedes	18 Agatho	Starcatherus
4	Milo	19 Tideus	31 Amelongus
5	Titormus	20 Seleucus	32 Odenatus
6	Cacus	21 Firmus	33 Smerdis
7	Monychus	22 Maximinus	34 Dioxippus
8	Rhœtus	23 Aristomenes	35 Euthymus
9	Scinis latro	24 Fusius Saluius	36 Carolus magnus
10	Turnus	25 Athanatus	37 Telamon
11	Iunius Valens	26 Atrilius	38 Peleus
12	Lysimachus	27 M. Serullius	39 Periclymenus
13	Polydamas	28 Bithon	40 Nestor
14	Sabinus Syrus	29 Cynegrius	41 Theseus
15	Sanson	L. Glaucus	42 Hercules
15	Scillis	30 Skyodus	43 Corbulo

EXPLANATIO.

VIrgilius libro octauo Aenei. fingit Herilũ tres aias habuisse, ter letho sternẽdũ fuisse. Nec aliã ob cãm (vt cõiicere est) quã pp inusitatas. & portẽtosas hominis vires. Sic autem loquitur Euander Maronianus.

Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi,
Nascenti cui tres animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat, terna arma mouenda,
Ter letho sternendus erat, cui tunc tamen omnes
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis.

2 ¶ Gratianus pater Valentiniani imp. funarius est appellatus, quod vænalicium funem portanti quinq; milites non possent extorquere. Sextus Aurelius.

3 ¶ Cleomedes Astypalæus Iacchum Epidamnium pugilē armatū vnico ictu inermis occidit, occisi latera aperuit, & iniecta manu eduxit intestina. Ob quā feritatē cū a iudicib⁹ in ius vocaret, per forū abiens, columnā (qua ludi literarii domus fulciebat) diiecit, eaq; ruina pueros oēs adobruit. Alii dicunt fugientem in Mineruæ templo arcam ingressum operculo se obtexisse, vbi nusquā repertus sit. Plutar. in vita Romuli, & Crinitus cap. 1. libri 15.

4 ¶ Milonem Crotoniatam (dum cōstitisset) nemo vestigio educebat, Malum tenenti nemo digitis poterat extorquere. Plinius. In Olympia bouem per stadium retēto anheli tu portauit, quem ictu pugni interfecit, & vno die integrū deuorauit. Cum aūt nimia neruorū fiducia arborem vellet diducere, brachiis hincinde constructis, & deficiente conatu retētus, lupis fuit præda. Iuuenalis Satyra decima. Viribus ille Confisus periit, admirandisq; lacertis. De Milone meminerunt Gellius cap. 16. lib. 15. Valerius de mortib⁹ nō vulgaribus, & Cœlius cap. 11. libri quarti.

5 ¶ Titornus Bulsequa fuit quispiam procero corpore viribusq; portētosis, cuius vires cum Milo vellet experiri, ille in Euenum descendens per magnum arripuit alpidem, quem ad se potraxit, & inde ppulit, bisq; & ter hoc ipsum effecit, postea erexit, erectūq; & humero impositu⁹ ad. 50. vlnas vexit. Hunc autem lapidem vix emouebat Milo. Aliud item roboris sui argumentum exhibuit Titornus. Maximi enim tauri pedem corripuit, furentemq;, & inde proripere se cupientem constantissime retinuit. Quod videns Crotoniates, O Iupiter inquit, an alterum nobis

proseminasti

proseminasti Herculem hunc? Cœlius Cap. 69. li. 11.

¶ Poetæ scribunt Cacum immanē fuisse latronē, Vulcani filiū, ignes & flāmas ore vomētē, q boues cauda raptos, inuersis vestigijs causa tegēdi furti in spelunca traxerit. Fabulant quoq; tam pdigiosis fuisse viribus, vt cauernā suā obice montis pstrueret. Oui. li. 1. Fast. Ille aditū fracti præstruxerat obice montis. Vix iuga mouissent quinq; bis illud onus. Nitit hic humeris (cœlū quoq; sederat illis) Et vastū motu collabefactat onus. Quod semel euulsum est, fragor ethera terruit ipsum, lctaq; subsedit pondere mollis humo⁹. Scribens demū eius cōflictū in Herculem, subiungit. Prima mouet Cacus collata plia dextra, Remq; ferox saxis, stipiti busq; gerit. Queis vbi nil agit, patrias male fortis ad artes Cōfugit, & flāmas ore sonāte vomit. Quas q̄ries pfiat, spirare Typhoea credas, Et rapidū Aetneo fulgur ab igne iaci.

7 ¶ Monychus nomen est Centauri, q arbores, & saxa pro telis iaculabatur. Lucanus lib. 6. Pharsa. Aspera te Pholoes frangentem Monyche saxa. Ouidius in Ibin. Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in auras. Iuuenalis Satyra prima. Quātas iaculet monychus ornos. ▽ Idem quoq; fingit de Rhœto Cētauro. Lucan⁹. Teq; sub Oethæo torquētē verti ce vulsas Rhete ferox (quas vix Boreas iuerteret) Ornos.

8 ¶ Scinis latro fuit ppe Corin hū, qui summas arbores in terrā cōplicabat, hisq; alligatos hoies discerpebat, truncis cū magno ipetu in aera laxatis. Ouidius in Meta. Occidit ille Scinis magnis male viribus vsus, Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto Ad terrā late spsuras corpe Pin⁹.

9 ¶ Quantę fuerint Turni vires, hoc licet arguere, quod singulari certamine Saxum antiquum ingens (campis quod forte iacebat Limes) in Aeneam contorserit. Authore Virgilio. Vix iliud lecti bis sex ceruice subirent. Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

10 ¶ Iunius Valens (qui in prætorio Augusti meruit) vehicula cum culeis sustinebat. Carpēta comprehensa vna manu retinebat contra nitentibus iumentis. ¶ Rusticellus mulū suum tollebat, inquit apud Plinium Varro.

11 ¶Lysimachus leonem (cui Alexandri iussu fuerat expositus) strangulauit arrepta eius lingua. Plinius.

12 ¶Græcorũ monumentis proditũ est leonẽ insolita magnitudine confectũ in Olympo monte a Polydamãte athleta inermi. Eũdẽ quoq; scribũt ĩ armẽta boum intrasse, vbi taurũ magnitudine insignẽ altero posterioꝝ pedũ arripuerit, ferocietẽq; , & ꝓbabido ipetu ꝓsilientẽ nõ dimiserit prius, q̃ in eiº manu vngulã reliquerit. Narrat ẽt quadrigas tota vi cõcitatas cõstãtissime retinuisse. Qua fortitudinis fama ꝓmotus rex Darius Artaxerxis filiº, virũ magnæ mercedis pactione Susa pellicuit. Eo cum venisset Polydamas, tres oium Persaꝝ fortissimos (qui vna ex ꝓuocatione arma susceperãt in aduersum) solus cõtrucidauit. Cui inusitato robori cõfidens dũ forte fortuna cũ aliquot alijs in spelunca recũberet ad mensam, cõuulsusq; supne scopulus ruinã minaret, & oẽs ad fugã impelleret, solus ibidẽ remansit fore sperans, vt saxũ decidẽs facile sustineret, quo tũ oppressus est. Pausanias apud Cœlium Cap. 16. libri septimi.

13 ¶Sabinus Syrus vir fuit memorandæ fortitudinis, qui tẽpore Titi Vespasiani primus Hierosolymæ muros ascẽdit. Iosephus lib. 7. belli Iudaici.

14 ¶Sanson mille quondã Philistæos asini maxilla iterfecit. Ligatº domũ cõcussit, ac diruit, eaq; ruina oppressit quãplurimos. Portas vrbis euellit. Capillis demũ a Dalida meretrice rasis, ĩ qbus robur fatale ꝓtinebat, venit ĩ hostiũ manus.

15 ¶Scillis Sicyonius classis Persicæ (qua Xerxes Græciæ bellum inferebat) anchoras natando vrinãdoq; præcidit. Pausanias apud Volaterranum.

16 ¶Taurea Iubellius Campanus vir fuit memoranda fortitudine, qui in castris Annibalis Claudiũ Asellium Romanũ ingenti hominem robore ad duellũ prouocauit. Idem capta a Fuluio Capua, vxorem, liberos, ac se postremo ante pedes imperatoris gladio confodit. Liuius lib. 16.

17 ¶Tritanº hostẽ exꝓuocatõe dimicãtẽ iermi dextra vno digito supauit, & postremo correptũ ĩ castra trãstulit. Pli. li. 7.

18 ¶Agatho vir fuit Athenis monstrosæ fortitudinis, & magnitudinis octo pedũ in ipsa etiãnũ adolescentia, vasta coma, hirsutis oculis, & iunctis, vt vnus ꝓpe videret, Læta facie, naso aquilino, cervice torosa, pectore vasto, cruribus brevibus & extrema incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis, frequens cũ apris, lupis, & tauris cartamẽ, quoꝝ vulnera ostẽtabat. Vescebat lacte asinino. Cratera sibi iussũ Herodis oblatũ respuit, dicens haud purũ eẽ, quod odore mulierbri offenderet. author Philostratus citãte Volaterrano.

19 ¶Tydeus Oenei Calydoniæ regis filius, cũ Mycenis moraret, neminẽ sibi viribus conferendum reperit, Missus ad Etheoclẽ legatº, Thebanos ad quodlibet certaminis genus ꝓuocauit, oiumq; euasit victor. Quod cũ ægre ferrent insidias in opportuno loco tetẽderũt. Cõstituerũt enim iuuenes oium fortissimos q transeuntẽ illac Tydeum interciperent, & obtruncarent. Quos oẽs tũ interfecit. Tortellius.

20 ¶Seleucus Nicanor Syriæ rex corpore fuit ingenti & robusto, adeo vt rauꝝ sylvestrẽ in Alexandri sacrificio elapso sese opponens, vtraq; manu tenuerit.

21 ¶Firmus imperator (quem Aurelius latronem Aegyptiũ vocabat) statura fuit ingenti, oculis promicantibus, capillo crispo, fronte vulnerata, fusco vultu, reliquũ corpº pilosus, & hispidus. Ita vt Cyclops vulgo diceret. Robore aũt adeo insignis, vt Triarium vinceret. Nam & incudẽ pectori superpositam, tundentibus fabris cõstanter pertulit, cũ resupinus, & in manus curuatus pẽdere magis videret quam iacere. Flauius Vopiscus, & post eum Crinitus.

22 ¶Legimus Maximum Imperatorem) qui Thrax fuit) appellatũ fuisse Milonẽ sui seculi, quod is hamaxas trahebret, Rhedam honestam propelleret, equo si pugnũ dedisset, dentes solueret, si calcem, crura frangeret, aliaq; item plurima perficeret, fidẽ vix capiẽtia. Author Capitolinus.

23 ¶Aristomenes Messenius solus. 300. Lacedæmones occidit. Tandẽ vulneratus, & captus pœnã p cuniculos subterraneasq; cauernas effugit. Iterũ captus, custodibus somno sepultus, accessit ad ignẽ, & lora combussit. Tertio captum cum Spartani dissecuissent, introspexissentq; qualis esset,

repertus est hirsuto corde. Author Plinius lib. 11. Cap. 37.

24 ¶ Fusius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidē manibus, & ducenaria duobus humeris contra scalas ferebat. Idem Plinius Cap. 20. lib. 7.

25 ¶ Plinius ait se vidisse Athanatum quendam prodigiosæ ostentationis, qnquagenario thorace indutū, corthurnisq; quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi.

26 ¶ Attilius, seu Acilius Cæsaris miles nauali apud Massiliā prælio hostilē ingressus puppim, abscissa dextra vmbonē sinistra retinuit, eousq; vultibus terrens, vt prostratis oībus nauē occuparit victor. Author Plutarchus in Cæsare.

27 ¶ M. Seruilius vir consulatis, tricies & vigesies in singulari certamine pugnauit, ac semper trucidauit hostem. Idem Plutarchus in Aemylio.

28 ¶ Bithon quidam (vt apud Cœlium testis est Pausanias) taurū humeris gestabat, cuius memorabilis & prodigiosæ fortitudinis indicem habuit statuam Argis.

29 ¶ Cynegyrus Atheniēsis in bello Persico magna ptinacia in cōsectandis hostibus vsus est. Nā & nauē onustā dextera manu tenuit, ea amputata sinistrā iniecit. Quam & ipsam cū amisisset, nauē mordicus arripuit, morsuq; retinuit furenti similis. Authores Trogus & Herodotus. Idem quoq; dicit accidisse Lucio Glauco viro Romano, vt vtrāq; amiserit manum, cū Asdrubalis nauem detinere voluisset.

30 ¶ Skyoldus, Vffo, Freficus, Starcatherus nomia sunt apud Saxonē Grāmaticū, hoīum magnis viribus, & magno robore p̄ditoꝝ, quoꝝ Skyoldus Lotheri Danoꝝ regis filius, cū ab adolescētia venandi studio flagraret, immanē (cui nemo audebat congredi) beluā subegit, quæ futurā in eo fortitudinem ominata est. Idē postea repertum miræ magnitudinis vrsum, & īsolitę grāditatis cingulo detinuit, socrisq; præbuit occidendū. Cōplures quoq; spectatæ fortitudinis Athletæ ab eodē superati sunt. E qbus Attalus & Scarus illustres fuere. Vffo maiore erat corpore, quam vt armis vti posset alienis. Oblatis cōpluribus gladijs, manu capulum stringens frustillatim singulos agitādo cōminuit. Nec erat

tanti rigoris gladius, quē nō ad primæ cōditionis motū, in varias partes effringeret, ac dissolueret. Author Saxo li. 4.

¶ Vbbo Freficus Haraldi regis miles, prer vndecim, quos in acie vulnerauerat, viginti quinq; delectorum, pugilum interfecit. Idē nemine propius cum ipso congredi audente, sagittis impetitus. 144. ictibus prius perforatus est, quam lapsis corporis viribus genua reclinaret.

¶ Starcatherus iam senex gemino cinctus ense, totidē baculis infirmam senectutē iuuabat. Cui cum populariū qdā illudēs, inutilē & supuacuū dixisset gladioꝝ vsum, ac propterea alterū sibi donari p ludibriū petijsset, iussum accedere spe petitionis Starcatherus gladio transuerberauit. Ad cuius facti vltionē, cum duo Hatheri milites magno equorum cōcursu aduolassent, vtrūq; occidit. Facti causam percontāti Hathero respōdit se semp pœnas ab irrisorib⁹ exigere solitum, nec vnq̄ impune sibi a procacibus insultatū.

31 ¶ Paulus Diaconus scribit Amelongū Romualdi Longobardorum regis militē, quendā Græcum equitantem, ictu baculi sella excussisse, & in aera supra caput suū leuasse.

31 ¶ Ferunt Odenatum Zenobiæ Palmyreorum reginæ (de qua Aurelius triumphauit) maritum primam ætatem exercuisse in capiendis Leonibus, pardis, vrsis, cęterisq; syluestribus feris. Famē insuper, æstus, frigora, pluuias vbiq; ptulisse. Quibus duratus bellicas postea difficultates tum aduersus alios, tum maxime aduersus Persas tulerit. Pollio Trebellus, & Pontanus de fortitudine.

33 ¶ Smerdis frater Cambysis solus arcum ad duos digitos complicabat, quem nemo Persarum poterat incuruare. Author Herodotus libro tertio.

34 ¶ Dioxippus Alexandri fuit miles fortissimus, q̄puocatus a Corrago milite, eundē clava interfecit. Curtius.

35 ¶ Euthymus Athleta patria Locrensis, cū ingenti esset robore, saxū miræ magnitudinis allatum humeris pro porta Locrensium statuit, quod miraculi gratia visebatur. Idem quoq; Themeseum quēdam reddere, compulit, quæ cuiq; magno fœnore extorserat. Erasmus & Volaterranus.

36 ¶Fuit Carolus magnus (vt iã dictũ est) ꝓcero corpore, valitiscꝫ ꝓter humanã ꝓsuetudinẽ viribꝰ. Cuius rei haud dubia sane reliqt argumẽta, tã ꝓclaris, tãꝫ multiplicibꝰ victoriis.

37 ¶Telamon propter insignem corporis fortitudinem Herculis amicus habitus est, & Hesionam possidere meruit.

38 ¶Peleus feras omnes (ad quas discerpendas fuerat missus) viribus sustulit.

39 ¶Periclymenus congressum Herculis sustinere ausus est.

40 ¶Nestor apud Ouidium lib. 12. vires suas sic exprimit. Tũc ego debuero capienda ad pergama mitti. Tunc poterã magni si non superare, morari Hectoris arma meis.

41 ¶Theseus Aegei filius Herculeæ virtutis æmulus Scyronem, & Procustem latrones, Scinin arbores cõplicantem, Creontem Thebarũ tyrannum, Minotaurum monstrũ biforme, Centaurosꝫ plurimos interfecit, & (vt fabulantur poetæ) ad inferos descẽdit cũ Pyrothoo, vt Proserpinã raperent. Quæ oia Phyllis apud Ouidiũ declarat his verbis.

Cum fuerit Scyron lectus, toruusꝫ procustes,
Et Scinis, & Tauri, mistaꝫ forma viri.
Et domitæ bello Thebæ, fusiꝫ bimembres,
Et pulsata nigri regia cęca dei.

42 ¶Si poetarum verba fidem capiunt, nemini dubium est, quin oĩum (qui prodigiosis viribus extitere) laudẽ multis interuallis excesserit fortissimus ille Iouis & Alcmenę filius Hercules. Qui odio nouercæ Iunonis agitatus multa passus est, & plerisꝫ naturæ portentis expositis a quibus cũ semper rediit victor. In primis dum adhuc esset infans, duos angues arctatis gutturibus elisit. Prouectior factus in Lerna palude certamen suscepit cũ Hydra rediuiuis capitibus pullulãte, dum vnicus amputabatur vertex, Leonem Nemæum toti populo formidolosum, precibus Molorchi pastoris (a quo susceptus fuerat hospitio) interfecit, Alterum item in Thessalia non minus terribilẽ. Aprum in Mænalo Arcadiæ monte, cuncta vastantem, itidem iugulauit. Ceruam æripedem & aureis cornibus decoram cursu arripuit. Harpyas volucres immundas virgineum præferentes

vultum prope Stymphalum Arcadiæ lacum sagittis confodit. Taurum furiosum & flãmas vomentem distentis faucibus iugulauit in Attica, Acheloum in varias formas se conmutantem vicit. Diomedem regem Thraciæ equos hospitum cruore pascentem occidit, Busyrim regẽ Neptuni & Libyæ filium hospites mactantẽ & adiacentes Nilo regiones, latrocinijs deprædantẽ itidem interfecit. Antæum Gygantẽ (cui terra mater suppeditabat vires) luctа superauit, Abylam & Calpen columnas in occidente posuit. Aurea mala sustulit Hesperidibus, interfecto (qui eorum custos erat) dracone. Geryona tricorporẽ vita spoliauit & armento. Amazonum reginæ Balteum abstulit. Cacum Vulcani filium & latronem flammas ore vomentem medio sustulit. Centaurum Deianiræ raptorem confodit iaculis, Hesionã Laomedontis filiam liberauit a monstro. Troiam deleuit. Lacinium latronem in Italia peremit, Cœlum humeris (vt ad exprimandas vires fingit) sustulit, Iunonem in papilla vulnerauit, velut laborũ suorum authorem. Descendit ad inferos, ibiꝫ Cerberum rapuit, raptum & cathenis vinctus in auras eduxit. Theseum liberauit, Lycum Thebarũ regẽ (quod Megaræ vxori suæ stuprũ inferre voluisset) morti dedit. Vnicum fuit monstrũ cui non potuit supesse, Amor. Vnde Ouidius. Quem non mille feræ, quę nõ Stheleneius hostis. Non potuit Iuno vincere, vicit Amor.

43 ¶Corbulo fuit quidam ætate Nerõis fortissimus, procero admodum corpore, qui res clarissimas gessit in Armenia. De quo Iuuenalis satyra tertia, Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res Impositas capiti.

¶Gygantum quorundam nomina & aliorum inusitatę magnitudinis hominum.

1 Cœus
Iapetus
2 Typhœus
3 Aloæus
Othos
Ephialtes
4 Enceladus
5 Tityus
6 Polyphemus
7 Aegæon
8 Briareus
9 Numas
10 Porphyrio Adamastor
11 Antæus
12 Astræus
13 Atlas
14 Gyges

15 Agatho Gabbara Tuysco
16 Porus 21 Pusio 27 Hercules
17 Araanthas Secundilla 28 Artaches
18 Christophorus 23 Goliath 29 Oromedon
19 Oreſtes 24 Maximus 30 Harthbenus
20 Orion 25 Offotus 31 Gemagog
21 Etion 26 Naa

¶ EXPLANATIO.

QVoniaꝫ de prodigioſis viribus facta eſt mentio, decens & congruum videatur, vt ſubſequantur Gygantes, & qui inuſitata fuerunt corporum magnitudine. Finguntur autem Gygantes, terræ filij, vnde & terrigenę vocantur a Lucano ſcribente Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra Gygantes. Dicuntur & impetum feciſſe in deos, eoſꝫ cœlo detrudere voluiſſe, cuius rei cauſa dei omnes mutatis formis delituerint. Vnde Ouid.

Emiſſumꝫ ima de ſede Typhoea terra
Cœlitibus feciſſe metum, cunctoſꝫ dediſſe
Terga fugę, donec feſſos Aegyptia tellus,
Ceperit, & ſeptem diſcretus in hoſtia Nilus.
Huc quoꝫ terrigenum veniſſe Typhoea narrat
Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris,
Duxꝫ gregis (dixit) ſit Iupiter inde recuruis
Nunc quoꝫ formatus libycis cum cornibus Ammon.
Delius in Coruo proles Semeleia capro,
Fele ſoror Phœbi, niuea Saturnia vacca,
Piſce Venus latuit, Cyllenius Ibidis ales.

Idem Ouidius libro primo Meta.

Ne vę ſoret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cœleſte Gygantes,
Altaꝫ congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes. Mantuan⁹ de ſomnio Ro.
Voluere Gygantes
Turribus aerijs cœlos æquare, Deumꝫ
Trudere de regno, & rerum ditione potiri.
Sed pater indignans animis opus impulit audax
In latus, & gentem merſit ſub mole ſuperbam.

Idem in ſyluis.

Terrigenas olim ſublimia corpora fratres
Fama eſt in ſuperos arma tuliſſe deos.
Sed pater iniecto deiecit fulmine montes,
Atꝫ rebellantes ſuſtulit igne viros.

Fuerunt ingentis ſtatuæ, vnde & ex his nõnulli cœlum humeris dicuntur ſuſtinuiſſe, vt Atlas, Hercules. Fulmine oẽs percuſſi ſunt ob prædictam impietatẽ. Pugna illa vocatur Gygãtomachia. Ipſi vero aliter dicunt Phlegræi fratres a Phlegra valle Macedoniæ, vbi cũ cœleſtibus pugnauere. Seneca in Thyeſte. Nunquid ſtruit via Phlegæos alta per hoſtes, & Theſſalicum Threſſa premitur Pelion Oſſa? Dicuntur & Titanes. Idẽ Seneca in Hercule furente. Titanas auſos rumpere imperium Iouis. Antiquitus ſic formabantur, vt eoꝝ pedes in draconum volumina deſinerẽt, quod ea ratione factum eſt, vt intelligeremus eos nihil rectũ aut ſublime cogitaſſe, cum detorti eoꝝ greſſus ad inferna demergãtur. Author Vectius apud Macrobium. Ea eſt cauſa, quamobrem vocent a poetis Anguipedes & ſerpentigeri. Ouid. li. 1. Meta. Qua ceutũ quiſꝫ parabat Iniicere Anguipedum captiuo brachia cœlo. Pontanus, Tu ne deus, tu ne anguipedes victure Gygãtes? Stroza filius in Gygãtomachia. Anguipedũ vires, imaniaꝫ arma Gygãtũ, Aſſertoſꝫ polis montes, ſedemꝫ Tonantis Affectatam homini, diſiectaꝫ ab æthere monſtra Sicania æternas ſubter iuga pẽdere pœnas, Lætitiamꝫ deum domitæ poſt prælia Phlegræ Eſt animus memorare. Eadẽ ratione vocantur ſerpentigeri ab Ouidio li. 4. de Triſti. vbi ait. Sphingaꝫ & Harpyias, ſerpentigeroſꝫ Gygantas. Nunc ſeriatim dicendũ eſt, de his, quorum frequentior eſt apud ſcriptores mentio.

¶ Virgilius lib. 1. Georgicoꝝ de quibuſdã ſic meminit. Tũ partu terra nefando Cœlumꝫ Iapetumꝫ creat, ſæuumꝫ Typhoea, Et cõiuratos cœlũ reſcindere fratres. Ter ſunt conati iponere pelio oſſam, Scilicet atꝫ oſſæ frondoſum imponere Olympũ. Ter pr̃ extructos deiecit fulmine mõres.

¶ De Iapeto Syllius libro. 12. Apparet, pcul Inarime, quæ

turbine nigro Fumantem premit Iapetum flãmasq; rebelli
Ora reiectantem.

2 ¶De Typhoeo seu Typhone Virgilius lib. 9. Tum sonitu prochyta alta tremit, durumq; cubile Inarime Iouis impe/riis iposta Typhoeo. Valeriꝰ Flaccus li. 2. Horror abest. Sicu la pressus tellure Typhoeus. Virg. in Cyri. Addit aurata cõ fixus cuspide Typho. Luca. lib. 4. de hoc & quibusdã aliis.

Nondum post genitos tellus effœta Gigantes
Terribilem Libycis patrum concepit in antris.
Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon.
Aut Tityus Briareusq; ferox, cœloq; pepercit. Seneca. Nõ tam ferum Typhonem neglecto Ioue Irata tellus edidit quondam parens. Ab hoc Typhœo vocantur fulmina Ty/phoea. Virgilius. Nate patris sũmi q tela Typhoea tẽnis. Ea dem ratione Aetna Typhois dr, quod obrutus sit in Sicilia. Oui. Arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aetnæ. Mã tua. Tendit ab Hispanis ad regna Typhoidos Aetnę. Hunc Gigantẽ poetæ Anguipedem vocant & centimanũ. Poli/tianus in Ambra. Seruabat Tethys Anguipedi iurata Ty/phoeo. Manilius li. 2. Astron. Anguipedẽ alatos vngues Ty/phona ferentem. Ouidius lib. 3. Meta. Nec quo centimanũ deiecerit igne Typhoea. Claudi. in Alaricum. Ipsumq; Io/uem turbanre Typhoeo (Si fas est) timuisse ferunt, cũ bra/chia centum, Montibus amaret totidem.

3 ¶Inter Gigantes ẽt numerantur Alœus Titani filius, ge/miniq; eius filii ex Iphimeridæ a Neptuno venata genti Othos & Ephialtes. Virgilius in Culice. Nam victus sedet immanis serpentibus Othos Deuictũ mœstus procul aspi/ciens Ephialtem, Conati quondã cum sint incendere mun/dum. Idem lib. 6. Aeneidos. Hic & Aloidas geminos ima/nia vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlũ Aggressi, superisq; Ioue detrudere regnis. Claudianus de Victoria Stiliconis. Cum gemini fratres (genuit quos asper Alœus) Martẽ subdiderint vinclis, & in astra negatas Ten tarint munire vias, steteritq; reuulsis Pene tribus scopulis cœlesti machina cœlo, Idem. Moriensq; Ephialthes In la/tus obliquã proiecit languidus Ossam. Lucanus lib. 6. Im/pius hinc prolem superis imisit Alœus. Virgilius in opuscu lo de obitu Mecœnatis. Fudit Aloidas summi moderator Olympi. Mantuanus de Cala. In superos eadem natos ar/mauit Aloi, Qui domitũ grauibus Martẽ tenuere catenis.

¶Enceladũ poetæ fabulant in Sicilia fulminatũ, vt Othũ in Creta, Typhoeum in Campania. De hoc Virgilius lib. 2. Aeneidos. Fama est Enceladi semustũ fulmine corpus Vrge ri mole hac, ingentemq; insuper Aetnã Impositã ruptis flã mam expirare caminis. Et fessum quoties motat latus, in/tremere oẽs Murmure Trinariã, & cœlũ subtexere fumo. Idẽ in Aetna. Murmure Trinacrio morientẽ Iupiter Aetna Obruit Enceladũ, vasti q̃s põdere mõtis Aestuat, & petulãs expirat faucibꝰ ignes. Claudianꝰ. Aetna Gigãteos nunq̃ ta citura triũphos Enceladi bustũ q saucia mẽbra reuinct, Spi rat ie xhaustũ flagrãti pector sulphur, Et q̃ties detrectat onꝰ ceruice rebelli In dextrũ lęuũq; latus, tũc insula fundo Vel/litur, & dubiæ nutãt cũ mœnibus vrbes. Seneca i Medea. Queq; anhelantẽ pmẽs Titana, tãtis Aetna feruebit minis.

¶Tityus Gigas fuit nouem iugerum, qui cum Latonę vim vellet inferre ab Apolline sagittis cõfossus est, & ad inferos detrusus, vbi a vulture corrodit, fibris & iecore semp rena/scẽtibus. Virgilius lib. 6. Aeneidos. Necnon & Tityum terrę omniparẽtis alũnum Cernere erat, cui tota nouẽ per iuge/ra corpus Porrigit, rostroq; immanis vultur adũco Immor tale iecur tondens fœcundaq; pœnis Viscera, nec fibris re/quies datur vlla renatis. Ouidius lib. 1. de Ponto. Sic incon sumptũ Tityi semperq; renascens Non perit, vt possit sæpe perire iecur. Tibullus. Porrectusq; nouẽ Tityus per iugera terræ Assyduas atro viscere pascit aues.

¶Polyphemus Cyclops Neptuni filius ex Thoa, propter immanẽ corporis molẽ numerat inter Gigantes. De hoc Virgilius libro tertio Aeneidos. Nam quantus, qualisq; ca/uo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera pressat. Stroza pr. Nil magis horrendũ Polyphemo sensserat Aetna, Sæuior indomitis fratribus ille fuit. Politia

nus. Lothophagos, vinoq; grauẽ Cyclopa per antrũ Expor
rectũ, ingens humanaq; frusta vomentẽ Mista mero.

7 ¶ Aegæon Gygas est, quẽ nonnulli eundem cum Briareo faciunt. Fuisse fertur centimanus, vnoq; ictu centum scopu los in Iouem torsisse. Virgilius lib. 10. Aeneidos.

Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq; manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribus arsisse, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

Hunc poetę fabulantur a Neptuno fuisse alligatum maris Aegæi scopulis. Statius.

Audierat duros laxantem Aegæona nexus.

8 ¶ De Briareo. Claudianus. Quæ brachia centum Briareus aliis numero crescẽte lacertis. Tot simul obiectis posset cõ fligere rebus. Virgi. lib. 6. Aeneidos. Et centum gemin⁹ Bria reus, & Bellua Lernę. Horatius. Nec si resurgat centimanus Gygas, diueller vnquam.

9 ¶ Inter hos ponit Numas, quem aiunt sub Prochyta con clusum. Syllius libro duodecimo. Apparet Prochitę sæuũ sortita Numanta. De Numãte seu Mimante (vt alii legũt) Claudianus. Occurrit cũ fratre Mimas, Lemnũq; calẽtem, Cum Lare Vulcani spumantibus eruit vndis.

10 ¶ De Porphyrione & Adamastore, Sidonius. Hic rotat ex cussum vibrans in sydera Pindũ Enceladus, rapido fit mis penq; Adamastor. Claudianus. Sæuusq; Adamastor Ad de pellendos iaculũ dum quæreret hostes. Idẽ Claudianus in Gygant. Te Delphica laurus Stringat Porphyrion. Et pau lopost. Porphyrion trepidũ conat vellere Delon.

11 ¶ Anteus Gygas fuit in Libya, pceri corporis, cui in Her culem luctanti terra mater augebat vires, quotiescunq; eã attigerat. Lucanus lib. 4. Hoc quoq; tam vastas cumulauit munere vires Terra suis fœtus, quod cum tetigere paren rem, Iam defecta vigent renouato robore membra.

12 ¶ Fuit & Astræus vnus e Titanibus, qui contra deos arma sumpsere. Hic ex Aurora ventos genuisse fertur.

13 ¶ Atlantem poetæ fabulant Gygantẽ oĩum maximũ, qui cœlũ humeris sustinuerit. Quod fingit pp eiusdem nomis montẽ in Mauritania tantæ altitudinis, vt nubes continge re videatur. Virgilius, Vbi cœlifer Atlas Axem humero tor quet stellis ardentibus aptum. Ouidius li. 5. Fasto. Hinc fata Pleyone cũ cœlifero Atlante Iungitur.

14 ¶ Gygem Hesiodus in Theogonia facit cœli & terræ filiũ & Briarei fratrem. Ouid. Centimanumq; Gygem.

15 ¶ Claudianus in Gygantomachia ponit Pallãta in nume ro Gygantum, cum ait fuisse transformatum in lapidem a Pallade. Sic autẽ ait. Primumq; furẽtẽ longius, in facie saxi Pallanta reformat. ¶ Est & Pallaneus nomẽ Gygãtis apud eũdẽ, vbi scribit. Sed turbidus irã Pallaneus, oculis aduersa tuẽtibus atrox Ingredit, cecasq; manus in Pallada tendit.

16 ¶ Pontanus libro tertio de Stellis quosdam enumerat se quentibus verbis.

Iam manus Anguipedum cœloq; irata iuuentus
Insultat portis, iamq; ex Adamante securim
Porphyrios quatit, & postes diffringit apertos.
Immittitq; acies Briareus, atq; agmina densat.

Quintianus in Cleopoli.

Ecquid Achillæum corpus miremur, Orestem,
Pallanta, atq; Ervcen, Polyphemon?

Horatius item lib. 3. Carminum. Sed quid Typhoeus & va lidus Numas, aut qd minaci Porphyrion statu, Quid Rhœ tus, euulsisq; truncis Enceladus iaculator audax contra so nantem Palladis Aegida possent?

17 ¶ Sũt & alii q excreuisse dicunt in Gygãtẽ ppe magnitu dinẽ. Nã Agatho Atheniẽsis (q floruit ætate Adriani princi pis) adhuc adolescẽs fuisse dicit altitudinis octo pedum.

18 ¶ Fuit & Porus rex in India quatuor cubitis & palmo pro cerus, quem Alexander bello vicit.

19 ¶ Ferũt beatum Christophorum fuisse longitudinis duo decim pedum.

20 ¶ Atãthas Bebrycius octonis cubitis longus fuisse tradit.

¶ Orestis corpus oraculi iussu refossum, septem cubitorũ

fuisse monumentis prodit. Authore Plinio. Architrenius. Staturam cubitis septem distendit Orestes.

21 ¶In Creta terræ motu rupto monte iuuentũ corpus stãs 46. cubitoꝝ, quod alii Orionis, alii Erionis fuisse tradunt. De Erione seu Echione Gygante Claudianus. Hic vero interitum fratris miratur Echion Inscius.

22 ¶Aetate Plinii visus est nouem pedum ac totidem vnciarum homo Gabbara nomine, ex Arabia aduectus. Architrenius, In his quinq; pedes ꝓduxit Gabbarus artus.

23 ¶Fuerunt semipede maiores Pusio & Secundilla, quorũ corpora miraculi gratia asseruata sunt in conditorio Sallustianorum hortorum. Plinius.

24 ¶Goliath Gigas fuit, quẽ Dauid fundę verbere deiecit in terrã & interfecit. Politianus in Nutricia. Psallentẽq; deo regẽ q turbie fundæ Icta Philistęo secuit puer ora Gigãti.

25 ¶Quam Procerus extiterit Maximinus iperator hoc satis argumento cõstat, quod vxoris dextrocherio (id est ornamento brachioꝝ) pro annulo vterẽt. Capitolinus.

26 ¶Saxo grãmaticus ait Offotum fuisse Gigantẽ, & pastorem, cuius armenta tutabat canis Biornonis cuiusdam.

27 ¶Berosus libro decimoquinto antiquitatũ Noa reponit inter Gigantes & astrologos. Facit & Tuysconem Gigantem, cuius filius Mannus apud Sarmatas regnauerit ætate Semiramidis. De Manno & Tuyscone meminit Tacitus in libello de populis Germaniæ.

28 ¶Inter Gygantes quoq; numeratur Hercules, quem fesso Atlante cœlum humeris subiisse ferunt.

29 ¶Artachees vir fuit inter Persas procerissimus ętate Xerxis, vt cui quatuor oĩno digiti deessent a longitudine qnq; regiorum cubitorum. Author Herodotus.

30 ¶Oromedon quoq; nomẽ est Gigantis apud Propertiũ lib. 3. scribentem. Te duce vel Iouis arma canã, ꝑcœloq; minantem Cœum & Phlegræis Oromedonta iugis.

31 ¶Saxo grãmaticus ait Harthbenũ fuisse quendam ex Helsyngia, q raptas regũ filias stupro fœdare gloriæ loco dicebat, illũ perimere solitus, a quo pagendæ Veneris vsu pro

hiberet, Aitq; tantã in eo corporis magnitudinẽ extitisse, vt nouẽ cubitis proceritatis eius dimensio tenderetur.

¶Fuit & Gemagog Gygas cubitis duodecim ꝑcerus. Architrenius. Cubitis ter quatuor altum Gemagog Herculea suspendit in aera lucta. Idem. Gemagog arduitas Corinei fracta lacertis:

¶Nani & Pumiliones.

Conopas	M. Tullius	Sisiphus
Andromada	Molon	Lucius
Manius Maximus	Pygmæi	

NAni dicũtur Homuntiones breuiculi & modice ab humo extantes, vocant aliter Pumiliones & Pumili. Statius. Mirant Pumilos ferociores, Talis fuit Conopas, in deliciis Tuliæ neptis Augusti, duos pedes & palmum longus, authore Plinio. Cuiusmodi etiã fuisse fertur Andromeda liberta Iuliæ Augustæ.

¶Manium Maximum & Marcum Tulliũ equites Romanos, binum cubitoꝝ fuisse, author est Varro apud Plinium.

¶Duo fuerunt Molones, nota corporis breuitate, quorũ alter histrioniã exercuit, alter latrociniis famosus est, Inde natum adagium. Pusillus, quantus Molon.

¶Pygmæorum qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantem non excedunt, hinc prouerbium. Pygmæo brevior. Mantuanus. Inter Pygmæos non pudet esse breuem. Habitant in extrema parte montium Indiæ, horum mulieres quinto anno pariunt, & senescunt octauo. Infestantur maxime a gruibus, in quas turmatim prodeunt, & nihilominus vincũtur. Claudianus libro primo in Eutropium. Pendula ceu paruis moturę bella Colonis Ingenti clamore grues æstiua relinquunt Thracia, cum tepido pmutant Strymona Nilo. Iuuenalis saty. 13. Ad subitas Thracum volucres, nubẽq; sonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox ipar hosti, raptusq; p aera curuis Vnguibꝰ a sæua ferẽt grue. Si videas hoc Gẽtibꝰ in nris risu ꝗtiere, sed illis Quãquam eadem assidue spectentur prælia, ridet Nemo,

vbi tota cohors pede non est altior vno.

¶M. Antonius Syſiphum pumilionẽ habuiſſe fertur ſtra bipedalem ſtaturam, ingenio tamẽ viuacem. Beroaldus in Suetonium. Auguſtus exhibuit ſpectaculis Luciũ adoleſcẽ tulum honeſte natum bipedali minorẽ. Suetonius.

1	Aloidæ	2 Tyndaridæ	3 Attridæ
	Othos	Caſtor	Agamẽnon
	Ephialtes	Pollux	Menelaus.

Aloidę dicti ſunt Othos & Ephialtes ab Alœo Gygan re. cuius vxorem Iphimediam cõpreſſit Neptunus, & ex ea ſuſcepit gemina, qui cum Alœi putarentur eſſe filii, dicti ſunt Aloidę, vt iam diximus.

¶Eo quoq; modo Tyndaridæ vocati ſunt Caſtor & Pol lux, quod crederentur Tyndari filii, cum tamen ex concu bitu Iouis Lædæ geniti eſſent. Hinc clara gemini ſigna Tyn daridę micãt. Ouidius. Tyndaridę fratres, hic eques, ille pu gil. Simili ratione vocatur Helena Tyndaris.

¶Atridę vocantur Agamẽnon & Menelaus, Ab Atreo pa rente. Horatius de Agamẽnone. Arſit Atrides medio in triũ pho Virgine rapta. De Menelao Virgilius libro vndecimo. Atrides Protei Menelaus ad vſq; columnas Exulat.

¶Cyclopes.

Brontes	Pyragmon	Telechines
Steropes	Aemonides	Populi.

Cyclopes miniſtri fuerunt Vulcani in Sicilia, quos poe tæ monoculos dicunt, Neptuni filios ex Amphitrite. Dicũtur Ioui fulmina cõficere apud Liparam, quæ eſt vna ex Aeoliis inſulis, Fabricam ferrariam primum in Creta re peterunt. Omnium præcipui fuerunt Brontes, Steropes, Pyragmon. De quibus Virgilius libro. 8. Aeneidos. Ferrum exercebant vaſta Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyragmon. Ouidius libro. 4. Faſto. Hinc mare Trinacrium candens vbi tingere ferrum Brontes, & Steropes, Agmonidesq; ſolent. Claudianus de tertio con ſulatu Honorii. Vobis iam Mulciber arma Præparat, & Si cula Cyclops ĩcude laborat, Brontes, innumeris exaſperat

ægida

ægida ſignis, Feſtinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon, Igniſluiſq; gemit lipare fumoſa cauernis. Idem Claudian⁹ li. 1. de raptu. Nunq; tãto ſudore Pyragmon, Nec Steropes ꝑſtruxit op⁹. Stati⁹ lib. 4. Syluarũ. Telechines populos inter Cyclopes reponere vł, vbi ait. Tale nec Idæis ꝗquã Tele chines ĩ antris, Nec ſtolidus Brontes, nec q̃ polit arma deo rum Lemnius, exigua potuiſſet ludere maſſa. Hos aũt oc tidiſſe ferũt Apollo, ꝓp fulmina Ioui fabricata, qb⁹ perierat filius Aeſculapius. Hinc extruſus deoꝝ contubernio, exu lauit in Theſſalia, vbi Admeti regis fuit armentarius.

¶Curetes.

Celmis	Acmon	Damnameneus

Cvretes ſeu Corybantes miniſtri fuerũt Cybeles, ꝗbus ferrariam fabricam nonnulli referant acceptã. Horum noĩa citat Eraſmus ex Grẽcis carminib⁹, q̃ Latina fecit. Illic habitabant Montigenæ Phryges Idæi, gens arte celebris. Celmis Damnameneuſq; ingens, Acmonq; ſupbus Mon tanæ docti cultores Adraſtęæ. A ꝗbus ars Vulcania primis eſſe reperta Dicit̃, & nigrũ nemoroſo in monte repertum. In varios vſus monſtrarũt cudere ferrũ, Impoſitumq; igni, miro ſplendeſcere cultu. Propter hoc inuentũ (quod illis aſcribit̃) æra & ferra vocantur Corybantia. Virgilius lib. 3. Aeneidos. Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra. Tertullianus. Iuppiter cretam ſuã Romanis faſcib⁹ concuti ſineret, oblitus illud antrũ Idæũ & æra Corybantia. Horũ præcipuus fuit Celmis, a quo ferrũ ſolidiſſimũ cudebatur. Hinc natũ Adagiũ. Celmis in ferro, de his, qui præter mo dum ſuis fidũt viribus tanq; inexpugnabiles, aut q in ſua ar te magnopere excellunt. Cuiuſmodi ſunt hæc. Roſcius in ſcena, Antæus in arena, Hercules in claua.

¶Athletæ pugiles & palæſtritæ,

1	Brotheas	4	Buthes		Iphyclus
2	Ammon		Eryx		Phyleus
	Caſtor	5	Eutymus		Polydorus
	Pollux	6	Clytomedeus	7	Ageſidamus
3	Amycus		Ancæus	8	Ageſias

9 Archias
10 Asbylus
11 Autolycus
12 Cleomedes
13 Cleomachus
14 Clitomachus
15 Coræbus
16 Democrates
17 Demarchus
18 Diagoras
19 Epitherses
20 Ictus
21 Ergoteles
22 Hypenus
23 Marullus
24 Milo
25 Nicedorus
26 Polydamas
27 Theagenes
28 Androgeus
29 Antæus
30 Pithodemus
31 Dares
Entellus
32 Corycus
33 Patrobius
34 Hylas
Phegeus
Lycus
35 Aegles
36 Glaucus
37 Eurydamas
38 Heraclides
39 Iacchus
40 Iscomachus
41 Topsius
42 Buthus
43 Starcatherus
44 Hama
45 Phaillus
46 Cyllon
47 Callias
48 Pyrrhecmen
Degmenus
49 Anenicon
50 Phrynon
51 Glaucon
52 Alii nonulli

EXPLANATIO.

ATHletæ dicuntur pugiles & luctatores, aliter Pancratiastæ a Pancratio ludo gymnico, de quo Persius. Et patitur duro vulnera Pancratio. Gellius ait vnum ex liberis Diagoræ Rhodii fuisse Pancratiastem. Athletarũ noĩe dicebant, qui manibus pedibusq; quasi omni ope, oĩbusq; (vt dicitur) vnguiculis cõnixi certabãt. Vocant & Palæstritæ a palæstra luctatione, de qua Virgi. lib. 6. Aeneidos, Pars in gramineis exercent membra palæstris. Palæstrici itẽ dicunt, qui motus gestusq; formãt, vt in Palæstra brachia recta sint, nec indoctæ rusticæ ve manus nequa in præferendis pedibus inscitia Ne caput, oculiq; ab alia corporis parte dissideant, Hęc ars Chironomia dicitur, quam veteres ingenuis liberis necessariam putauerũt, videturq; nõnihil ad Histrioniã spectare & oratoriã. Hanc qui non didicerunt, A palæstri vocãtur, quod motu flexuq; corporis ac omni habitu nullam omnino venustatẽ leporemq; præseferant. In Gymnicis artificibus sunt etiã Pyctæ id est pugiles, & Dromeis. i. cursores, quales a Virgilio ponuntur lib. 5. Aeneidos, vbi ad patris Anchisæ tumulũ exequiales celebrat ludos. Sunt & alia permulta Athletarũ genera, vt Discoboli qui discum in sublime iaculantur, qui frequẽs erat antiquis ludus. Haltici, qui cursus pernicitate contendunt, Qualis Virgilianus ille pedibus lõge melior Lycus. De antiqua pueroꝝ institutione Plautus, Ante solẽ (inquit) exorientem nisi in palęstram veneras gymnasii profecto haud mediocris pœnas penderes. Ibi cursu, luctãdo, hasta, disco, pugilatu, saliendo sese exercebant magis quam scorto. Sed hæc fuerunt græcoꝝ exercitia, quibus non vtebantur Romani. Gymnici Agones dicebantur in quibus nudi exercebant Athletę, quos i Arcadia primus reperit Lycaon. Hinc Gymnasia vocant exercitii loca, quæ a corporibus ad animorum exercitia postea traducta sunt. Athenis tria fuerũt Gymnasia. Lyceum, Academia, Cynosarges. Fuit Lyceum Aristotelis schola, Academia Platonis. Apud Cynosarges pueri exercebant, qui nec a patre, nec a matre, ciuitatis ius habebant. Porro moris erat, vt luctaturi ceromate .i. oleo cerato perfunderentur, quos qui vngebant, vocabãtur ceromatistæ. Vnde Lucanus liquidam vocat palæstram li. 9. dicens, Arcados authoris citharæ, liqdeq; palæstrę. Vnctam Statius lib. 6. Theb. Ante alios erat vncta Pales. Eadem ratione madidam oleo palæstram vocat Calentius. Post vnctionem demum inspergebãtur puluere, vt corpora ceromate & sudore lubrica mutuas luctantium prehensiones admitterent. Hinc factus prouerbio locus. Citra pulueris tactum, vbi dicimus rem aliquam sine discrimine & labore partam. Puluis ille vocatur Aphæ. Cæterum vbi Fabius lib. 1. institutionum ait bonum esse, vt futurus orator Palæstricis det operam, non de his loquebatur, quibus pars vitæ in oleo consumebat, sed de illa Chironomia, quæ est formãdorum gestuum ac motuum norma, quã ab Athletica palęstra multum distare constat. Palestritæ tamen appellatione rẽ Athleticã omnem complectimur. Pugilatus (qui Græce Pygmen dicitur) cæstib⁹ fiebat. Cuiusmodi fuit illa

Daretis in Entellum cõcertatio apud Virgilium. Qui saltu certabant, plũbeis qbusdã pilis & mãssulis (Halteres Græci vocãt) vtebantur, qbus vtraq; manu se liberabãt. Hoc adhuc nostri temporis faciũt Histriones funambuli, q ne corporis mole in hanc, vel illam partem rapiantur, præpilatis perticis vacillationẽ impediũt. De his intelligit Iuuenalis. Et lassata manu ceciderũt brachia massa. Cursorẽ alij stadiodromi vocabantur, q stadiũ percurrebant, & qescebant in limite. Alij Diaulodromi, q peracta meta eo demũ reuertebantur, vnde cursum inierant. Dolichodromi dicebantur, q sexies stadiũ curriculo obibant. Inter Athletas ẽt erant Acrochiristæ, q summis iter se manibus depugnabant, nullo cõplexu hærentes. Qui quinq; certabant generibus lucta pugilatu, saltu, cursu & Pancratio Pentathli vocabantur. Xystici, q per hyemem exercebantur in portu. Nam Xystos latã porticũ significat. Sciamachi dicebantur, q sub tectis vmbratilem pugnã fingebant, nõ veram, quæ fiebat in sole & puluere, qualis est Lanistarũ pugna, q digladiandi artem ꝓfitentur, quiq; numeros oẽs impetendi, cædẽdi, inferendiq; & vitãdi vulnera, atq; ẽt vbi pũctim cẽsimq; feriendũ sit, discipulos docẽt, vt si qñ in puluerẽ prodeundũ sit, & vulnificũ certamen, tuentur se melio, & inimicos iuadãt cauti. Panis quo vtebantur Athletæ, dicebat Colyphiũ. Nũc ad eorẽ noĩa veniendũ ẽ, q vel vnico palæstræ genere aut multis clari extiterunt.

1 ¶Ouidius lib. 5. Meta. facit Brotheam & Ammonẽ pugiles cæstibus claros, vbi ait. Hinc gemini fratres Brotheasq;, & cæstibus Ammon Inuicti, vinci si possent cæstibus enses.

2 ¶Ex duobus Tyndaridis alter fuit eqtatu clarus, alter pugilatu. Idẽ Ouidius lib. 8. Tyndaridæ gemini præstantes cæstibus alter, Alter equo. Idem alibi. Tyndaridæ fratres hic eques, ille pugil. Politianus. Vixq; bonum frenis Castora frater amet. Statius in Syl. Siue cathenatis curuatus mẽbra palæstris staret, Amyclea conceptum matre putares.

3 ¶Fuit Amycus Bebryciorũ rex filius Neptuni cæstibus clarus, qbus aduenas in Syluis interficiebat. Hũc occidit Pollux. Sidonius. Sparta Terapnæa pugilem cum Gymnade

pinguem Stratum Bebrycijs Amycum suspexit arenis. Val. Flac. lib. 4. Argon.

Illum insperata turbatum fraude furentem
Oebalides prima refugit, cum detonat ira.
Territus ipse etiam atq; ingentis conscius ausi
Sæuit inops Amycus nullo discrimine sese
Præcipitans, auiduscq; viri (respectat ouantes
Quippe procul Minyas) cæstu velatur, vterq;
Irruit, hos inter Pollux subit, & trucis vltro
Aduolat ora viri.

¶Demum victor Pollux sic loquitur.

Ac super insistens Pollux, ego missus Amyclis,
Et Ioue natus ait, nomen mirantibus vmbris
Hoc referes, sic & memori noscere sepulchro.

¶Cæstibus ergo valuerunt Amycus a Polluce interfectus, Butes Amyci filius, & Eryx, quem Hercules dedit morti.

¶Butes Amyci filius, & Eryx Buthæ illustres fuerũt pugiles, Buthem Dares interfecit, Eryx magister fuit Entelli, cuius cæstus Entellus ipse in Dareta certatur protulit. Ferũt etiã Eryx in Herculem certasse victusq; succubuisse. De vtroq; Virgilius lib. 5. Victorem Buthem immani corpore, q se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat, Pertulit, & fulua moribũdum extendit arena. Idem. Vbi nunc nobis deus ille magister Ne quicquam memoratus Eryx? Et paulopost. Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat, His magnum Alcidem contra stetit, his ego suetus, Dum melior vires sanguis dabat. Verba sunt Entelli in Daretem. Sidonius. Vnius mortem libeat decernere cæstu. Cessit Eryx Siculus, simili nec floruit arte.

¶Euthymus fuit patria Locrensis, q saxũ miræ magnitudinis ad Locrensium portas humeris vexit, vt iam diximus. Aelianus apud Erasmum.

6 ¶Nestor (vt est apud Homerum) cum adhuc iuuenis eẽt, vicit pugnis Clytomedea, Lucta Ancæum, Iphyclum pedum velocitate, Phylea & Polydorum iaculatione.

¶Agesidamus Locrẽsis fuit Olympionica, quẽ ab inimico

prope victum cũ vnxisset Ilas socius, acrior ad cõflictũ rediens euasit victor, In cuius laudẽ Pindar⁹ scripsit hymnũ.

8 ¶Fuit & Agesias Syracusanus Softrati filius nobilis Olympionica.

9 ¶Archias Hyblæus fuit præco, q tres ordine vicit Olympiadas & Pythica, statua cum Epigrammate ob virtutẽ illã decoratus. Iul. Pollux apud Volaterranum.

10 ¶Asbylus Olympionices fuit Crotoniata, ter in Olympia continua serie victor, quem perpetua virginitate fuisse pditum ferunt.

11 ¶Autolycus nobilis fuit Pancratiastes, cui statua posita est in Prytaneo, id erat locus Athenis in arce dignissimus vbi iudices de negociis Reip. pertractabant.

12 ¶Cleomedes Athleta Astypalẽsis genere. De cuius robore iam diximus in cap. de viris, pdigioso robore præditis.

13 ¶Cleomachus fuit pugil Magnesius, de quo nihil reperitur, præterquam quod in cuiusdam cinædi & ancillæ amorem incidens corruptissimis euaserit moribus. Strabo.

14 ¶Clitomachum Palæstritam non tam commẽdant vires, quam pudicitia, quod etiã coeuntes canes sine horrore nõ posset inspicere, aut in conuiuiis aliquid impudicum pmittere. Aelianus apud Volaterranum.

15 ¶Coræbus patria Eliẽsis prim⁹ cursu vicit in pria Olym-

16 ¶Democratẽ Athletã, facto in palęstra circulo, (piade. dimouere nemo poterat.

17 ¶Ferunt Demarchum Parrasiũ Olympionicam gustaris pueri (qui immolabatur) extis in Lupum fuisse cõmutatũ. Decimo demum post anno pristinæ formæ restitutum.

18 ¶Diagoras Rhodius victor in Olympia, cum eodem die tres filios victores coronari vidisset, expirauit gaudio. Author Gellius.

19 ¶Epitherses Metrodori fili⁹ vicit i quatuor certaminib⁹.

20 ¶Ficto Tarentino Palęstritę tanta fuit gloriæ libido, vt toto vitæ tempore castus vixerit, ne venereo concubitu corpus eneruaret, fieretq; propterea inutilior ad certamẽ. Aelianus Volaterrano citante.

21 ¶Ergoteli Athletę Cretensi Pindarus hymnum consecrauit ob eximias vires. Cursu vicit in Olympia.

22 ¶Hypenus Athleta primus diaulo vicit.

23 ¶Marull⁹ fuit Athleta, q relicta post modũ palęstra ludum Romę apuit, fuitq; latini sermõis exactor diligẽtissim⁹. Vo-

24 ¶De Milone Crotoniata, prodigiosisq; eius (laterranus. viribus, & stolida temeritate, iam diximus.

25 ¶Nicedorus Mantineus Pictes ab adolescentia totum se palæstrę deuouit, vbi maximã promeruit laudem. Factus senior cœpit philosophari, legibusq; & institutis consulere.

26 ¶Polydamas Pancratiastes leonem occidit inermis, tauri apprehenso pede retinuit, insiluit in equos aurigis deterritis, agitatos miro impetu detinuit currus, saxo ad extremum in cauerna oppressus est, dum eius ruinæ sese satisfacere posse confideret. valerius & Pausanias apud Cœliu.

27 ¶Theagenes patria Thasius. 140. coronas e certaminibus retulit victor.

28 ¶Androgeus Minois regis Cretæ filius, cũ omnes palæstra superaret, ab Athenien sibus & Megarensibus hanc ei gloriam inuidentibus, interfectus est. Cuius mortẽ Minos pater vltus est bello. Tortellius.

29 Antæ⁹ gigas Libycus, & egregi⁹ luctator, ausus est cũ Hercule i certamẽ descẽdere, cui cũ Terra mater vires tactu augeret, ꝓstructis in aere mẽbris & faucibus ab ipso Hercule iugulatus est. Hãc eoꝝ luctã describit Politian⁹ hoc modo.

Incaluere animis dura certare palæstra
Neptuni quondam filius, atq; Iouis.
Non certamen erant operoso ex ære lebetes,
Sed qui vel vitam, vel ferat interitum.
Occidit Antæus. Ioue natum vincere fas est,
Estq; magistra Pales Græcia, non Libya.

¶Simile duellũ amoris in Pana deũ cõfinxit Stroza fil⁹. Cuius carmina qm̃ ingeniosissima mihi visa sint, adieci.

Pan & amor quondam lucta certare volentes
Deponunt calamos ille vel ille sacros.
His onus alarum, villosæ nebridos ille,

Proijcit hic arcus, proijcit ille pedum.
Tum liquido exutos artus perfundit oliuo,
Cecropiæq; modum seruat vterq; Pales.
Conseruere manus totis conatibus ambo,
Robore Pan fidens, dexteritate puer.
Aspera pugna fuit, primisq; assultibus anceps,
Nunc Pana aiebant vincere, nunc puerum.
At demum alato pensauit cornua saltu,
Panaq; qui vincit omnia, vicit Amor.

30 Pythodemus luctator fuit egregius, cuius statuas fecit Dy nomenes. Plinius.

31 ¶ Daretem virg. fingit fuisse nescio quem iactanticulum, suisq; viribus immodice fidentem, q̃ in ludis illis (quos ad Anchisæ tumulum celebrabat Aeneas) cũ sibi nimiũ blan diretur, vt vnũquemq; magnifico sermõe lacesseret, ad ex tremum coegerit Entellũ, q̃uis capularẽ & prope viribus effœtũ, cęstus arripere. A quo magna nois infamia supera tus, ꝓpe semianimis in castra suorũ relatus sit, Vnde natum adagium Hieronymo positum, Dares Entellus prouocas.

32 ¶ Coricus luctator cum neminẽ reperiret priorem, aut pa rem, cuiusq; viribus succũberet ẽt adagio sequenti fecit lo cũ, Luctari cũ Coryco, de his, q aliqd supra vires moliũtur.

33 ¶ Patrobius libertus Neronis, tanto palæstræ studio tene batur, vt arenam a Nilo vsq; iuberet sibi afferri in theatrũ, qua spargeretur. Plinius Cap. 12. lib. 35.

34 De Hyla, phegeo & Lyco Ausonius ad hũc modũ scribit.
Doctus Hylas cæstu, Phegeus catus arte palęstræ,
Clarus Olympiacis est Lycus in stadiis.
An possent omnes venturo vincere agone,
Ammonem Libyæ consulere deum.
Sed deus vt sapiens, dabitur victoria vobis
Indubitata quidem, si caueatis, ait.
Ne quis Hylam cæstu, nequis certamine luctæ
Phegea, ne cursu te Lyce prætereat.

35 ¶ Aegles Olympionica dum in sacro certamine sortitio inter ipsos & aduersarios nõ bona fide fieret, repente (cum

prius esset mutus) in eum qui id faciebat, sese videre, quid faceret, magnum inclamauit. Orisq; vinculo solutus, recte postea semper locutus est. Gellius.

36 ¶ Fuit Glaucus Carystius pictes coronatus. 15. Olympia de, quem Pythia ter vicisse ferũt. Isthmia decies. Is in agro colendo vomerẽ (qui ab aratro casu exciderat) manu loco mallei in suũ locũ restituit. Ductꝰ postea a pre in Olympiã, cũ ab aduersariis ꝓficeret plagis, & iam succũbẽs deficeret, inclamauit ꝓfiliẽs pater, percute qua aratrũ. Quo ille stimu lo concitatus, irruensq; violentius velut impetu capto, ad uersariũ vicit, statuamq; meruit. Cœlius cap. 28. lib. 6.

37 ¶ Fuit Eurydamas Pyctes Cyrenæus patria, q aduersariis plagarũ vi & frequẽtia dentes sæpenumero excutiebat.

38 ¶ Ferunt Heraclidẽ fuisse pugilẽ, infiniti ꝓpe cibi, potusq; capacem. Non reperiebat illi par in potãdo. Alios ad ienta culũ inuitabat, alios ad prandiũ, ad cœnã alios, Postremos ad comessationẽ, Recedẽtibus primis, iungebant secundi. Oibusq; sufficiebat solus. Cœlius lib. 16. cap. 16.

39 ¶ Iacchus Epidamnius fuit Pyctes, quẽ Cleomedes Asty palensis ictu pugni interfecit, ac demũ interfecti laceribus apertis intestina exeruit. Crinitus cap. 1. lib. 15.

40 ¶ Iscomachus Crotomates victor fuit in stadio, quo tpe M. Valeriꝰ & P. Posthumiꝰ Tubertꝰ ꝓsules Romę creati sũt.

41 ¶ Topsius luctator fuit egregiꝰ, Dionis Alexãdrini frater.

42 ¶ Buthus Athleta vicit in Pythiis ludis. Idem bouem integrum vno die deuorauit, quod de Milone Crotoniata dicitur. Erasmus in Chiliadibus.

43 ¶ Starcatherum Saxo Grãmaticus prodit Athletã fuisse, qui nulli mortalium suo tpe, viribus & virtute cesserit. De cuius præclaris facinoribus multa commemorat.

44 ¶ Hama apud Saxones Gymnicis palmis clarissimus habi tus est, adeo, vt magno militaris pompæ tripudio ductꝰ sit ad conflictũ, & Starcathero inter danos fortissimo, sed ca pulari oppositus. Cum ergo in conflictum ambo descendis sent, astarẽtq; hinc & inde numerosi spectatores, vt suę par tis victori gratularentur, Starcatherus primo quidẽ insultu

propter inualidas vires pene resupinatus est. Verum vbi pudore resumpsit vires, & se sibi restituit, medium hamæ corpus dissecuit. Idem Saxo lib. 6.

45 ¶ Phailus fuit Athleta fortissimus, in cuius honorē Alexander Macedo multas exuuias dono Crotoniatis misit. Pontanus de magnificentia.

46 ¶ Cyllon fuit Olympionices Athenienſis, affectatæ tyrannidis compertus.

47 ¶ Callias Athenienſis tyranni Pisistrati inimicus, in equorum cursu palmam obtinuit, in quadrigario fuit secundus, in Pythiis primas meruit. Herodotus lib. 6.

48 ¶ Pyrrhecmen luctator fuit Aetolus, qui degmenū Epeū singulari certamine vicit. Volaterranus in Geographia.

49 ¶ Aucnicon fuit Pancratiastes ex Anthedone vrbe.

50 ¶ Phrynon dux fuit Atheniēſiū, Pācratiastes clarissimus, quē Pyrtacus Mytilenæ⁹ singulari ꝓtendēs certamine, reste sub clypeo latēte iuoluit, atq; hoc modo supauit. Laertius in epistolis scribentē. Et quia desperes inuictī membra Glyconis, Nodosa corpus noli prohibere chiragra.

51 ¶ Glycon nomen est luctatoris fortissimi apud Horatium

52 ¶ In honorē defuncti Archemori (q filius fuit Lycurgi regis Thracū) ānui Agones istituti fūt. Statiꝰ li. 6. Thebaidos, quoſdā enumerat ex his q ibidē certauerūt, quoꝝ hec sunt noīa. Hippomedon iactu disci ꝑstās, Phlegias, Alcidamas, Lacon, Capaneus, Aetolus, Agyllę⁹, Tydeꝰ, & alū nōnulli.

¶ Gladiatores.

1 Bithus
Bacchius
2 Erſenius
Pacidianus
3 Spartacus
4 Turbo
5 Martianus
Spiculus
6 Veianus
7 Gracchus
8 Cilix
Sergiolus
9 Glyco

Gladiatoꝝ genera sunt, reatiarii, secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces. Hoꝝ magistri dicūtur Laniſtæ, hi gladiaturā domi exercebant, instituebantq; tyrones, quos vēdebāt munerarii. Erāt Munerarii ſpectaculoꝝ exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant.

A Grecis dicunt Agonotheræ. Martialis. ſuſpectam velut emptor, aut Laniſta. Retiarii pugnabāt in Mirmillonē, vocabulo a rete deducto, quod ſub ſcuto ferebāt, vt inuolue rēt inimicū. Mirmillones nomē habuerūt a Mirmillonio, genere armaturę Gallicę, quo vtebantur. Iuuenalis ſaty. 6. Nobilis Eurualū, aut Mirmillonē exprimat infans. Pinnirapi dicebant retiarii, q pugnātes aduerſus Mirmillonē. pīnā hoc eſt ſummitatē galeæ rapiebant. Iuuenalis ſaty. 3. Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; laniſtæ. Retiarii tunica vtebant & fuſcina Iunenalis. Vicit & hoc monſtrū tunicati fuſcina Gracchi. Suetonius. Retiarii inqt tunicati quinq; numero gregatim dimicātes ſine certamine vllo totidē ſecutoribus ſuccubuerāt, cum occidi iubereni, vnus reſumpta fuſcia oēs iteremit. Secutor galeā ferebat & clypeū falcēq; ſupinā, Retiariꝰ galerū tnū. De hoc Iuuenalis ſaty. 8. Nec galea frontē abſcōdit, mouet eē tridētē. Poſtq̄ vibrata pendē tia retia dextra Ne quicq̄ effudit, nōdū ad ſpectacula vultū Erigit, & tota fugit agnoſcēdus arena. Credamꝰ tunicę, de faucibꝰ aurea cum ſe Porrigat & lōgo iactet ſpira galero.

1 ¶ Inter gladiatores præcipui habent Bithus & Bachius, qui pares fuerunt arte, & pares audacia, Hinc natum adagium. Bithus cōtra Bachium, cum duo æqualiter improbi cōtendunt inter ſeſe. Horatius, Vt non Cōpoſiti melius cū Bitho Bachius. Nam cū multos interfeciſſent, tandem congreſſi mutuis vulneribus ſe confoderunt.

2 Erſenius & Pacidianꝰ gladiatores itidē fuerūt nobiliſſimi. A qbus natū Adagiū ꝑcedēti ſile. Erſenius cum Pacidiano. Cicero de pfecto oratore. A me aūr (quo maximis minima cōferā) gladiatoꝝ par nobiliſſimū inducit. Aeſchines tanquā Erſenius, nō ſpurcꝰ homo, ſed doctus & acer. Cū Pacidiano hic imponitur, optimus longe poſt hoīes natos.

3 ¶ Spartacus gladiator fuit Thrax genere magnis viribus præſtās, q vna cum Chryſo & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio Capua erupit cum ſeptuaginta gladiatoribus. Qui oēs collecto exulū & fugitiuoꝝ nō paruo exercitu, bellum ingens concitarunt, adeo vt mitti Craſſum

oportuerit, qui pditos eoꝝ conatus reprimeret. Authores Appianus li. 1. belloꝝ ciuiliũ, Plutar. in Crasso, & L. Florus. Vnde Lucanus, Vt simili causa caderes, qua Spartacꝰ hostis. Horatius. Aemula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer.

4 ¶ Turbo faciens genitiuum Turbonis, nomen est gladiatoris apud Horatium libro secundo Sermonum. Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

5 ¶ Martianus nomẽ est Gladiatoris apud Plutar. in Galba. ¶ Idem ait Spiculum fuisse Gladiatorem, quem Romani Neronis statuis subiectum in foro perdiderint.

6 Horatius facit Veianium gladiatorem in principio epistolarum, vbi ait. Veianius armis Herculis ad postez fixis latet abditus agro, Ne populũ extrema toties exoret arena.

7 ¶ Gracchus nomẽ est Retiarii apud Iuuenalem saty. 8. scribentem. Nec clypeo Gracchum pugnantem aut falce supina. Damnat enim tales habitus, & damnat & odit.

8 ¶ Cilix apud eundem Iuuenalem nomen est gladiatoris vbi ait. Sic pugnas Cilicis laudabat & ictus. Apud Martialẽ furis nomen est. Sergiolus apud eundem Iuuenalem saty. 6. nomen est gladiatoris vbi ait. Nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat.

9 ¶ Apud Horatium Glyco nomen est gladiatoris vbi ait. Et qua desperes inuicti membra Glyconis. Fuit & eiusdem nominis tragœdus Neronis ætate, de quo Persius saty. 5. Feruebit sæpe insulso cœnanda Glyconi.

¶ Histriones & actores.

1	Paris	9 Nicostratus	18 Cyliscus
2	Genesius	10 Cytheris	19 Fauo
3	Roscius	11 M. Ofilius	20 Spinter
4	Aesopus	12 Saculio	21 Castor
5	Pylades	13 Satyrus	Docilis
	Hylas	14 Thymele	22 Demetrius
6	Stephanio	15 Polus	Stratocles
7	Rubrius	16 Callipides	Hæmus
8	Astidamas	17 Theocritus	Antiochus

HIstriones vocãtur ludiones & gesticulatores. q oculos spectatorũ suis oblectant ludis. Theatricoꝝ enĩ artificum alii vocantur Gymnici, alii scenici. De Gymnicis nõnihil dictum est in Athletis. Scenici vocãtur qui scenicos Agonas exercent, aliter Dionysiaci velut patri libero dicati. In his sunt comœdi & tragœdi, id est fabularum actores. Item Mimi, Pantomimi, Archimimi, Ethologi, Ethopœi, qui oẽs significant alienę personę simulatores, & Hypocritas, Latine vocantur Histriones, vel ab Histria, ex qua primum venerunt, vel quod Hister vocabulo Thusco significet ludionem. Mimi dicũtur imitatores, qui dicta, facta, moresq; hominũ & naturas imitantur, Quãuis etiam Mimi dicantur poemata, sine reuerẽtia lasciuiã imitantia, vt apud Ouidium. Scribere si fas est imitantes turpia Mimos. Pantomimi oĩum personarũ imitatores & effictores. Suetonius in Galigula. Nestorem Pantomimum enim inter spectacula osculabatur. Bibaculus scriptor egregius ob eximiam imitationẽ Pantomimus vocabatur. Si Venus leporem in horoscopo respexerit, faciet Pantomimos & Mimologos, inquit Iulius Maternus. Archimimi sunt Histrionum principes, Ethologi sunt fictores morum & affectuum cuiuscũq; personæ. Cicero lib. 1. de oratore. Mimorum est enim Ethologoꝝ, si nimia est imitatio sicut obscœnitas. Quibus verbis Cicero nimiam & velut Mimicam in oratore culpat imitationẽ. Sunt & Ethopœi Histriões, qui mores imitantur eius personæ, quam sustinent. Vnde Ethopœia moꝝ alienoꝝ imitatio, quæ aliter vocatur Mimesis. Inter scenicos quoq; ponunt Thymelici, saltatores, Chyronimi, Thymelici sunt citharœdi, citharistæ, lyristæ, tibicines. Thymelici, actiones suas in Orchestra peragebant, Comici & Tragici in scena, Thymelici aũt dicuntur vel a Thymele muliere, quæ prima saltationem docuit, vel ꝙ Thymele apud Græcos histrionicam significet. Martialis lib. 1. Qua Thymelẽ spectas, derisoremq; latinum. Chyronomi sunt gesticulatores, & Chironomia saltatio gesticulatrix. Iuuenalis satyra sexta. Chironomon Ledam molli

Saltante Batyllo, vbi Leda nomen est saltationis, Batyllus histrionis. Idem saty. 7. Saltantē spectas & Chironomonta volanti Cultello. Saltationis species antiqtus fuerūt Pyrrhica, quæ & Enopolia a qbusdā dicit, id est pacata. Hinc Pyrrhicarii & Pyrrhicistę dicunt saltatores armati. Trāgllus in Cæsare dictatore. Furius Leptinus stirpe prætoria & a Cal/penus senator quondā actorq; causaꝫ Pyrrhicā saltauerūt. Nomen aūt sumpsit a Pyrrho inuentore. Cordax saltatio est obscœna & Comica. Tertiū genus saltatiōis Sicinnis appellat, quæ satyrica esse dicit. Plinius li. 1. Saltationē armatam Curetes docuere, Pyrrhicen Pyrrhus, vbi armatam a Pyrrhica distinguit, quas tamē easdē esse sentit doctissimus Budæus, a quo bonam horū fragmētorū partē emēdicaui. Est & alia saltatio, quæ Eumelia dicit, id est pacata. Prodiit historiæ Romanoꝫ histriones pulsos Italia a Nerone, cuꝫ ꝓpter eos varie factiones ortæ sunt, & adeo vehementes, vt ad compescendā fautoꝫ cōtentionē milites theatro assidere iuberētur. Vñ & Tranquillus. Pantomimoꝫ inquit factiones simul cuꝫ ipsis relegatæ. Restituti sunt demum per Neruam, sed iterum postea sublati a Traiano.

1 ¶ Paris histrio libertus fuit domitiæ Neronis amitæ, qui solitus erat luxus Neronis intendere tpe cœnæ, eiusq; animum demulcere, authore Cornelio Tacito. de hoc intelligit Iuuenalis, Exurit, intactam Paridi nisi vendit Agauē. Quod, non dant ꝓceres, dabit histrio. Trāquillus ait eum a Nerone occisum, quasi grauē aduersariū. Idem scribit Domitianum repudiasse vxorē Paridis histrionis amore perditam. De hoc Paride Pantomimo, est elegās apud Martialē epitaphium, quod hic pp festiuitatē subiunxi. Quisquis Flaminiā teris viator, noli nobile præterire marmor. Vrbis delitiæ salesq; nili, Ars & gratia, Lusus & voluptas, Romani decus & dolor theatri, atque omnes Veneres Cupidinesq;, Hæc sunt condita quo Paris sepulchro.

2 ¶ Genesius Arelatensis patria Mimus fuit apud Diocletianum, qui Christianos turpissimis gestibus irridebat. Tandē & ipse sub imperatore passus est.

¶ Roscius Gallus Comœdus fuit vt olim peritissimus, ita & notissimus, q gestus & ꝓnunciationis exercitatione eo venit præstantiæ, vt si quempiam in arte sua perfectum velimus dicere, eū vocemus velut Roscii in scena. Persona primus vsus est in scena, ꝙ obliquis esset oculis, turpisque aspectu. Scripsit librū, quo histrioniam cōparauit eloquentię. Cicero grauissima oratione populū obiurgauit, ꝙ agente Roscio tumultū mouisset. Idem li. 2. de oratore. Quā soleo (inquit) sæpe mirari eoꝝ impudentiā, qui agunt in scena gestum, spectante Roscio. Quis enim se cōmouere pōt, cuius vitia ille nō aduertat? Porro aūt fuit Roscius, L. Syllę adeo charus, vt annulo aureo ab eodē dictatore donatus sit. Tantū preterea tū gratia, tum gloria, vt mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus acceperit. Macrobius cap. 7. lib. 3. Horatius de eo scribit. Clament pe riisse pudorē Cuncti pene patres, ea cum reprēdere coner, Quæ grauis Aesopus, quę doctus Roscius egit.

¶ Aesopus fuit tragœdus, amicus Ciceroīs q ex histrioniā tātas opes sibi cōparauit, vt patinam haberet. 600. sestertiis taxatam, filiūq; reliquerit adeo diuitē & prodigū, vt vnionēs aceto liquefactos, cœnis apponeret. Plinius ait patrem posuisse in patina aues cantu aliquo aut humano sermone vocales millibus sex singulas coemptas nulla alia inductū suauitate, nisi vt imitationē hominis manderet, dignus filio, a quo deuoratas diximus margaritas.

¶ Dion Cassius prodit Neruam Coccium gladiatoribus theatricis, Mimisq; & saltatoribus maxime oblectatum, e quibus vnum præ cæteris (cui nomen erat Pylades) dilexerit. Fuit hic Pylades Histrionica clarus. Hilam discipulum vsq; ad æqualitatis contentionē eruditione prouexit. De vtroq; abunde meminit Macrobius lib. 2. Saturnaliorum. Augustus Cæsar authore Tranquillo Hylam Pantomimū in atrio domus suæ nemine excluso flagellis verberauit, ꝓtore licentiam Histrionis culpante. Pyladē quoq; vrbe atq; Italia summouit, quod spectatorem (a quo exibilabatur) demonstrasset digito conspicuumq; fecisset.

6 ¶Stephanio ẽt nomen est Histrionis, quẽ Suetonius togatariũ vocat, qđ primus rogatus saltauerit fabulas dicẽte Plinio. Minus miror Stephanionẽ, qui primus togatus saltare instituit. Hũc Augustus per bina theatra virgis cæsum relegauit, quod circũtonsam in puerilem habitum matronaꝫ ei ministrasse comperisset.

7 ¶Rubrius apud Plinium Histrio dicitur, cui L. Plancus cognomen imposuit.

8 ¶Astydamas fuit Histrio Morsimi filius, cui statua in theatro ponenda decreta fuerat, quod in agendo Partheneam sese gnauiter ac scite gessisset, Itaq; titulum cõscripsit, quo suas ipse laudes complectebatur. Vnde natum Adagiũ. Laudas teipsum Astydamæ in modum. Erasmus.

9 ¶Nicostratus fuit Comœdiarũ actor talis apud Græcos, qualis apud Romanos fuisse traditur Roscius, Propter cuius artis peritiam reliquit locum sequenti prouerbio. Ego faciam omnia more Nicostrati. Suidas apud Erasmum.

10 ¶Cyteris fuit mima, cum qua M. Antonius post Pharsalicam pugnam vectus est curru, quem generosi spiritus leones trahebant. Author Plinius lib. 8.

11 ¶Idẽ scribit M. Ofiliũ fuisse histrionẽ & Comœdũ, qui cũ pplo admodũ placuisset natali die suo, quiuiũq; hꝛet, edita cœna calidã potionẽ in pulrario poposcerit, simulq; personam eius diei acceptã intuens, corona e capite suo in eam trãstulerit, taliq; habitu rigens nullo sentiente expirauerit.

12 ¶Saculo nomẽ est histrionis apud Plutarchũ, quẽ Brutus in Bello contra Antonium captiuum cepit.

13 ¶Fuit & Satyrus apud Græcos histrio, qui Demosthenis lingua præpediti ac propterea ingrati populo sic formauit vocem, vt nõ prior Demosthenes, sed alter videretur. Author Plutarchus.

14 ¶Thymele mulier prima saltationẽ docuit. Hinc Thymelici dicunt saltatores Mimi. Martialis. Qua Thymelen spectas, derisoremq; Latinum. Iuuenalis. Attendit Thymele, Thymele tũc rustica discit. Huius Thymeles maritus vocabat Latinus, q fuit Domitiani iperatoris, de quo Suetoni⁹.

¶Polus

15 ¶Polus histrio fuit fama celebri in terra Græcia, q gestus & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat. Egit tragœdias poetaꝫ. Athenis ẽt Electrã Sophoclis vrnam cum Orestis ossibus gestãtem. Quem actum scite adeo & docte absoluit, vt Imagines rerum verbis exprimẽs spectatores ad fletum & lachrymas concitauerit.

16 ¶Fuit Callipides gesticularius & tragœdiarũ histrio inter Græcos clarus. Qua in re plurimum se mirabatur. Itaq; vbi Agesilao regi occurrisset, arrogãtius eũ salutauit subide illi se ostentans arbitratur fore, vt comiter a rege exciperet. Verũ cũ seriis rex intẽderet, nec aduerteret ad Callipidem, Nõ admodũ (inquit) nosse me videris o rex. Tum subridẽs Agesilaus. An nõ es (inquit) Callipides ille dicelictas? id est mimus, Spartanoꝫ vocabulo. Quib⁹ verbis ludioni tumore retudit. Fuit aũt Callipides adeo gestuosus, vt Simia gesticulosiorẽ Græci eũ dixerint. Quãobrẽ, pnunciatio illa tã elegans & arguta, reddebat hoiem tardiorem. Author Plutarchus in Apopht. Laconicis, & in vita Alcibiadis.

17 ¶Fuit Theocrines primum Tragœdiarum actor, deinde calumniator & Sycophãta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Cteſciphonte, Aeschinem, tragicum Theocrinẽ vocat. Erasmus in Chiliadibus.

18 ¶Cyliscus nomẽ est tragœdi apud Plinii lib. 35. cap. 10.

19 ¶Fauo fuit Archimimus, qui in funere Vespasiani imperatoris, personam eius tulit, virig; (vt moris erat) facta & dicta imitatus est. Interrogatis itaq; ab eo ꝓcuratoribus exequiarum, quãti constaret funus, vt audiuit sestertium centies exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tyberim proiicerent. Quibus verbis taxabat imperatoris auaritiam, qui indignaretur tantam impẽsam in funere suo factam fuisse. Suetonius in Fl. Vespasiano.

20 ¶Spinter fuit histrio, a cuius nomine vocatus est Lẽtulus Spinter, quod ei⁹ similitudinẽ referret maxime. Valerius.

21 ¶Castor & Docilis histrionum sunt nomina, apud Horatium in epistolis scribentem. Ambigitur quid enim, Castor sciat an Docilis plus.

¶Demetrius, Stratocles, Hæmus & Anthiochus egregij fuerũt Histriones, de qbus Iuuenalis satyra. 3. Nec tñ Antiochus, aut cũ molli Demetrius Hæmo. Stratoclis & Demetrii meminit Fabius Capite vltimo libri. 11. Institutionum oratoriarũ, diuersam amboꝝ virtutẽ cõmẽdans his ꝟbis. Maximos actores Comœdiæ Demetriũ & Stratoclẽ placere diuersis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirũ qđ alter deos, & iuuenes, & bonos patres, seruosq; & matronas, & graues anus optime, Alter acres senes, callidos, seruos, parasytos, lenones, & oia agitatoria melius repræsentaret. Fuit enim natura diuersa. Nam vox Demetrii iucundior, illius acrior erat. Errauit Domitius Mersus in Iuuenalem, de his Histrionibus loquens, dicensq; Papiniũ memi/nisse Hæmi Histrionis illo suo carmine. Huc intrent faciles Hæmi puellæ. Vbi legẽdũ est emi verbũ modi ifiniti, id est puellæ venales, & q̃ facile emunt. Idq; pp naturá phalecii carminis, quod in tertia sede trocheum solum recipit.

¶Ludi & spectacula diuersa.

1 Actia
2 Buberiæ
3 Pythia
4 Iuuenalia
5 Olympia
6 Nemæa
7 Aeacea
8 Dionysia
9 Ludi Circenses
10 Venationes
11 Ludi seculares
12 Taurii
13 Plebii
14 Gladiatorii
15 Scenici
16 Spectacula Cæsaris
17 Spectacula Augusti
18 Spectacula Caligulę
19 Spectacula Cęsaris Claudii
20 Spectacula Neronis
21 Spectacula Domitia.
22 Spectacula Adriani
23 Spectacula Antonii Pii
24 Spectacula Gordiani
25 Spectacula Firmi
26 Spectacula Heliogabali
27 Spectacula Philippi.
28 Astragalus
29 Pila.
30 Latrunculi
31 Alea
32 Turricula
33 Par, impar.
34 Nuces
35 Carthæ
36 Sorriri digitis
37 Discus

EXPLANATIO.

1 ACria ludi fuerũt quinquẽnales instituti apud Actiũ Epiri, pmõtoriũ ab Augusto post Antoniũ, & Cleopatrá superatos in honorẽ Apollinis Actiaci.

2 ¶Bubetiæ ludi fuerũt a bobus appellati, qm̃ a veterib⁹ gratia boum instituti sunt. Vocantur etiam boalia.

3 ¶Pythia vocabant ludi Apollinares, instituti in honorem Apollinis post interfectum Pythona serpẽtem. Horatius. Qui Pythia cantat Tibicen, didicit prius, extimuitq; magistrum. Sabellicus. Heroica carmina Phæbo Delphica post cæsum cecinit Pythona iuuentus. Hos ludos instituit Corœbus Atheniẽsis. Liuius scribit ludos Apollinares votos fuisse ad expellendum ab Italia Annibalem. De his ludis Ouidius libro primo Meta. Ne ve operis famam delereve tustas, Istituit sacros celebri certamine ludos Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos.

4 ¶Cornelius Tacitus scribit Neronẽ instituisse ludos Iuuenalium vocabulo, in qbus nõ nobilitas vlla, non ætas, aut acti honores erant ipedimento, quo minus Græci Latiniq; histriones artem exercerent vsq; ad gestus modosq; parum viriles. Quin & fœminæ illustres deformia meditabantur. Fieri quoq; iussit conuenticula, & Cauponas, vbi posita erant irritamenta luxus, vnde corruptis moribus accessit libidinum colluuies post natos homines lõge maxima Iuuenalia seu Iuuenales ludi celebrãtur pompatico rerũ omnium apparatu, cum quis ex adolescẽtia egrediẽs, in iuuenilẽ migrabat ætatẽ. De his Baptista Pius in Annota.

¶Olympia ludos in honorem Iouis constituit Hercules apud Elidẽ, & Pisam Græciæ oppida, vbi Gymnicũ certamen fiebat quinto quoq; anno. In his qui dimicabat, vocabatur. Olympionices. Hic Hercules stadiũ fecit tanto cæteris maius, quanto mensura pedis eius cęteris prępollebat.

¶Nemæa fiebant, in honorem Archemori Lycurgi regis Thracum filii, quem ab Hypsiphyle nutrice in herba relictum serpens interfecerat.

7 ¶Aeacea fiebant de Aeaco apud Aeginã. ▽Marathonea ob taurum a Theseo iterfectum, vbi phiala argentea dabatur præmium. Thebis ẽt fiebãt Heraclea Oenomaus primus apud Elidem ludorum spectaculum, equorumq; cursum edidit. Apud Romanos Romulus in Sabinarũ raptu. Vnde Ouidius. Primus sollicitos fecisti Romule ludos. Ad certamina Gymnica non admittebant fœminæ. Vnde Statius. Exclusæq; expectant præmia matres. In ludis illis certabatur quinq; generibus, disco, hasta, saltu, iaculatione, luctatione. Qui in omnibus vincebat, vocabat Pentathlus.

8 ¶Dionysia fiebãt in honorẽ Bacchi, vbi maxia bibẽdi licẽtia pmittebat. His itererãt ppls, & athletę passim coronati. Oium certaminũ pcipua quatuor fuerũt genera. Olympia, Pythia, Nemæa, Isthmia, quorũ pmia erant Oleaster, laurus, apiũ, pinus. Fiebãtq; in honorẽ Pelopis, Apollinis, Archemori, & Palemonis. Aliqui ad Iouẽ, & Neptunum Olympia, & Isthmia referũt. Vnde Statius li. 1. Theb. Non aliter, quã Pisæo sua lustra tonanti Cum redeunt.

9 ¶Ludi Circenses qui fiebant in Circo, vbi loca erant, & subsellia equitibus patribusq; designata. Primus Circũ designauit Tarquinius Priscus. Spectaculum faciebant equi pugilesque ex Ethruria maxime acciti. De his Tranquillus in Cæsare. Circensib⁹, inquit, spatio Circi ab vtraq; parte producto in gyrũ. Euripo addito, quadrigas, bigas, & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Troiam lusit turma duplex maiorum, & minorũ pueroꝝ. Troia aũt erat equestre simulachrum, seu vmbratica equitũ pugna, In qua equi in orbem se inuicẽ petebant. Huius ludi originẽ Virg. lib. 5. sic describit. Hunc morẽ sacroꝝ, atq; hæc certamina primus Ascanius (lõgam muris cum cingeret albam) Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos. Idem. Troiaq; nũc pueri Troianum dicitur agmen.

10 ¶Venationes erãt spectacula, in quibus positæ in theatro feræ, vt Tygres, Elephanti, & Leones Gladiatoribus cõgrediebantur, vsque ad mortem, & casum alterutrius partis. Suetonius. Venationes editæ per dies quinq;, ac nouissime

pugna diuisa in duas acies quingenis peditibus, Elephãtis vicenis, tricenis equitibus, hinc & inde commissis. In venationibus, & Gladiatoriis soli conducti, aut damnati, & ambitiosi ad ostentationẽ suarum virium adhibebantur, quoniam maximum vitæ discrimen imminebat.

11 ¶Ludi Seculares in honorem Apollinis, & Dianę instituti, fiebant centesimo quoq; anno, prẽcone per compita clamante. Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit, neq; visurus est. Hos instituisse fertur Val. Publicola pp exactos reges. Celebrauit Philippus impe. anno post vrbem conditã. 1000. In qbus fuerũt Elephanti. 30. Alces. 10. Tygres. 10. Leones mansueti. 40. Leopardi mansueti. 30. Hyenæ decẽ. Gladiatoꝝ fiscaliũ patria mille. Hippotamus quoq; Rhinoceros, Arcoleontes, Camelopardi, Onagri, & Equi feri. De Ludis secularibus meminerunt Politianus in Miscellaneis. Valerius de Institutis antiquis, & Censorinus de die natali.

12 ¶Taurii ludi fiebãt i honorẽ deoꝝ iferoꝝ, authore Festo.

13 ¶Plebeii instituti sunt exactis regib⁹ p libertate aut recõciliatiõe plebis post secessionẽ in Auentinũ, author Asconi⁹ Pædianus. De his Liuius li. 14. Plebei ludi (inquit) a M. Aurelio Cotta, & M. Claudio Marcello ter instaurati sunt.

14 ¶Gladiatorii instituti sunt ad exercendam armis iuuentutem, vt iuuenes ipsi (si quãdo res postularet) assuescerẽt nõ expauescere congressum hostilem.

15 ¶Ludi Scenici dicunt a scena, in qua celebrabant a theatricis actoribus. Instituti sunt ob pestilentiam accitis ex Etruria ludionibus ad tibicinis modos saltãtibus. Ludi scenici fiebant in theatris, venationes, & gladiatorii in Amphitheatris. Ludicros, & Scenicos actores Cẽsoria dãnauit nota, vt improbos mente, & nihili hoies. Propterea Laberius eques excusauit sese p Epigrãmata a Cæsare coactum in hi strionicã inuitũ descendisse. Nero eam ob causam infamis habitus est. Macrobius lib. 2. & Volaterranus in Philolo.

16 ¶Spectacula varii generis edita sunt a diuersis principibus, Cęsare exhibuit munus gladiatorium. Ludos ẽt regionatim vrbe tota & per omniũ linguarum histriones. Item

Circenſes Athletas. Naumachiã ĩ foro depugnauit. Furius Leptinus ſtirpe prætoria, & Q. Calpenus ſenator quondã actorꝫ cauſarum, Pyrrhicam ſaltauerunt. Venationes edidit per dies quinqꝫ, ſublatis metis, quo latius dimicaretur. Athletæ cucurrerunt per triduum. Defoſſus eſt in monte Cœlio lacus ad nauale prælĩũ, in quo biremes, ac triremes Tyriæ, & Aegyptiæ claſſis magno pugnatiũ numero cõſlixerũt. Ad quæ ſpectacula tm̃ cõfluxit hoĩum, vt præ turba eliſi, & exanimati ſint plurimi, & in his duos ſenatores.

17 ¶ De ſpectaculis Auguſti ſic ſcribit Trãquillus. Spectaculorum aſſiduitate, & magnificẽtia oẽs anteceſſit. Fecit nõnũquã vicatim. Athletas quoqꝫ extructis, ĩ campo ſedibus ligneis, Nauale prælĩũ circa Tyberim. Ad ſcenicas quoqꝫ, & gladiatorias operas, equitibus Romanis qñqꝫ vſus eſt. Milites ſecreuit a populo, Multis e plebe ordinem aſſignauit, Prætextatis cuneum ſuũ & proximũ pædagogis. Fœminis gladiatores ſpectare ſolum ex ſuperiore loco cõceſſit. Virginibus veſtalibus locũ in theatro ſeparatũ cõtra prætoris tribunal dedit. Voluit primũ ſubſellioꝝ ordinẽ vacuũ ſenatoribus relinqui. Athletarũ ſpectaculo muliebrẽ ſexum. Athletis priuilegia ꝓfirmauit. Hiſtrionũ licentiam compeſcuit. In Circo aurigas, curſoresqꝫ, & confectores ſerarũ ꝓduxit. Troiæ ludum edidit frequẽtiſſime pueroꝝ delectu. Exhibuit Rhinocerõtẽ apud ſepta, Tygrim in Scena. Anguẽ. 50. cubitoꝝ pro comitio. Nulli Græco certamini interfuit, quo nõ pro merito certantiũ quemqꝫ honoraverit. Spectauit ſtudioſiſſime pugiles maxime latinos nec legitimos atqꝫ ordinarios ſolum, ſed & cæteruarios oppidanos, inter Anguſtias Vicoꝝ pugnantes temere, ac ſine arte. De his Blondus Flauius lib. 2. Romæ triumphantis.

18 ¶ Caligula impator munera edidit gladiatoria, quibus interfuit cæteruas Afroꝝ, Cãpanorũqꝫ pugilum ex vtraqꝫ regione electiſſimoꝝ. Nec ſpectaculis ſemp ipſe preſedit, ſed interdũ magiſtratibus, aut amicis præſidendi munus iniunxit. Scenicos ludos varii generis fecit, quoſdã nocturnos, accenſis tota vrbe luminibus. Panaria cum obſonio viritim

dedit. Edidit & Circẽſes, plurimos a mane vſqꝫ ad veſperã, interiecta mõ Aſricanarũ venatione, mõ Troię decurſióe. Minio, & Chryſocolla cõſtrauit circũ. Haſticos ludos egit Syracuſis, in Gallia Lugduni Miſcellos id eſt multiiugis ludicris variiſqꝫ ludiõibus refertos. Itẽ certamẽ Græce latinæqꝫ facũdiæ, in quo victoribus victi ꝑmia cõtulerũt, & eorũdẽ laudes cõponere coacti ſunt. Qui aũt maxime diſpliciſſent, ſcripta ſua ſpõgia lingua ve delere iubebant, niſi ferrulis obiurgari, aut in propinquo flumine mergi maluiſſent. Ide imp. Mirmillonẽ rudib⁹ſecũ dimicãtẽ & ſpõte ꝓſtratũ ꝓfodit ferrea ſica, & more victoꝝ cũ palma diſcurrit.

19 ¶ Cęſar Claudius fecit lares ludos quaſi anticipatos ab Auguſto, nec legitimo tẽpori reſeruatos. Circo maximo marmoreis carceribus auratiſqꝫ metis exculto, propria ſenatoribus cõſtituit loca promiſcue ſpectare ſolitis, & ſuper qua drigarum certamina, Troiæ luſum exhibuit. Exhibuit & Theſſalos equites, qui tauros per ſpacia Circi agebant, inſiliebantqꝫ defeſſos, & ad terram cornibus detrahebant. Itez Pantheras, quas conficiebat equitum Prætorianoꝝ turma ducibus tribunis. Tranquillus.

20 ¶ Nero edidit Iuuenales, Circẽſes, & ſcenicos ludos, item Gladiatorium munus. Iuuenalibus ſenes quoqꝫ conſulares anuſqꝫ matronas recepit ad luſuꝫ. Circẽſibus loca equiti ſecreta cæteris tribuit. Exhibuit & Cameloꝝ quadrigas. Ludos pro æternitate ĩperij ſuſceptos, appellari maximos voluit, in quibus plericqꝫ ex vtroqꝫ ordine, & ſexu partes ludicras ſuſtinuerũt. Nouiſſimus eques Ro. per Catadromum decurrit, inſidens Elephanto, Fabulã Afranij togatã, incendiũ noĩe (quo Troiæ ruina cõtinebat) induxit, conceſſitqꝫ ſcenicis, vt ardentis domus ſupellectilẽ diriperent, ac ſibi haberent. Sparſit & miſſilia oĩum rerũ, id eſt varij generis munera, q̃ erãt occupantiũ. Singula quotidie millia auium cuiuſqꝫ generis. Exhibuit ẽt ad ferrũ quadringentos ſenatores, ſexcentoſqꝫ equites Ro. ad cõficiendas feras in arena. Item Naumachiam aqua ex mari proximo inducta in qua innabãt belluæ. Item Pyrrhicas ſaltatiões per ephebos

quibus peracta opera, diplomata, & priuilegia ciuitatis Romanę singulis obtulit. Fecit ēt, vt Taur⁹ Pasiphaē i ligneo iuuencæ simulachro abditā iniret, quod multi spectantiū crediderūr. Instituit & quinquēnale certamē more Græco triplex, musicū, Gymnicū, equestre. Magistros toti certamini ꝓposuit consulares. Orationis carminisq; latini coronā (de qua honestissimus quisq; ꝓtenderat) ipsorum consensu arripuit. Scipio Africanus expugnata noua, Carthagine vrbe Hispaniæ, ludos gladiatorū magnifico apparatu ibidē exhibuit, quibus illustrissimi plerīq; viri interfuerunt.

21 ¶Domitianus spectacula edidit magnifica, & sumptuosa i Amphitheatro & Circo, vbi ꝓter bigarꝝ, & quadrigarꝝ cursus duplex ēt cōmisit prēliū equestre, ac pedestre, & i Amphitheatro nauale quoq;, Venationes, & Gladiatores exhibuit, noctib⁹ ēt ad lychnos. Pugnas ꝓterea nō virorꝝ modo sꝫ & fœminarū. Toto Gladiatorij spectaculi tpe, habuit aū pedes suos puerulū coccinatū, portentoso paruoq; capite, cū quo plurimū fabulabat. Edidit Nauales pugnas effosso circa Tyberiꝫ lacu, quas iter maximos ibres spectauit. Fecit & ludos Seculares. Instituit & quinquēnale certamē Capitolino Ioui triplex Musicū, Equestre, & Gymnicum. Fecit certamen Græci latiniq; sermonis. Celebrauit & i Albano monte quotannis quinquatria Mineruæ.

22 ¶Adrianus imp. fabularū recitationem omnis generis in theatro ad scenā & Orchestrā dedit. Histriōes Aulicos publicauit. In Circo multas feras & sepe cētū leones iterfecit.

23 ¶Antonin⁹ Pius munera edidit, in quibus Elephanti, Crocutæ, Rhinocerotes, Crocodili, Hippotami, & omnia ex omni terrarum orbe animalia, etiam Tygres fuere. In munere publico tam magnanimus fuit, vt centum leones vna missione simul exhiberet sagittis interfectos.

24 ¶Gordianus imp. duodecim populo Romano spectacula per singulos. 12. dies dedit. Ita vt gladiatorum nōnunq; quingenta paria, & nunq; minus centum quinquaginta feras libycas vno die, quādoq; mille ediderit. Erat ei sylua, in qua habuit Ceruos ducentos, Britanos equos feros. 30

Oues feras albas. 1000. Decem aureas capreas, quas inaurari fecerat. Strutiones Mauros miniatos. 300. Onagros. 30. Apros. 150. Ibices. 200. Damas. 200. Quę omnia populo dīripienda cōcessit, die muneris quod sextum edebat.

25 ¶Philippus Arabs imp. seculares ludos & munera edidit Circensia. In qbus dati sunt Elephanti. 32. Tygres. 20. Leones mansueti. 60. Hyenæ. 100. Gladiatorum fiscalium paria 1000. Rhinoceros vn⁹. Archoleōtes. 10. Camelopardali. 10. Equi feri. 40. Leopardi mansueti. 30.

26 ¶Heliogabalus quaternos canes ad currum iunxit, eoq; modo vectatus est. Idem iunctis. 4. Ceruis in publicū ꝓcessit. Sed & leones coniunxit se Cybelem appellans. Iunxit & Tygres se Liberū patrē vocans. Iunxit ēt quaternas mulieres, nudusq; a nudis vectus est.

27 ¶Firmus imperator, vectus est ingentibus Strutionibus, adeo vt magis volare, quam gestari videretur.

28 ¶Sunt & singularium ludorum nomina, vt Astragalus, Sphęristerium, Latrunculi, alea, par impar, & alii id genus. Astragalus latine talus ludus, & Officuloꝝ pedis ꝓiūctura, qbus Apollonius in Argonauticis pueꝝ Cupidinē ludentē ponit. Volaterranus ait Germanos, & Transpadanos hunc adhuc ludum obseruare. Homerus scripsit Elpenora lapsu scalarum exanimatum esse, cum fregisset Astragalon id est iuguli coniuncturam.

29 ¶Ludus pilę repertus est ab Anagalli puella Cercyręa, vel a Pytho quodā ꝑm Plinium, aut Lydis ꝑm Herodotū. Vocatur aliter Sphæristerium. Tranquillus in Flauio vespasiano. Valetudine ꝓspera vsus est, quāuis ad ruendā eam nihil amplius, quam fauces cæteraq; mēbra sibimet ad numerū in Spæristerio defricaret. Pila primū lusit Phacia iuuentus. De hoc ludo Homerus in Odyssea locut⁹ est, cuius versus latinos fecit Volaterra. Ille pilam dextra missurus ad astra reflectit Terga retro, rursusq; ad magnum protinus ictum Consurgens terram procumbit pronus ad imam.

30 ¶Est & ludus latronū, seu latrunculoꝝ de quo Martialis, Insidiosorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi

miles,& hostis erit. Seneca. Latrunculis ludimus. Volaterranus ait Magiolinum Florētinū fuisse in eo ludo adeo exercitatum, vt memoriter per alium luderet minime respiciens, aduersario tamen diligenter aduertente.

31 ¶Aleam Palamedes reperit in castris Græcorum contra Troianos, dum esset in ocio. Lusoria tabula vocat Phimū seu aleatoriū. Aleæ tessera duodecim habet pūcta. Martialis. Hic tibi bisseno numerat tessera pūcto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. Aleatoriū ēt quādoq; pro aleæ ludo sumitur. Sidonius. Atq; illic Aleatoriū lassis cōsūpto Sphæristerio satiat. Qui alea ludunt, vocantur aleatores & aleones. Catullus. Nisi impudicus & vorax & aleo. Suetonius scribit Domitianū imp. (quoties ocium esset) alea se oblectasse. Alea Romanis legib⁹ erat vetita. Horatius. Seu maius vetita legibus alea. Hinc Cicero. Lenticulū colluſorē Antonii, de alea condēnatū fuisse scribit. Cū aūt alea dicat ois ludus in varietate fortunę cōsistens, factū est, vt pro periculo periculiq; dubitatiōe accipiat. Lucanus, Placet alea fati Alterutrū mersura caput. Liuius. In dubiam imperii seruitiiq; aleam imus. Cæsar dubitās, an traiecturus esset copias vltra Rubiconem aduersus Pompeiū, tādem relicta cūctatione, Eatur (inquit) quo deorū ostenta & inimicorū iniquitas vocat, iacta est alea. Petronius arbiter tradit Cæsarē dixisse. Iudice Fortuna cadat alea. Aleā iacere ille dī, q se periculis Fortunæq; cōmittit. Dicimus ludere aleā. Trāqllus in Augusto. Aliquādo vt vincat, ludit assidue aleam.

32 ¶Turricula, seu fritillus id est quod apud Græcos Pyrgus dicitur. Erat enim vasculum in modum turriculæ, quo inclusæ tesserę iactabātur ad tollendā ludentis fraudē. Martialis. Quærit composita manus improba mittere talos, Sime misit, nil nisi vota fecit. Fritillus autē dicitur tabula lusoria, quo texeræ coniectæ agitatæq; mittuntur in alueoluū. Iuuenalis Satyra. 14. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Martialis. Dum blāda vagus alea december, Incertis sonat hinc & hinc fritillis. Martialis lib. 13. Hęc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus.

33 ¶Ludere par impar moris fuit antiqtus, qđ illo carmine Horatiano ꝓstat. Ludere par impar, eqtate ī arūdine lōga.

34 ¶Ludere nucibus, nostri temporis pueruli ab antiqs didicerunt. Nam & maiores hoc vsos fuisse ludo, docet illud Persianū. Et nucibus facimus q̄cūq; relictis, Cū sapimus patruos. Nuces aūt relinq̄re, est omissis studiis, & nugis pueri⁹ ad grauiora magisq; seria ꝓuerti. Hinc ēt ortæ illi dicēdi figuræ. Nunq̄ a nucib⁹ recedere, Redite ad nuces, Nuces obiicere, Nuces itermittē, Nucib⁹ idulgē, Nuces repetere.

35 ¶Chartarum, sortium, ac diuinationis ludi a perditis hominibus inuenti sunt, qui quāuis nostro quoq; seculo damnenē adeo, vt piaculum videat, illis tū adhuc luditur.

36 ¶Sortiri digitis, ludus fuit Italoꝝ, maxime pastoꝝ, vt repente porrectis digitis vterq; numerū diuiner. Mantuanus Aegloga. 1. Sortiri digitis res iniucunda, voluptas Magna prius tanti dū mens erat insċia morbi. Simile est illud. Micare digitis. Cicero li. 2. de diuinatiōe. Quid est enim sors? Idem ꝑpe modū, quod micare, quod talos iacere, qđ tessellas. M. Varro, Micādū erit cū græco, vtrū ego illius numerum, an ille meū sequat. Nemesianus. Digitos iactare micātes. Vnde natū adagiū. Dignus quo cū in tenebris mices. i. cui secure credas, & iniurato fidē habeas, Is enim quo cum in tenebris micamus, pōt nos fallere, si velit. Erasmus.

37 ¶Habebāt & Lacedæmonii ludū, quo discum seu lapidē rotūdū iaculabant in sublime Cuius inuentorē fuisse aiunt Lycurgum. In eo enim disco, quo in ludis Olympiacis vtebantur, Lycurgi nomen incisum erat, authore Plutarcho. De hoc ludo meminit Martialis in Apophoretis dicens. Splendida cum volitent Spartani pondera disci, Este ꝑcul pueri sit semel ille nocens. Et Statius lib. 1. Syluarum. Illic Oethalio non funderet aera disco Graiorū vis vlla virum. ¶Porro aūt veterū monumentis proditū summos viros & multa laude præsignes lusu nō abstinuisse. Nam Herculem illum, portentorum domitorem, Iouis & Alcmenę filiū ferunt, cū puerulis sæpius colluisse, eoq; mō curas animi remisisse. Cœlius capite vltimo quinti libri, & Volaterranus.

¶Ab Alcibiade quandoque deprehensus est Socrates cum Lamprocle infantulo colludēs. ¶Agesilaus cū filio arundinem interdum equitabat, qui puerulis mos est, alludēte Horatio. Ludere par impar, æquitare in arundine longa. ¶Tarentinus Archytas cum pueris de famulicio lusus agitabat, hisq; oblectabatur plurimum dum agitaret cōmunia. Author Cœlius. ¶Volaterranus ait Cosmum medicē iam senem & patriæ principem necotib⁹ paruis collusisse, & ex his cuidam, auenam in medio foro aptasse.

¶Scæuola interpres legum, curas animi lapillis, & fritillo q̄nq; discutiebat. Vñ Mantuanus in Syluis. Maximus interpres legū, lusisse lapillis Scęuola narratur, curasq; fugasse fritillo. Idē de Socrate sic inquit. Socraticos ēt ludos, puriliaq; acta Legimus atq; senem studiis iuuenilibus vsum.

¶Gymnasia.

Craneum	Prytaneum	Musæum
Cillarauium	Canopum	Serapeum
Lyceum	Pœcile.	Iseum
Academia	Tempe.	

GYmnasium proprie dicebatur locus, in quo nudi palæstritæ oleo perūcti concertabant. Nūc pro quocunq; exercitij loco solet accipi. Vnde & Gymnastes præceptor. Gymnasiarcha Gymnasii magister. ¶Craneum Gymnasiū erat apud Corinthū. ¶Est & Cyllarauiū gymnasii nomen apud Plutarchū in Cleomene. ¶Lyceū Academia, Prytaneum Canopus, Pœcile, Tempe gymnasia Athenis fuere. Nam & Canopū agnoscit Philostratus, in Herodis Attici vita. Pœcile vero porticus varia a Latinis appellatur. Nobilitata etiā præter picturam Marathonicæ pugnę, Zenonis Stoici conuentu. Vnde a porticu Stoici dicti. ¶Lyceū Aristotelis, Academia Platonis scholæ fuerūt. Versus. Ciceroīs Inq; Academia vmbrifera, nitidoq; Lyceo Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. De Prytaneo Cicero lib. 1. de Oratore. Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur. ¶Musæum & Serapeū, & Iseum publica Alexandriæ auditoria fuerunt, a musis, & Serapi, & Iside dicta.

¶Stadia diuersa.

STadium. 12. nostros efficit passus. Hoc est pedes. 625. Hoc Cēsorinus Italicū vocat. Olympicū pedibus. 600. constat. Pythicū circiter mille. Vitruuius stadiatas domorū porticus appellat prælongas, & magnificas.

¶Telorum Bellicorum & gladiorum nomina.

Lingula	Clunaculum	Plumbatæ
Sparus	Secespita	Onagri
Manobarbulus	Sica	Scorpiones
Materis	Cateia	Catapultæ
Runa	Nouacula	Aclides
Sibinus	Parazonium	Verutum
Veruina	Paltum	Venabulum
Machæra	Pugio	Gesa
Sarissa	Hasta	Ansatæ
Harpe	Hastile	Phalarica
Acynacis	Triphorum	Semiphalarica
Copida	Sagitta	Soliferrea
Framea	Iaculum	Lancea
Aeganea	Tragula	Rumigestri
Ancyle	Pilum	Mesanculæ
Sigymnum	Falces	Scibones
Geus	Harpagones	Ensiis
Dolones	Fustibali	Caiæ
Spatha	Issi	Telones
Culter	Cæstra	

¶EXPLANATIO.

TElorum vocabula Gellius lib. 11. cap. 15. multa ponit ad hūc modum. Hasta, Pilū, Phalarica. semiphalarica, solliferrea, gesa, lancea, Rumigestri, saces, tragulæ, frameæ. Mesanculæ, Cateiæ, Rompheæ, Scorpius, Scibones, Silices, veruta, enses, ficæ, mecheræ, spathæ, lingulę, pugiōes, Clunacula. ¶Lingulam veteres dixerūt gladioli oblungū in speciē linguæ factū. Cuius meminit Nęvius apud eundē Gellium. Sine mihi gerere morē videar

lingua, verum lingula. Domitius in Martialem ait linguſã ẽt capi pro inſtrumento, quod ad ſimilitudinẽ linguę conflatũ vſui eſſe poteſt ad aromata tractanda, vt in illo verſiculo Martialis. Gracileſq; lingulæ, cæreiq; charthæq;.

¶ Romphea genus eſt teli Thraciæ natiõis, Valerius Flac. lib. 6. Argon. Aequaq; nec ferro breuior, nec Romphea ligno. Mantuanus mediã ꝓduxit dicẽs. Quã gerit, aduerſus feriat Romphea cohortes. Sparta minimi generis ſunt iacula, a ſpargẽdo dicta. Sunt aũt Ruſtica tela in modũ pedis recurua. Virg. lib. 10. Agreſtiſq; manus armat Sparus. Nam vtrũq; dicimus in maſculeo, & neutro genere. Salluſtius. Cæteriq; vt quoſq; caſus armauerat ſparis, aut lanceis. Alij ꝓacutas ſudes portabãt. Lucil. Tũ ſpara, tum murices portatur, tragula porro. ▽ Manobarbulus genus eſt teli ſimilis plũbeæ pilæ, quo vtebanť milites, q manobarbuli dicebantur. ▽ Materis telũ eſt oblongũ breuius tũ lancea. Siſenna. Gallia materibus, Sueui lanceis eõfugiunt. ▽ Runa teli genus, latã habẽtis cuſpidẽ. ▽ Sabina, ſeu Sibinis telũ eſt venabulo ſimile, Illyrijs peculiare. Ennius. Illyrijs reſtãt, ſicis, ſibiniſq; fodẽtes. ▽ Veruina telũ eſt ſimile veru. Sidonius. Cui noſter ſermo erit ꝓ veruina. ▽ Machæra græce gladiũ ſeu cultrũ latine ſignificat. Apuleius. Cõminabaťſeſe cõciſurum eũ machæra fruſtratim. Plautus. Si tibi eſt machęra, & nobis eſt vrbina domi. Quod adagiũ dici ſolet, cũ malũ malo opponiť. Vrbina enim ẽt genus eſt teli. Sariſſa dicitur haſta prælonga, Macedonũ genti peculiaris. Vnde & Alexandri ſtipatores ſariſſophoros vocat Curtius. Liuius. Prælongas haſtas Macedones Sariſſas vocãt. Luca. lib. 8. Primi Pellæas arcu fregere Sariſſas. Ouidius libro duodecimo. Qui clypeo, gladioque, Macedoniaq; Sariſſa Conſpicuus. ¶ Harpe incuruus eſt Mercurij gladius, quo vſum ferunt Perſeum. Luca. Et ſubitus ꝓpes Cyllenida ſuſtulit Harpen. Harpen alterius monſtri iam cæde rubentem. Ponta. lib. 4. de Stellis. Quę Martẽ clypeo, galeaq;, adamantideq; Harpe Inſtruxit. ▽ Acynacis gladius eſt Parthorum genti peculiaris. Hora. lib. 1. Car. Vino & lucernis Mœdus Acynacis

immane quãtũ diſcrepat. Curtius lib. 5. de geſtis Alexãdri. Strictoq; Acynace interfecturus videbaťſ, ni ꝓpe Beſſus Bactrianiq; depcarenť. ▽ Idẽ Curtius ait Copidas eſſe gladios leuiter curuatos, Falcibus ſimiles, qbus appetebãt belluarũ manus. ▽ Framea gladius eſt Marti peculiaris. Iuuenalis. Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula vatis. Martian⁹ Capella. Gradiui frameã nõ auſus poſcere falcẽ. Cornelius Tacitus vbi de populis Germaniæ loqtur, frameas ꝓ haſtis vł accipere dicens. Rari gladijs, aut maiorib⁹ lanceis vtuntur. Haſtas, vel ipſoꝝ vocabulo Frameas gerũt anguſto, & breui ferro. ſed ita acri, & ad vſum habili, vt eodẽ telo, prout ratio poſcit, vel cõmin⁹, vel eminus pugnẽt. Et eques qdẽ ſcuto, Frameaq; content⁹ eſt, pedites & miſſilia ſpargunt. ▽ Aeganea ſpecies ẽ leuioris iaculi, authore apud Cœlium Euſtathio. ▽ Eſt & Ancyle iaculũ quoddã, q̃ q vtunť, vocãtur Ancyliſtæ, q̃uis ẽt Ancyle ſignificet anſam iaculi. ▽ Sigymnũ iaculi genus eſt, author Cœli⁹ ex Lycophrone.

¶ Geus, ſiue Geum diciť telum omnino ferreum. ▽ Dolones tela ſunt bellica, a lædẽdo dicta, authore Donato. Nã dolos Græce læſio diciť. Syllius lib. 3. Nec tereti dextras in pugnam armata Dolone. Tranquillus in Claudio Cæſare. Reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum Dolone, ac venatorio cultro præſtolantes. Seruius enarrans illud ex, 7. Aenei. Pila manu, ſæuoſq; gerunt in bella Dolones, ait Dolonem flagellum eſſe, intra cuius virgam lateat pugio. Hac dictiõe vſus eſt Alphen⁹ iuriſcõſultus, Digeſtis ad legem Aquiliam. Ille (inquit) flagello, quod in manu habebat, in quo Dolon inerat, verberare tabernarium cœperat. Spatha genus eſt gladij. Iulius Capitolinus de Maximino imp. Fecit & ſpathas argenteas, fecit etiam aureas, & oio quicquid pulchritudinem eius poſſet iuuare.

¶ Culter ſeu Cultrum (vtrũq; enim dicimus) proprie dicebatur gladius victimarioꝝ, quo ſcindebanť victimæ, hinc cultrarij dicebanť victimicidæ. Propertius. Cum fallenda meo pollice cultra forent. Eius prope generis ſunt Clunaculum, & ſeceſpita. ▽ Clunaculum dicitur a ſcindendis

victimarum clunibus. ∇ Secespita a secãdo gladius erat ferreus, & oblongulus, manubrio eburneo rotundo. quo Flamines, Flaminiscæ, & Pontifices vtebant ad sacrificia. Trãquillus in Cæsare Tyberio. Nã & inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plũbeũ cultrum subiiciendũ curauit. ∇ Sica gladius est occultus & inuasorius. qui iclusus ligno formã habet baculi. Hoc q vtunt, Sicarii vocant. Horatius. Siquis erat dignus describi, qđ malus, aut fur, Quod mœchus foret, aut sicarius. Martialis libro. 11. Inuasit medicus Sica Phreneticus Eucli. ∇ Cateia gladius est falcatus Germanis olim frequẽs. Syllius. Panda manus est armata Cateia. Pontanus lib. 5. de Stellis. Armaq; Pilaq; Cateias. ∇ Nouacula culter est rasorius, cuius artifices dicunt Nouarcularii. Martialis de ferramẽtis tonsoriis Tondendis hæc arma tibi sũt apta capillis, Vnguib⁹ hæc lõgis, vtilis illa genis.

¶ Parazonium gladii genus, quod accingi solet zonæ. ∇ Paltum teli genus est, seu minoris iaculi, quod in itinere torquetur. ∇ Pugio genus teli, seu gladij breuiusculi a pugnando dict, vel q punctim feriat, vel q punctim teneat. Hinc diminutiuũ Pugiunculus. Cicero Hispanienſem Pugiunculum Cn. Pisonem appellat. Hasta dicit, quod stans, vel a stante ferri solear. Vnde & astile deductum, Moris erat antiquitus hastam subiicere rebus quæ exponebantur vænales per auctionẽ. Hinc hastarium dicebatur auctionaria illa venditio. Tranquillus in Augusto, Ipsum bonaque eius subiecit hastæ. Hastici ludi qui hasta conficiunt. Idem author in Caligula. Edidit & peregre spectacula in Sicilia Syracusis hasticos ludos. Hasta pura dicitur, nullo ferro prępilata. Virg. Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta. Suetonius in Claudio. Posidem spadonem Britanico triumpho inter militares viros hasta pura donauit. Hastis puris enim milites ob fortitudinem donabant. Hinc scribit Plinius Sicinium Dentatũ donatũ fuisse hastis puris duodeuiginti. ∇ Triphorum dicit telum longitudine triũ cubitoꝝ, quod Carapulta mittit. Ennius. Aut permaneret paries pcussus triphoro. ∇ Sagitta iaculũ quod arcu mittit. Hinc sagittare verbum,

verbum, id est iaculari. Hieronymus, vt sagittent in occultis imaculatum. Sagittarius, qui sagittas itorquet. Trãquillus in Flauio Vespasiano. Syriacũ ꝓmisit exercitũ. Hinc. 40. millia sagittariorũ. Sagittarios equestres Græci Hippotoxotas vocãt. Omniũ optimi sagittarii sunt Parthi, qui fugientes, & auersi iaculant, & lædũt pinde ac diuersi, Lucan⁹. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta. Fiunt ẽt cõpositæ sagittifer, & sagittipotens. Cicero in Arati Phęnomenone. Mense sagittipotẽs solis cũ sustinet orbẽ. Rufus Festus. Mẽbra sagittigero cedũt postrema reuecto. ∇ Iaculũ, quicqd iaci põt. Hinc iaculari verbũ. Iuuena. Saty. 1. Et quãtas iaculetur Monycus ornos. Dicimus ẽt iaculo & eiaculo. ∇ Tragula a traiiciendo, vel qđ infixa scuto trahat. Metaphorice pro dolo capit. Plautus. Tragulã in te iniicere adornat. ∇ Pilum dici põt qnq; pedum hastile. Sulpitius ait Pila Romanoꝝ esse missilia trium pedũ. vtrinq; prefixa ferro trigono vnciæ nouẽ. Luca. Infestisq; obuia signis Signa, pares aquilas, & pila minãtia pilis. ∇ Falces, Harpagones, fundę, fustibalæ, plũbatæ. Onagri, Scorpiones numerant a Vegetio inter tela naualia. Fundis qui vtunt vocant funditores. ∇ Catapulta dicitur velox iaculũ, vel sagitta. Plautus Atq; ita te neruo torquebo, vt catapultę solent.

¶ Aclides Seruius ait tela eẽ adeo antiqua, vt nec vsquam cõmemorent in bello. Legit tñ, ꝙ sint clauæ cubito, & semis factæ eminẽtib⁹ hinc inde acuminib⁹, quæ ita in hostẽ iaciunt religatæ loro, vel lino, vt peractis vulneribus possint ad dños redire. Putat tñ esse teli genus, qđ ꝑ flagellũ in ĩmẽsum iaci potest. Virg. lib. 7. Aenei. Oscorumq; man⁹, teretes sunt Alcides illis Tela, sed hęc lento mos est aptare flagello. ∇ Verutũ ẽ telũ breue & angustũ Authore Nonio. Sallust. in. 3. Hist. Auxiliũq; manebãt ĩ modũ Veruti militaris. ∇ Gesa Galloꝝ sunt tela. Virg. lib. 8. Aenei. Duo quisq; Alpina coruscat Gesa manu. Seneca in Hippolyto. Et rigida molli Gesa iaculari manu. ∇ Venabulum Venãtiũ hasta lato prępilata ferro. Ouidius in Epistola Phedræ. Siue tenes lato venabula cornea ferro. ∇ Ansatæ sunt iaculameta

tum Ansis. ∇ Sequētia iaculoꝝ noia, enumerantur a Crinito, vbi de teloꝝ generibꝰ meminit. Spari, Cateiæ, Frameę, Caię, Rumigesti, Mesanculę, Sabini, Gesa, Veruta, Aclides, Romphea, Lanceæ, Pila, Sariſſæ, Scibones, Tragulæ, Telones, Haſtæ, Sudes, Phalaricæ, Iſſi, Faces, Semiphalaricæ, Cęſtra, Soliferrea, Scorpii.

¶ Propria Gentium tela.

¶ Framea Germanoꝝ. Romphea Tracum. Lancea Hiſpanorum, Vnde Varro apud Gelliū ait Lanceā non latinum, ſed Hiſpanoꝝ eſſe verbum. Pila Romanoꝝ. Iſſi Boiorum. Sariſſæ Macedonū, Sibini Illyricoꝝ. De peculiaribus quarundam gētium telis. Mantua. lib. 1. de Calami. ſic inquit. Martia fert Macedo teretes in bella Sariſſas, At Scythicæ longis vtuntur Amazones haſtis, Romulidæ certant pilis, celeresq; cateias Barbarus aduerſos Gallus iaculat in hoſtes, Parthus equo verſis pugnat fugiente ſagittis.

¶ Tela & Sceptra deorum.

¶ Harpe gladius eſt Falcatꝰ Mercurii. Vñ & Ouidius Harpen vocat Cyllenidē lib. 5. Meta. vbi ait. Brachia tendentē Cyllenide cōfodat Harpen. Hoc ēt gladio vſus eſt Perſeus cum interfecit Meduſam. Idem Ouidius li. 5. Meta. Vertit in hūc Harpen, madefactam cęde Meduſæ Acriſioniades. ∇ Frameā poetæ vocāt Martis haſtā. ∇ Simulachro Apollinis apponebat arcus, ſagittæ Clypeus & Lyra. Claudian⁹. Mars clypeo melior, Phœbus præſtantior arcu.

¶ Sceptrum, & fulmen Ioui tribuuntur. Vnde & poetæ Iouem appellant fulminatorē, fulminigerū, fulguratorē, tonitrualem, ſceptrigerum. Quintianus in Orpheo. Aſtāt cœlicolæ intenti, quæ fulminiger rex Pręcipitat. Bap. Pi⁹. Iunxit Agenoridæ ſceptrifer ipſe tonans.

¶ Claua fuit Herculis telum. Ouidius in epiſtola Deianiræ. Inſtruxitq; manum claua domitrice ferarum. Idē li. 15. Vulnera clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

¶ Fuſcina telū fuit triſulcū, inſigne Neptuni, vt apud Priapeiam. Neptuni Fuſcina telū. Martialis lib. 1. Fuſcina dente minax nexu fuit anchora curuo. Dicit & tridens velut tres

habēs dentes. Neptunus apud Virgilium lib. 1. Aenei. Non illi imperiū Pelagi, ſæuumq; tridentē, Sed mihi ſorte datū. Lucanus lib. 4. Aequorei rector factus Neptune tridentis. Ouidius lib. 8. Met. Regna vagæ dixi ſortite tridētifer vndæ.

¶ Impoſſibilia factu.

¶ Ioui Fulmen, Herculi claua, Homero verſum ſubtrahere, tria hæc olim credita ſunt impoſſibilia, authore Macrobio lib. 5. Saturnaliorum. Quod & ſi fieri poſſet, aliū tamē nullū deceret, vel fulmen prēter Iouem iacere, vel certare ꝑter Herculē robore, vel canere, quod cecinit Homerus.

¶ Machinæ quædā bellicæ, & tormenta.

Bombarda	6	Sambuca	13	Colubrina	
Teſtudo	7	Exoſtra		Serpentina	
Falx	8	Telenon	14	Arcubaliſtæ	
Aries	9	Scorpio		Carrobaliſtæ	
Vinea		Onager	15	Malleoli	
Plutei	10	Cochleæ	16	Harpagæ.	
Muſculi	11	Baliſta			
Turres	12	Phalarica			

¶ EXPLANATIO.

BOmbardam Galli vocant machinam, a bombo, & ardeo, vt autumat noſter Nicolaus Beraldus, execrabile prorſus inuentum, quo nihil fulmini magis ſimile, luce, impetu, & odore teterrimo. Cuius inuentori (vt inquit ille) robur & æs triplex circa pectus erat, illum parētis crediderim ſui cernicem, & penetralia ſparſiſſe nocturno cruore Hoſpitis. Ille Venena Colchica, & quicqd vſquā concipitur nefas tractauit, qui tam horrendam primus machinam cōmentus eſt in hominum perniciem, caſtrorūq; & ciuitatum ruinam, ceu paruꝰ eſſent tot arcus, tot ſagittæ baliſtæ, ſcorpiones, Onagri, arcubaliſtæ, cuſpides, lanceæ, conti, haſtæ, niſi & hoc inuētum multo omnium peſſimū ingenioſa in ſui perniciem mortalitas excuderet. Graphicam tormenti huius deſcriptionem, vide apud eundē Beraldum in Ruſticum Politiani, ex verſibus Ioannis Mariæ

Catanei. Ricardus Bartholinus Bombardam vocat turrifragam nouo sed tamen ꝓuenienti epitheto. De Bombarda, Pamphilus saxus. Si possem cœli sublimia tecta ferire, Per me tota Iouis regia corrueret. Volaterranus ait Bombardã primam a Germanis dono venetis datã, cum hi apud Clodiam fossam Genuenses obsiderent.

¶ Vegetius ait testudinem machinã fuisse bellicã, de materia, ac tabulatis cõtextã, quæ ne exureret incendio, coriis, vel ciliciis centonibusq; vestiebat. Hæc intrinsecus accipiebat trabẽ adunco præfixã ferro, quod falx vocat, ab eo qđ incurua est, vt de muro lapides extrahat. Idẽ ait caput eius vestiri ferro, appellariq; arietem, quod frontem habeat durissimã, quæ subruat muros, & arietũ more retrocedat, vt cum impetu vehemẽtius feriat. Habet aũt testudo machina similitudinẽ cũ testudine vera. Nam sicut hæc modo reducit modo ꝓfert caput, sic illa interim reducit trabem, & qñq; exerit. Testudinem Ammianus Marcellinus describit hoc modo. Testudo cõpaginat immanis axibus roborata, Lõgissimis, ferreisq; clauis aptata, & ꝓtegit coriis bubulis, virganũq; recenti textura. Atq; limo aspergunt eius supma vt flãmeos detracter, & missiles casus. Cõferuntur aũt eius frontibus trisulcæ cuspides præacutæ, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vt quicqd petierit, exertis aculeis abrumpat. Hanc itaq; molem palis & funibus regẽs numerosis intrinsecus miles, languidiori muroꝝ parti admouet. Et nisi desuper pugnãtiũ vires ꝓualuerint, collisis parietibus aditus facit ingentes. Hæc Heliopolis dicit, Eiusq; author Demetrius Antigoni filius Rhodo aliisq; vrbibus oppugnatis Poliorcetes est appellatus. De testudine Pãphilus. Cõtextis equites clypeis sub mœnia tendunt, Iũcta simul nomen scuta dedere mihi. Idẽ Ammianus de ariete ad hunc modũ scribit. Erigit abies vel ornus excelsa, cuius sũmitas duro ferro ꝓcludit, & ꝓlixo, arietis formã efficiens. quæ huic machinamẽto vocabulũ indidit. Hæc vtrinq; suspẽsa trãsuersis asseribus & ferratis retrocedens, rursus ad obuia quæq; tũpenda ꝓtrudit ictibus validissimis, instar assurgẽtis, & cedẽtis armati. Qua crebitate velut reciproci fulminis impetu ędificiis scissis in rimas cõcidunt structuræ, laxatæ muroꝝ. De Ariete Virg. Labat Arietes crebro Ianua, & emoti ꝓcũbunt cardine postes. Ouid. li. 11. Meta. Nec leuius pulsata sonat, quã ferreus olim Cũ laceras aries, balista ve cõcutit arces. Hinc arietare verbũ. i. cũ impetu ꝓcutere. Virgi. Arietat in portas, & duros obice postes. De Ariete Pãphilus. Rumpo fores, muros quatio, demolior arces. Cornua ferrata sub trabe dura gero.

¶ Vineę (quas aliter Cattos vocãt) fiebãt hoc modo. De lignis leuioribus machina colligabat, Lata pedibus octo alta pedibus septẽ, longa. 16. Huius rectũ munitione duplici tabulatis cratibusq; contexebat. Latera sepiebant vimine, ne saxoꝝ telorũq; ipetu penetrarent. Extrinsecus aũt ne immisso ꝓcremaret incẽdio, crudis ac recẽtibus coriis, ac centonibus operiebat. Multis in ordinẽ iunctis se ꝓponunt milites, q tuti penetrãt ad excauãda muroꝝ fũdamẽta. De vinea Proper. li. 4. Dũq; aries murũ cornu pulsabat aheno. Vineaq; inductũ, lõga tegebat opus. Lucanꝰ. Adoperta leui succedit Vinea terra. Pãphi. Saxus. Martis nõ Bacchi nra est vindemia, cur sic Me dicãt, latus hoc signat vtrũq; meum.

¶ Plutei contexebantur ad similitudinẽ cassidis e vimine. Ciliciis protegebantur, coriis ternisq; rotulis, quarum vna in medio, duæ in capitibus opponebãtur. Admouebantur in quãcunq; ꝓtem more carpẽti, & applicabãtur muris. Horum munitione protecti obsessores sagittis, fundis, & missilibus obsessos, de ꝓpugnaculis ciuitatis exturbabãt, vt scalis ascendendi facilior pateret occasio.

¶ Musculi dicuntur minores machinæ, qbus protecti obsessores vrbis fossatum (verbum est Vegetii) cõportatis lignis, & lapidibus complent, & solidãt, vt turres ambulatorię sine impedimento admoueãtur, & applicentur muris. Minores sunt vineis, & Plutei firmiores. Vocantur autem a similitudine musculorũ piscium. Nam quẽadmodum illi cum minores sint, tñ Balenis auxilium adminiculũq; exhibent, ita quoq; hę machinę subsidio sunt ambulatoriis tur-

ribus ad parandam viam, premuniendaq; itinera.

8 ¶Turres ambulatorię sunt machinamenta trabibus tabulatisq; compacta, crudis coriis & centonibus cõmunita, ne hostili crementur incendio. Fiebãt interdum tanta, pcerita te, vt & muros, & lapides turres altitudine superarent. Voluebãtur multis rotis arte mechanica suppositis. Cum muris admouebantur præsens erat ciuitatibus piculum. Nam sursum versum habebãt scalas, quibus irrumpebaẽ in vrbẽ. Deorsum versum arietes, quoꝝ impetu diuellebanẽ muri. In earũ fastigio collocabãtur sagittarii, qui obsessos cõtis, & saxis missilibus protrudebant, eoq; modo capiebãt ciuitatem sine mora. Obsessis enim nulla spes erat auxilii, cũ supra se aspicerent altiorem hostium murum.

6 ¶Sambuca fiebat ad similitudinem citharę. Nam vt in cithara sunt chordæ, ita in trabe, quę turri admouebaẽ, erant funes, qui pontem de superiori parte trocleis laxabant, vt descenderet ad murum, exibantq; statim bellatores, & per eam transeuntes mœnia vrbis inuadebant.

7 ¶Exostra pons erat turris ambulatoriæ, per quem obsessores in muros obsessarum vrbium transmeabant.

8 ¶Telenon machina fiebat hoc modo. Trabs vna in terrã prealta defigebatur, in cuius vertice connectabaẽ altera lõgior dimensa medietate eo libramẽto, vt depresso vno capite, erigereẽ alterum, In vno quoq; capite cratibus, & tabulatis cõtexebatur machina, in qua pauci collocabantur milites. Depresso itaq; per funes altero trabis capite, altero vero (in quo erãt) eleuato imponebantur in murum.

9 ¶Obsessi ab obsessoꝝ machinis tutabãtur se, balistis, arcu balistis, Onagris, scorpiõibꝰ, fustibalis, & sagittarijs fundis. ¶Scorpiones machinæ sunt, quæ Vegetii tpe dicebantur manubalistæ. Ideo aũt nomen hoc traxerunt, quod paruis subtilibusq; spiculis inferrent mortẽ. Aliter Scorpio vocaẽ Onager, qꝛ asini fieri cum a venantibus agitanẽ, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, vt perforẽt pectora sequentiũ, aut pfractis ossibus capita ipsa displodant. Saxis aũt per Onagrum contortis non solũ equi elidebantur

& hoies, sed etiam hostium machimẽta frangebantur. De scorpione & eius forma, vide Marcellinum lib. 23.

10 ¶Cochlæ dicebantur rotundę machinę, quibus per circuitum obsessores conscendabãt in muros inimicorum.

11 ¶Balista bellicũ erat tormẽtũ ex ferro, aut Taxo, aut osse, quo magni lapides emittrebanẽ, vt ait Sulpitius. Oui. lib. 1. de trist. Quá graue balistæ mœnia pulsat onus. Cicero li. 2. Quest. Tus. vt enim balistæ lapidũ, ita reliqua tormẽta telorũ. Balista formabaẽ ea magnitudine, vt lapides. 120. põdo eiacularẽ, Balista maior saxa ꝓtorquet. Hæc a Phœnicibꝰ reperta ẽ. De hac Syllius lib. 1. Phocais effundit vastos balista molares. Balista minor hastã iacit, & parua spicula. De hac videẽ itellexisse Lucanꝰ lib. 3. Pharsalię, dicẽs. Neq; n. solis excussa lacertis Lãcea, sed tenso balistæ turbine rapta Haud vnũ cõtẽta latꝰ trãsire quiescit. Sꝛpandẽs perq; arma viã, perq; ossa, relicta Morte fugit, supest telo post vulnera cursus. Funibꝰ neruisq; tendebaẽ. Hæc quãto maior fuerat, tanto longiꝰ eiaculabaẽ, & emittebat spicula, Cũ dirigebaẽ ab exercitatis hoibꝰ, penetrabaẽ quodcũq; pcussisset. Agnoscebaturq; interdũ letale vulnus priusq; telum cerneretur. De Balista Pãphilus Saxus. Nil vallũ, nil terra tumens, nil mœnia prosunt. Subsequitur telum magna ruina meũ. Figuram balistæ describit Marcellinus lib. 23.

12 ¶Phalarica genus erat teli, qd ex phalis, id est turribus ligneis intorquebaẽ. Erat aũt pfixa valido ferro in modum hastæ intra tubũ. Cuius hasta sulphure, resina, bitumine & stuppis conuoluebaẽ. Infuso oleo, quod incendiariũ vocabãt & e balista emittebaẽ. Lucanꝰ. Hũc aut torrilibꝰ vibrata Phalarica neruis Obruat, & aut vasti muralia põdera saxi. Hunc aries ferro balistaq; limine portæ Submoueat. Pamphilus Saxus. A summa veniens contorta Phalarica turre, Quæ ferit, in cineris fulminis instar agit.

13 ¶Inter nostri tpis machinas habenẽ Colubrina, & Serpentina, qd oblongę fiant habeãtq; effigiẽ prope serpentis, & Colubri. Idem Pãphilus. Vis, sonitus, rabies, motus, furor, ipetus, ardor Sunt mecũ, Mars hæc ferreus arma timet.

14 ¶Arcubaliſtę, & Carrobaliſtæ, dicebantur minores machinæ, quæ curriculis ferebantur.

15 ¶Malleoli erãt quædam miſſilia, quæ arcu iacebant materiam habentia ad cõburendum. Liuius. Aliqui venerunt ferentes ſtuppã, picem, & malleolos, inter machinas etiã numerãtur Trifaces, Cataphrattæ, Plumbatę, Tribali.

16 ¶Falces, & Harpagæ armorum genera ſunt apta muroꝝ oppugnationi. Siſenna apud Nonium. Falces iectas comminuunt, Puteos propius collocatis Harpagis deiiciũt, mittunt e turribus.

¶Varia armoꝝ genera & belloꝝ inſtrumẽta.

1	Galea	7 Thorax	9 Pharetra
2	Ancyle	8 Phaleræ	Corytus
3	Parma	Ephippia	10 Lorica
4	Pelta	Stapedes	11 Vmbo
5	Cætra	Frenum	
6	Ocrea	Capiſtrum	

1 GAlea dicitur Caſſis, ſeu ferreũ capitis tegumẽtũ, a galero, quo veteres vſi ſunt. Ouidius ĩ Epiſtolis. Et galeas preſſa ſuſtinuiſſe coma. Ea ornata criſtis, & pennis maiorẽ ſolet incutere terrorẽ. Vnde Virgilius lib. 8. Aeneid. Terribilẽ criſtis galeã, flãmaſq; vomẽtẽ. Mantuanus in Alphonſo. Pennicomas tollunt galeas, ac more latino Picturata ferũt longis haſtilia roſtris. Idẽ ſignificat Caſſis. Dicimus ẽt Caſſida. Propter. Aurea cui poſtq̃ nudauit caſſida frontem.

2 ¶Ancyle dicitur breue ſcutum Nonio. Hoc ex vtroq; latere reciſſum erat, vt nullus videretur angulus, & ſummum infimumq; latus eius medio pateret. Ferunt ancylia principante Numa Pompilio cœlitus fuiſſe demiſſa. Ouidius libro quarto Faſt. Ecce leui ſcutum verſatũ leniter aura Decidit, a populo clamor ad aſtra venit. Idem libro quito. Ecce ancyle vocant, quod ab oĩ parte reciſum eſt, Quaq; oculi ſpectes, angulus omnis abeſt.

3 ¶Parma fuit breue ſcutũ peditibus peculiare. Virg. lib. 11. Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Dicimus & parmula. Horatius. Tecum Philippos & celerem fugam Senſi

relicta non bñ parmula. Ouidius libro duodecimo. Fulua iubis Caſſis. nec onus caua parma ſiniſtræ.

4 ¶Pelta dicitur clypeus Amazonum, in modum Lunæ recuruus. Virgilius. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Idem libro vndecimo. Fœminea exultãt lunatis agmina peltis. Statius lib. 1. Syl. vellet Amazonia latus intercludere pelta. Trãquillus in Nerone. Securibus peltisq; Amazonicis inſtruendi. Hinc peltiferę dicunt Amazones. Ouid. Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis.

5 ¶Cætra ſcutũ eſt loreũ, quo vtunt Afri. & Hiſpa. Luc. li. 7. Illic pugnaces cõmouit Iberia Cætras. Virgilius. Læuas Cętra tegit. Cætrati dicuntur, qui vtuntur huiuſmodi ſcutis.

6 ¶Ocreæ dicuntur crurum munimenta. Apuleius. Ille galea caput, ille crura ocreis ſuoluit. Hinc Ocreati Ocreis ornati. Plinius. Ad reliquos vſus laborioſe euellitur ocreatis cruribus. Vegetius, Pedites ſcutati præter catafractas, & galeas etiam ferreas, ocreas in dextris cruribus cogerent accipere. Virgi. li. 7. Aeneidos. Alii thoracas ahenos, Aut ocreas leues lento ducunt argento.

7 ¶Thorax dicit ferreũ pectoris munimentũ, & quicquid a collo ad coxendicem ꝓtenditur in anteriori corporis parte. Thoracati, Thorace induti. Plini⁹. Parrhaſius pinxit Nauarchum Thoracatum. Fiebant olim Thoraces cratibus coſtarũ ferreis, vnde & vexiles vocãtur Statio, & multiplices lib. 12. vbi ait. Multiplicẽ tenues iterãt thoraca cathenæ.

8 ¶Phaleræ ornamenta ſunt equorum, qui inde vocantur Phalerati. Virgilius lib. 5. Aeneid. Primus equum phaleris inſignem victor habeto. ¶Ephippia ſunt ſtragula, quibus equi integunt, vel ſellę eis ad inſidendũ poſitæ. Cato. Fuit mihi equus ſine ephippio. Equi ephippiarii dicunt, quibus imponũtur ſellæ, ne graui inceſſu vulnerent ſeſſorẽ. Ephippiati equi ſuis phaleris ornati. Horati⁹ adagiũ fecit. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus, vbi qs vult ea curare, quorum eſt ignarus.

¶Capiſtrum, & frenum vincula ſunt capitis equorũ. Martialis. Paret purpureis aper capiſtris.

¶ Strapedes machinulæ sunt ferreæ, quibus pedes sustinẽt equitantes.

9 ¶ Pharetra repositoriũ sagittarũ, q̃q̃ & pro sagittis interim capiat. Mãtuan⁹. Duo tela mea deprome pharetra. Oui. li. 1. Met. Deq; sagittifera prõpsit duo tela pharetra. Scranteũ ẽt dr̃ in q̃ recõdunt sagittę ꝛ Corytus theca ẽ arcus, & q̃q; sagittarũ. Virgi. lib. 10. Corytiq; leues humeris, & letifer arcus. Syl. lib. 15. Turba ruunt, stridentq; sagittiferi Coryti.

10 ¶ Lorica dicit ferreum corporis munimentum, quale apponebat antiquis regũ, & imperatorũ statuis. Dicitur autẽ Lorica, velut cõnexa loris. Squalebat ferri laminis, vt crustis cochlearum. Vitruuius. Non patiet lorica testacea lędi latera. Modestus. Centuriones nimium bellicosas loricas trãsuersis cassidum cristis (vt a suis facilius noscerent) habebant. Martia. Inuia Sarmaticis domini Lorica sagittis. Hinc loricare est armare, seu loricam induere. Plinius de Ichneumone ĩ Aspidem certaturo. Mox (inquit) vbi plurib⁹ eodẽ modo se coriis loricauit, in dimicationẽ pergit.

11 ¶ Vmbo dicit pars clypei eminentior. Capitur & pro toto clypeo. Virg. lib. 10. Sed sustinet æreus vmbo. Statius libro decimooctauo. Euboicũ duris rũpunt vmbonibus agmẽ.

¶ Diuersa nomina ad militiã spectantia.

1 Exercitus
Tribuni
Ruffuli
Rutili
Flexumines
Trossuli
Myrias
2 Legio
3 Cohors
4 Turma
5 Phalanx
6 Hastati
Pilani
Ordinarii
Augustales
Aquiliferi
7 Imaginarii
Signiferi
8 Tesserarii
9 Campigeni
10 Metatores
Beneficiarii
Librarii
11 Tubicines
Cornicines
Buccinatores
Liticines
Aenatores
12 Mensores
33 Torquati
Candidati
14 Antesignani
Vexillarii
15 Aquiliferi
16 Draconarii
17 Primipilus
18 Manipulus
19 Nauarchus
20 Bellatores
Imbelles
21 Velites
22 Peltati
23 Catafracti
24 Hastati
25 Scutati
Cetrati
Clypeati
26 Ferentarii
27 Arcitenentes
Sagittarii
28 Zoarchus
Therarchus
Harcha
Chiliarcha
Nyriarcha
29 Tyrones
30 Classiarii
31 Rorarii
32 Exauctorati
33 Gregarii
34 Triarii
35 Elaphri
36 Accensi
37 Dimachæ
38 Lancearii
Doryphori
Machęrophori
Ensiferi
Sarissophori
Spathiferi
Mucronigeri
Cultriferi
Teligeri
Iaculiferi
Spiculigeri
Hastigeri
Hastiliferi
Vrbiniferi
Tortores
Scorpionarii
Balistarii
Arcubalistarii
Colubrinarii
Funditores
Pyrobolarii
Clauigeri
39 Imperator
Rex
Dominus
Megistanes
Monarcha
Dinastes
Hecatontarchus
Nauarchus
Strategus
Archipolis
Agoronamus
Eparchus
Ethnearchus
Genearcha
Irenarches
Philarchus
Cosmoarchus
Democraticus
Ephorus
Decearchus
Decarchus
Tetrarcha
Dubenus
Trierarchus
Demarchus
Archon
Suffes

EXPLANATIO.

1

EXercitus dicitur magnus militũ numerus, ab exercitatione. Cui prędest, qui legiones cum suis auxilis cõministrat. Eiusq; officium consistit nõ solũ in danda, sed etiã obseruãda disciplina. Is vocabat a Romanis tribunus militaris, cui iubebãtur parere milites. Eius itererat milites in castris cõtinere, ad exercitationes ꝓducere, claues portare vigilias interdũ circuire. Annonæ & cõmeatib⁹ cõsulere, cõpescere tumultus militares, delicta secundum authoritatem castigare, audire cõmilitonum querimonias,

& id multa genus alia. Dicebatur aũt tribunus a tribu, qñ Romulius primus milites ex tribu legit. Tribunoꝝ militariũ alii dicebãtur Ruffili, qui creabant in exercitu. Alii cõmitiati qui designabant in comitiis. Dicti sũt, & Rutili, qꝺ Rutiliꝰ Rufus legẽ de his creãdis ab exercitu, qñq; tulerit. Equestris ordinis nomẽ sæpe mutatũ est. Nam qui ad equitum trahebant primũ Flexumies, postea Trossuli dicti sũt, cũ oppidũ in Thuscis eo noie soli sine peditatu cepissent. Miles suberat cẽturioni, Cẽturio tribuno, Tribunꝰ legato, Legatꝰ Cõsuli, Cõsul dictatori. Cẽturio centũ peditibꝰ præerat. Is erat, quẽ nunc primipilũ dicimus. Myrias cõtinebat decẽ millia. Hinc Myriarches, qui decẽ millibus præest.

¶ Legio a delectu militũ dicta est authore Nonio. Romanorũ legiones habebãt singulæ sena millia, & interdũ amplius, vbi res postulabat. Differebant autẽ ab auxiliatoribꝰ. Nam auxiliatores ꝓducebantur ad prælium ex diuersis locis, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione cõsentientes, alijsq; institutis vtentes, & dissimili armoꝝ vsu. Iungebanturq; legionibus adminiculi non principalis subsidiũ loco. Legio aũt ꝓpriis cohortibus cõstabat, habebatq; grauis armaturæ principes hastarios, triarios, & antesignanos. Item leuis armaturæ ferẽtarios, sagittarios, funditores, balistarios, vt ꝓprios, vnoq; animo & pari cõsensu castra mutãtes. Erat in legionibus tanta armoꝝ exercitatio, & fiducia, vt nusquã legant plures fuisse legiones, quã duæ. Qui legionum matriculis inseri volebãt. hoc est numerari inter legionarios, solebant iurare, idq; sacramentũ dicebãt. Iurabant aũt per deos, & imperatoris maiestatẽ se fidẽ seruaturos inuiolatã, æternũq; famulatũ suo principi exhibituros, militiã nunq̃ deserturos, nec recusaturos mortem ꝓ Republica. Habebat legio decẽ cohortes. Quarũ prima habebat pedites. 1105. Equites loricatos. 132. Secũda pedites. 555. Eqtes loricatos. 66. Tertia pedites. 555. Equites itidẽ. 66. Quarta pedites. 600. Equites. 66. Quinta totidem. Hę autem primę ordinabant in prima acie, tanq̃ magis strenuæ. Sexta pedites. 555. Equites. 66. Septima pedites. 555. Pedites. 16. Octa

ua. nona, & decima singulæ totidem. His decem cohortibus perficiebat legio, quę hẽbat peditũ. 6000. Equites. 732. A numero, & ordine legionũ milites dicebant Primani, Secũdani, Decumani, primæ & secũdæ, aut deciæ legionis.

¶ Cohors diuidebat in. 50. manipulos. Manipulus i. 25. milites. Manipulũ aũt Varro ait esse minimã exercitus manũ, quæ vnũ seqtur signũ. De quo verbo Ouid. Illa quidẽ fœno (sed erat reuerẽtia fœno, Quãtũ nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica suspẽsos portabat lõga maniplos, Vnde maniplaris noia miles habet. Luca. li. 1. Cõuocat armatos exẽplo ad signa maniplos. Hinc maniplares milites dicti a manipulo fœni qꝺ sequebant. Cohortẽ Ephorꝰ apud Plutar. affirmat qngentos esse viros, Callisthnes vero septingẽtos. Quidã alii (inter quos est Polybius) nongentos.

¶ Centuria dicebatur centenarius militum numerus, cui qui præerat, vocabatur centurio.

¶ Constabat Turma ex. 32. equitibus. Varro turmã ait dictam esse mutata e in u, quasi ternam, quod terdeni milites ex tribus tribubus Lucerum, Rhamnium, & Tatiẽsium fiebant. Sidonius vocat turmas terrificas decenti epitheto, vbi ait, Et iam terrificis diffuderat Attila turmis In campos se Belga tuos. Horatius minaces, æratas & alipedes, Syllꝰ. Hastatas Valerius Flac. Cristatas Claudianus, Pugnaces Sabellicus, vagãtes Lucanus. A turma fit aduerbiũ turmatim.

¶ Phalanx dictio est Macedonica quadratã aciẽ, & cuneũ militarẽ ꝓprie significans, qñ pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conserebat. qui mos erat Macedonũ peculiaris. Curtius, Macedones, inquit, phalangẽ vocant peditum stabile agmen, cum vir viro, & armis arma cõserta sunt. Capitur tñ pro quouis exercitu. Virgi. lib. 6. Aeneidos. At Danaum ꝓceres, Agamẽnoniæq; phalanges, vt videre virum. Stroza filius. It noctes animosa phalanx, innexa trilici Pectora thoracũ tunica. Quoniã autem vocabulum est Macedonicum phalanx, proprio epitheto vocatur Sarissigera a Sariſſis Macedonũ hastis. Quintianus i Cleopoli. Regna Sarissigerasq; simul ductare phalanges.

6 ¶Porro aũt Hastati dicunt, qui pugnant Hastis. ∇ Pilani q pilis. ∇ Ordinarii dicunt, qui in prælio præsunt, & primos ordines ducũt. ∇ Augustales dicebãtur, qui ab Augusto ordinariis iuncti fuerãt. ∇ Aquiliferi, qui portabant aquilam Romanoꝝ insigne. Lucanus. Pares aquilas, & pila minantia pilis. Constat (inquit Suetonius) Augustum Aquilifero legionis suæ graviter saucio, aquilam humeris subiisse.

7 ¶Imaginarii, vel imaginiferi, qui imperatorum portabãt imagines. ∇ Signiferi, qui signa portant.

8 ¶Tesserarii, qui tesseram per contubernia militum nunciant. Tessera autem vocatur præceptum ducis, quo ad bellum, aut aliquod aliud opus mouetur exercitus. Tranqllus in Galba Solẽni sorte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, vt manus penulis continerent.

9 ¶Campigeni dicuntur antesignani, ideo quod eorũ opa, atq; virtute exercitii genus crescit in campo.

10 ¶Metatores, qui præcedentes locum diligunt castris.
¶Beneficiarii, qui tribunoꝝ beneficio promouentur.
¶Librarii, qui in libros rõnes ferũt ad milites ptinentes.

11 ¶Tubicines, Cornicines, Buccinatores, qui tuba, æreo cornu, vel buccina cõmittere solent præliũ, vt liticines, qui lituo canunt. Marcellinus. Post exactum iam diem occinẽte liticine reuocatus inuictissimus miles, ppe supcilia Rheni tendebat. Dicunt ẽt ænatores. Suetonius in Cæsare dictatore. Inter eos (inquit) & ænatores, rapta ab vno tuba, psiluit ad flumen. Marcellinus. Cum supesset exiguũ noctis, ænatoꝝ clangore ductore vrbẽ, vt mox casurã terribili corona cinxerũt. Buccinatores authore Vegetio ornamentũ erant totius legionis in ingressu conflictis, & eius reditu. Hinc per metaphorã buccinator, p laudatore solet accipi.

12 ¶Mensores, qui in castris demetiunt loca, in qbus tentoria milites figãt, vel hospitia in ciuitatibus præstent.

13 ¶Torquati simplares, & torquati duplares, qb⁹ torqs aureus solidus virtutis fuit ꝑmiũ, quẽ q meruisset, ꝑter laudẽ interdũ duplas cõsequebat annonas, duplares, duas.
¶Cãdidati milites dicunt, q priuilegiis muniunt, reliqui

vocant municipes, qd'pp munera facere militiã cogantur.

14 ¶Antesignani dicebant milites, qui erant ante signa quos ranq; duces reliqui sequebantur. Apuleius. Antesignani nostri partem) qua manus humerum subit) ictu per articulũ medium temperato prorsus abscidimus.
¶Vexillarii & vexilligeri, q vexillũ gerũt. Idẽ Apul. Tunc itaq; (inqt) sublimis ille vexillarius nr Lamathus T. Liu⁹. Ordo (inqt) sexagenos milites, duos Cẽturiões, vexillariũ vnum habebat. Idẽ author est sub vno vexillo fuisse hoies. 180. Vexillationes antiqui nominauerunt alas equitum.

15 ¶Eadẽ ratione Aquiliferi dicebant, q aquilas Romanorũ signa ferebãt. Sueto. in Cæsare dictatore. Inclinatã (inquit) aciẽ solus sæpe restituit, obsistẽs fugiẽtibus, retinẽsq; singulos, & cõfortis faucibus cõuertẽs in hostẽ, & qdẽ adeo plerunq; trepidos, vt aqlifero morãti cuspide sit cõminatus.

16 ¶Draconarii qui dracones ferebant in vexillis, vt aquilas. Claudianus. Stant bellatrices aquilæ, sæuiq; dracones. Primum signum (inquit Vegetius) Legionis est aquila, quam aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes a Draconariis feruntur ad prælium.

17 ¶Primipilus seu primipilaris, dicebat centurio. q. 4. centurias. i. 400. milites regebat in acie prima, eratq; caput legionis. Trãqllus i Tiberio. Cũ (inqt) Pollẽtina plebs funus eiusdem primipilaris non prius ex foro misisset. Idẽ in Caligula. Testamenta primipilariũ (qui ab initio principatus, neq; illum, neq; se hæredem rel quissent) vt ingrata rescidit.

18 ¶Manipli seu Maniplares dicebant signiferi, q imperante Romulo, cum Romani Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent, Maniplo herbæ hastę alligaro pro signo vtebantur. Ouid. Vnde maniplaris nota miles habet.

19 ¶Nauarchus dicebatur nauis princeps, qui in bello nauali remigibus & militibus exercendis quotidianã curam & iugem exhibebat industriam.

20 ¶Bellatores qui ad decertãdum instruũtur, armisq; aduersarium inuadunt.
¶Imbelles in exercitu dicuntur, qui sequuntur copias ad

aliū quā conflictus vsum, vt medici, tabernarii & seruī.

21 ¶Velites dicunt leuissimæ armaturæ milites. Hi loricā nō induebāt, nec ocrea muniebant. Nō clypeū aut scutum grauе ferebāt, sed telis tm̄ vtebantur & sagittis. Ouid. in Ibin. Vtq; petit primo plenū flauentis arenæ Nōdū calfacti velitis hasta solū. De velitib⁹ vī intelligere Cæsar apud Suetoniū loquēs, Scitote (inqt) pauciſſimis his dieb⁹ regē affuturū cū decē legionib⁹ eqtū. Triginta leuis armaturæ. A velitibus fit velitari verbū. i. leuiter cōtendere, & velitatio leuis cōtētio. A leui armatura velites aliter dicebātur expediti.

22 ¶Peltati inter leuis armaturę milites numerabant a Pelta breui paruoq; scuto, quo vtebātur cum contis Sariſſa paulo breuioribus.

23 ¶Catafracti dicunt qui non solum sua corpora, sed etiam quos lorica vndiq; muniunt, Hos Marcellinus Catafractarios vocat, vbi ait. Et ne qua interueniret mora, adhibitis catafractarijs solis & ballistariis parum ad tuendū rectorē idoneis, præcurso eodē itinere ad arua Succorū peruenit. Est etiā catafracta militaris lorica, siue thorax. De Catafractis Marcellinus. Sparsiq; (inquit) Catafracti equites (quos clibanarios dicitāt) personatim thoracum muniti Ligaminibus, & lumbis ferro cinctis. Idem inter quas (inquit) Catafractarii erāt, sagitarii, formidabile genus armorum.

24 ¶Hastati dicuntur, qui manus cōferunt, & cominus hasta decertant, vnde & Tranquillus in Caligula hasticos vocat ludos, qui hasta conficiebantur.

25 ¶Scutati Cætrati & Clypeati, q scuto & clypeo se præmuniunt. Nam Cętra scutum est breue & loreum, quo (vt iam diximus) vtebātur Afri & Hiſpani. Syllius. Barbarica plaudentem carmina Cætra. Frequēs est apud Liuiū Cætratorū mētio. Scutatos Marcellinus & Scutarios vocat. Nec Scutarios (inqt) adeste didicerat. Item Suetonius in Augusto. Affuit & cliētibus, sicut Scutario euocato quōdā suo. Scutigerulus a Plauto dicit armiger, qui gerit scutū domini in bello. De clypeatis, Marcellinus. Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum clypeatus & cristatus.

¶Ferentarii

26 ¶Ferētarii equites dicunt, q eminus solent dimicare, quorum alii iaculis, alii arcu vtuntur. Ferentarii ēt dicebātur ab auxilio ferendo, erantq; leuis armaturæ milites excursu leues, armis grauibus nō ipediti, ense tm̄ & telis istructi. Sallusti⁹. Postq̄ eo vētū est, vī a Ferētariis pliū cōmitti posset.

27 ¶Arcitenentes & Sagittarii qui arcu vtuntur & sagittas in torquent, vocantur etiam sagittiferi.

28 ¶Vbi pugnabat Elephantis, qui vni tm̄ prēerat vocabatur Zoarchus, ab aialis pfectura, Qui tribus Tetrarchus, Qui quatuor Epiterarchus, Qui octo, ilarcha, Generali vocabulo Elephātoꝝ pfectus dr Elephantarcha, author Aelianus. ¶Chiliarchæ dicebant, q mille militibus prærāt. Chilias enim dicit millenarius numerus. Curtius lib. 5. Nouē qui fortissimi iudicati eēnt singulis militū millibus præfecturi erāt. Chiliarchas vocabāt. ∇ Myriarchę qui decē millibus prærāt. Herodotus li. 7. Chiliarchas, id est tribunos q mille, & Myriarchas qui decē millibus præsunt, delegerant.

29 ¶Tyrones dicuntur noui milites, fortes tī & robusti ad pferendos labores militiæ, quorū prima exercitatio vocat Tyrocinium, velut rudimentū. Vnde & Tyrunculi dicūtur ēt, q sunt rudes ī re aliqua. Trāqllus ī Cæsare. Tyrones neq; in ludo neq; p laniſtas, sed ī domib⁹ p eqtes Ro. ac ēt p seſe natores peritos armoꝝ erudiebat. Idē in Nerone. Tyrūculum militē positū ad custodiā aditus cū eū ornari & vinciri cathenis, sicut argumentū postulabat, videret. Hieronym⁹ in fœmineo genere, Tyrūculas puellas vocat. Tyrocinū ēt præter illud militare rudimentū, dicebat ab eruditis, cum adoleſcentuli togā sumebāt, & ponebāt barbam, eloquentiamq; in foro auſpicabātur. Nā tunc ēt dicebant Tyrones. Seneca in Decla. Ille in foro primū dictur⁹, Tyro dictus est.

30 ¶Classiarii dicebant buccinatores, q cornu ducebant exercitū, quiq; Classicū canebant īperatore pſente. Classiarii ēt dicunt remiges, & frequētius milites ī class b⁹. Cor. Tacit⁹. Anicetū centurione classiario comitatū. Trāqllus ī Cæsare Tyberio. Vī dānatos post longa & exqsita tormenta pcipi tari corā se in mare iubebat, excipiētę Classiarioꝝ manu.

31 ¶Rorarii testimonio Varronis dicebant, qui primi oium in cõflictũ pdibant, erantq; leuis armaturæ, vt velites, Nec dimicabãt acriter, sed leui quadã contentione prẽliũ tentabant, quẽadmodũ ros prius inchoat, quam pluuia.

32 ¶Exauctorati milites dicebant, q obligatione militari & stipẽdio soluti erãt, habuerãtq; missionem. Hoc aũt verbũ qñq; in malã partẽ capit, vt apud Lãpridiũ, q scribit Alexãdrũ tumultuãtes legiões exauctorauisse. Nã orta quõdam seditiõe militari, nõ timuit cõscẽdere tribunal, & oõne seueriss̃ima tumultuãtes increpare, q̃uis oẽs armati circũsisterẽt. Postremo illis adhuc fremẽtib⁹ cũ iclamasset, discedite, arma deponite, oẽs depositis armis sagulisq; militarib⁹ ad diuersoria recesserũt. Tũc vnã legionẽ totã exauctorauit, quã mox loco suo restituit. Sile est dcm̃ Trãqlli de Cæsare dictatore scribẽtis, Nonã legionẽ apud Placẽtiã q̃q̃ adhuc in armis Põpeius esset totã cum ignominia missam fecit.

33 ¶Gregarii milites dicebant vulgares nõ electi. Tranqllus in Augusto. Nã cũ spectaculo ludoꝝ gregariũ militẽ i. 14. ordinibus sedentẽ excitari per apparitorẽ iussisset.

34 ¶Triarii milites erãt oium fortissimi, q in postrema legionũ pte collocabant, In his autẽ sita erat tota spes & vltimũ perfugium. Erant oi armoꝝ genere instructi, Genu posito subsidebãt, vt si primã actiẽ vinci cõtigisset, ab his integrato prælio victoria repararet. De his modestus ad hũc modum scribit. Hi vt reqeti & integri inuaderent hostes, post vltimas acies sedere cõsueuerunt, & siqd in primis ordinibus accidisset, de eoꝝ viribus reparationis spes tota pendebat. Hinc formatũ adagiũ. Res ad triarios rediit, vbi propemodũ desperat victoria, resq; eo periculi redacta est, vt extremo conatu summisq; viribus sit enitendũ, quibus si nihil proficiatur, iam nullus relictus est effugii & salutis locus.

35 ¶Elaphri dicebãtur equites leuiter armati, qui discursu faciles erant, iacebantq; missilia seu sagittas.

36 ¶Accẽsi dicebant q ministerio ac seruitio publice adiiciebant legionibus, cum fas nõ eẽt milites (q pecunia publica alebãtur) cuiq̃ seruire, dicebãturq; accẽsi velut accedẽtes.

37 ¶Dimachæ dicuntur, qui duplici pugnę genere decertãt, equo scilicet, & vt pedites, vbi regio nõ est apta equitatui. Hos primo ferunt institutos ab Alexãdro, q ẽt triginta pueroꝝ millia, ad militarẽ disciplinam curauit instruenda.

38 ¶Fingunt ẽt qñq; hmõi noia a noibus teloꝝ vt Láceartí, Doryphori id est spiculatores, Dory enim græce, lanceam significat latine. Tranquillus in Nerone. Et cum affatim de sæuisset, vt conficeretur a Doryphoro liberto.

¶Macherophori a ferẽdis Machæris gladiis. Cicero, Machærophoris centũ sequẽtibus miros risus nobis ediderat. Ensiferi a ferendis ensib⁹. Sarissophori a Sarissis, quas Macedonium hastas esse diximus. ▽Spathiferi a Spathis. Mucronigeri, Cultriferi, Cultelliferi, Teligeri, Teligeruli, Iaculiferi, Iaculatores, spiculiferi, spiculatores, Hastigeri, hastiligeri, Vrbiniferi eadã forma dicunt. ▽Tortores quandoq; dicũtur, qui lapides tormẽtis iaciũt. Vnde & tortores balistarum vocat Ammianus.

¶Scorpionarii qui scorpionibus seu machinis iaculãtur. Eiusdem notæ sunt Balistarii, Arcubalistarii, Colubrinarii.

¶Funditores & fundibularii, qui funda lapides intorquẽt. Sallustius. Ipsa cum expeditis cohortibus adhuc funditoꝝ & sagittariorum delecta manu.

¶Pyrobolarii qui ignitas glandes tormentis eiaculantur. Clauigeri a ferenda Claua, græce vocant Corynophori.

39 ¶Sunt & quædam principatum & præfecturarum nomina vt Imperator, Rex, Dominus, qui in malam partẽ olim accipiebatur pro tyranno. Virgil. Vendidit hic auro patriã, dominumq; potentem Imposuit. ▽Megistanes dicuntur proceres & primates. Cor. Tacitus. Et Megistanes Armenios, (qui primi a nobis defecerant) pepulit sedibus. ▽Monarcha, seu Monarches vnicus omnium princeps, & Monarchia principatus ipse. ▽Hecatontarchus centum hominum vel ciuitatum princeps.

¶Dynastes dominus regni, Dynastia potentatus. Cicero ad Atticũ. Erit nebulo iste cũ istis Dynastis in gratia. ▽Nauarchus princeps nauis.

¶Strategus dicitur perfectus militaris, & Stratagea præfectura ipsa. Vnde & legimus Thraciam fuisse diuisaꝫ in Strategeas. 50. Ita enim vocant præfecturas.

¶Archipolis princeps ciuitatis. ∇Agoranomꝰ apud Plautum vocatur ædilis, vbi ait in Captiuis. Hunc fecerunt sibi Aetoli Agoranomũ. ∇Eparchus dicitur prouinciæ præses. Eparchia, puicia. ∇Ethnearches princeps gẽtis. ∇Ethnearchia principatus. ∇Genearcha generis princeps. Genesis ẽ generatio. ∇Irenarches seu Irenarcha, qui p̃ficitur in ciuitate ad auferẽdas discordias, pacandosq; tumultus ciuiles. ∇Philarchus amator imperii, Latine dici põt imperii candidatus. ∇Cosmoarchus mũdi princeps. ∇Democraticus qui fouet principatũ ppli. Democratia populi principatus. ∇Ephorus dr̃ præfectus & supinspector. Ephori magr̃atus erãt tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis. Cicero lib. 3. de legibus. Quare nec Ephori Lacedæmõe sine causa a Theopõpo oppositi regibꝰ nec apd nos cõsulibus tribuni. ∇Dicearchus iustus princeps. ∇Decarchus qui decẽ præst militibus. ∇Tetrarcha, qui quartã regni partẽ obtinet. ∇Dubenus apud antiquos capiebatur pro domino. Pacuuius. Tum dubenus seruos ligatos pessime verberat. ∇Trierarchus p̃fectus triremis. Cicero actione. 3. in verrẽ. Qua de re Charidemũ Chium, testimonium priore actione dicere audistis, cum esset Trierarchus.

¶Demarchus populi princeps, q tribunus plebis. Archon summus erat magistratꝰ Athenis, sicuti Carthagini Suffes, Romæ dictator. De Suffete Liuius lib. 28. Mago ad collo/quiũ Suffetes Gadinatoꝝ, q sũmus est pœnis magr̃atus, cũ quæstore elicuit, laceratosq; verberibus cruci affigi iussit.

¶Sagittarii & Iaculatores peritissimi.

1	Apollo	3	Chorineus	6	Lycoras
2	Hippocon		Asylas	7	Mopsus
	Mnesteus	4	Acastus	8	Ilerdes
	Eurytion	5	Paris	9	Alcon

10	Enarus	20 Andreas Agidarius	Gortyniaci
11	Deucalion	21 Getæ	29 Cydonii
12	Aethalides	22 Scythæ	30 Orientales
13	Catenes	23 Ithyræi	31 Lycii
14	Domitianus	24 Parthi	32 Erythæi
15	Toko	25 Sarmatæ	33 Scoti
16	Aspar	26 Cretenses	34 Gothi
17	Hercules	27 Dictæi	35 Arimaspi
18	Eurytus	28 Gnosiaci	36 Aetoli
19	Cõmodus		37 Balearici

EXPLANATIO.

1 INter sagittarios pricipẽ locũ obtinet Apollo, quẽ ideo poetæ sagittiferꝫ & sagittipotem dicunt. Vnde Claudianus. Mars clypeo melior, Phœbus præstãtior arcu. Horatius libro prio. Carminũ. Nec te meruende certa Phœbe sagitta. Valerius Flaccus. Arcupotens aduerte precor nunc deniq; Apollo.

2 ¶Hippocoon, Mnesteus, Eurytion sagittarii fuerunt, qui teste Virgilio contenderunt de palma, & vna iaculati sunt in ludis illis exequialibus, quos Aeneas ad tumulũ patris Anchisæ celebraut, cum relicta Africa in Italiam nauigaturus rediit per Siciliam. Verba autem poetæ sunt hæc.

Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis,
Quem modo nauali Mnesteus certamine victor
Consequitur, viridi Mnesteus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus o clarissime frater
Pandare, qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos,
Tunc validis flexos incuruant viribus arcus.

3 ¶Idem Virgilius lib. 9. ait Chorineũ Italum fuisse peritum iaculatorem, Asylam vero Troianum, arcu & sagittis nobilem. Hæc aũt eius verba. Emathiona Liger, Chorineum. sternit Asylas. Hic iaculo bonus, hic longe fallẽte sagitta.

4 ¶Acastus venator fuit sagittis clarus, qui cũ Meleagro ad

occidendū aprū) qui Calydona vastabat, ꝓfectus est. Ouid. lib. 8. Meta. Leucipusq; ferox, iaculoq; insignis Acastus.

5 ¶ Fuit Paris adeo sagittandi peritus, vt Achillē solo pede vulnerabilē telo traiecerit. Vir. li. 6. Aenei. Dardana qui Paridis direxti tela, manusq; Corpus in Aeacidæ, magnas ob euntia terras. Ouid. in epist. Paridē sic loquētē iducit. Ne vestra sagitta loco. Statius lib. 3. Syluarum. Sic fixum Paridis manu potentis Peliden Thetis obruit cadentem.

6 ¶ De Lycota Ouid. lib. 12. Iaculatorēq; Lycotā Sternit.

7 ¶ Mopsum Cretensem ab arte sagittandi commendat Syllius Italicus lib. 1. his verbis.

Cres erat æriſonis Curetum aduectus ab antris,
Dictæos agitare puer leuioribus arcus.
Pennata saltus assuetus arundine Mopsus.
Ille vagam cœlo demisit sæpe volucrem,
Ille procul campo linquentem retia ceruum
Vulnere sistebat, reuereteq; inopina sub ictu
Ante fera incauto, quam sibila poneret arcus,
Nec se tum pharetra iactauit iustius vlla,
Eois quāquam certet Gortyna sagittis.

8 ¶ Illerdes fuit iaculator quispiā, qui tam certis iaculabatur ictibus, vt etiam volucres in medio aere tantū percuteret. Syllius. Iam socius volucresq; vagas deprehendere nube
Assuetus Iaculis idem & bellator Ilerdes, Cui ludus nullā
cursu non tollere damam.

9 ¶ Alcon Cretēsis fuit sagittarius, cuius filium cū rapuisset Draco, tanta arte sagitta direxit, vt illæso filio Draconem ipsum confecerit. Val. Flac. lib. 1. Argon. Vacua nam lapsus
Srat procul intendens dubiū pater anxius arcum. Sidoniā
la nosse. Politianus in Epigrāmatis.
Vidit & implicitum puero pater anxius anguem,
Intendit dubia cornua flexa manu.
Inq; feræ fauces calamum sic torsit, vt audax
Terruerit natum non minus angue senex.
Sed nunquam pius errat amor, puer hoste perempto
Saluus erat, stupuit morte direpta salus.
Victor ab hac pharetram quercu suspendit & arcum,
Fortunæ atq; artis quæ monumenta sue.

10 ¶ Saxo grāmaticus scribit Enarū fuisse sagittariū magno corporis artisq; robore prædituꝫ, q tanto rigore arcū intendebat, vt excussum ab eo iaculū nulla rerū duritia sisteret, quo minus citato motu, vniuersum penetraret obstaculuꝫ.

11 ¶ Deucalion Hyperæsii filius ex Hypso nympha, fuit etiā peritus sagittarius. Valerius Flaccus libro primo Argon. Deucalion certus iaculis.

12 ¶ Aethalides præco fuit insignis, qui pp eloquentiā Mercurij filius creditus est. Hunc ēt telis claruisse testis est Val. Flac. lib. 1. dicens. Hic numerosa phalanx, proles Cyllenia certus Aethalides subitas neruo redeūte sagitras Cogere.

13 ¶ Catenes miles fuit, q ictibꝰ adeo certis destinata feriebat, vt aues quoq; ab ipsis nubibus exciperet. Author Curtius lib. 6. de gestis Alexandri.

14 ¶ Fuit Domitianus imperator doctus adeo sagittarum, vt iter distētos viri ꝓcul positi digitos tela transmitteret. Author Sextꝰ Aureliꝰ. Tranqllus ait cētenas varij generis feras
in albano secessu sagittis plerāq; ab eo ꝓfossas multis videntibus. Ex iduſtria ita quarūdā capita nōnunq; figebat, vt duo bꝰ ictibus, q̄si cornua effingeret. Nōnunq; i pueri ꝓcul ſtātis ꝑbentisq; ꝓ scopo dispēsam dextrę manꝰ palmā, sagittas tā
ta arte direxit, vt oēs p iterualla digitoꝝ inocuę euaderēt.

15 ¶ Toko miles fuit quispiā authore Saxōe, doctus adeo sagittator, vt sermone inter conuiuas temulentius habito iactauerit tanto iaculandi vsu se prædituꝫ, vt exiguū quālibet pomum, baculo procul & longissime remoto superpositum prima spiculi directione feriret.

16 ¶ Pontanus Asparem quendam Caramanta a præstantia torquendorum missiliuꝫ his verbis cōmendat. Hinc Aspar Caramas, quo non prestantior alter Aut torquere manu iaculum, aut dare vulnera funda.

17 ¶Docuit Hercules, quanta sagittandi arte clareret, dum Cenraurum Nessum quãuis remotum & ceruam æripedẽ certo traiecit ictu, Harpyasq; volucres in medio confecit aere, dicente Seneca. Petiit ab ipsis nubibus Stymphalidas. Et alibi. Tensus hac arcus manu Astris ab ipsis detulit Stymphalidas. His ego citatam gressibus vici feraꝫ, Radianti clarum fronte gestantem caput.

18 ¶Eurytus rex Oechaliæ pater Ioles Herculem sagittandi artem docuit.

19 ¶Cõmodus impetator Faustinæ & Marci principis filius centum ictibus in arena totidem feras strauit, tam validis viribꝰ, vt multas vno cõficeret ictu. Adeo certa fuit illi manus, vt quicquid oculo destinasset, iaculo & sagitta contingeret. Herodianus lib. 1. & Sabellicus in exemplis.
¶Nihil erat tam paruũ tamq; exiguũ, quod plumbea ęnei tormenti pila non concuteret Andreas Agidarius, si illud populo consequi posset. Sabellicus in Exemplis.

20 ¶Getæ Scythæ, Ithuræi, Persæ seu Parthi, Sarmatæ, Cretenses, Arimaspi, & omnes prope Oriẽtales arcu & iaculis clauerunt

21 ¶De Getis Scythiæ populis Ouidius lib. 1. de Trist. Sarmaticæ maior, Geticæq; freq̃ntia gẽtis, Per medias i equis itq; reditq; vias. In qbꝰ est nemo, q non Coryton & arcũ, Telaq; vipea lurida felle gerat. Idẽ. Iũcta pharetratis Sarmatis ora Getis. Et lib. 1. de Ponto. Dura pharetrato bella mouente Geta. Hinc arcus Geticus. Idẽ lib. 3. de ponto. Ipse quidem Gerico peream violatus ab arcu. Et sagitta Getica. Idem in Ibin. Deniq; Sarmaticas inter, Geticasq; sagittas.

22 ¶De Scythis Septentrionalibus populis Claudianus. De spoliis Scythicos arcus, aut rapta Gelonis Cingula. Plinius lib. 4. Vt sit plane arcus Scythici forma.

23 ¶Ithyra seu Ithura vrbs est in Tauro monte Parthiá versus, cuius habitatores Ithuræi arcu & sagittis clarueruntꝫ quod quẽadmodũ i cæteris arguit poetarum epithetis, cu arcũ vocãt Ithuræum, sagittas Parthicas, neruos Geticos, pharetras Sarmaticas & ita in cæteris. Sabellicus in Oracu

lo. Quæ turba pharetris Certat Ithuræas sumptis imitarier artes. Mãtuanꝰ in Fastis. Rostraq; Ithyræo iactare Cydonia neruo. Lucanus lib. 7. Ithuræis curius fuit inde sagittis.

24 ¶Parthi seu Persę Oriẽtales populi, sagittis claruerunt, vt fugientes a tergo iacularenť, auersiq; sequẽtes hostes lædrent perinde ac diuersi, vt iam diximus. Lucanus. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta. Mantua. in Alphonso, nec Parthica tanto Agmine p cœli nubẽ se fundit arundo. Catullus. siue in Hyrcanos, Arabasq; molles, Seu Sacas, sagitiferosq; Parthos. Ouidius libro. 1. de Reme. Vince Cupidineas pariter, Parthasq; sagittas. Io. Frã. Mirãdula. In molli pharetratæ Persidos vrbe.

25 ¶A Sarmatis Scythię populis doctissimis iaculoꝝ, Arcus vocať Sarmaticus. Ouidius lib. 1. de Ponto. Moris oblitus patrii contendere discam Sarmaticos arcus. Idem. Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas. Martialis li. 7. In via Sarmaticis domini lorica sagittas. Seneca in Thebaide. Sagitta qualis parthica velox manu Excussa fertur.

26 ¶Cretẽses oẽs hac ẽt arte clarissimi extiterũt. Virgilius in Cyri. Attica Cretæa sternebant cura sagitta. Apuleius libro vndecimo. Inde primigenii Phryges Pesinuntică nominãt domini matrẽ. Hinc Authochthones Attici Cecropiam Minerua, illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerẽ, Cretes sagittiferi Dictinam Dianam.

27 ¶Inter insulæ Cretæ populos, præcipui sagittarii fuerũt Dictæi, Gnosiaci, Gortyniaci, Cydonii a Dicte, Gnoso, Gortyna & Cydone vrbibꝰ dicti. De Dictæis Syllius li. 13. Dictæa per auras Tranat, & in mediũ perlabitur vrbis arũdo. Statius lib. 4. Thebei. Dictæaq; tela Ipsam & Amycleas humeris aptasse pharetras.

28 ¶De Gnoso & Gortynia vrbibus Cretæ, Lucanus. Gnosoq; agitare pharetras Docta, nec Eois peior Gortyna sagittis. Idem. Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo. Val. Flac. Plenisq; redit Gortyna pharetris. Pãphilus Saxus. Superat fuga volatus, & Gortyniacas leuis sagittas.
¶A Cydone Cretæ oppido tela Cydonia dicuntur, quod

eius loci incolæ periti fuerint sagittarii. Virgi. Ire libet Partho torq̃re Cydonia cornu Spicula, tanq̃ hæc sit nostri medicina doloris. Statius li. 7. Theb. Cydonæas anteibũt gesa sagittas. Claudianus. Quæ vires iaculis, vel cũ Gortynia tẽdis Spicula, quá felix arcus, certiq; petitor Vulneris, & certum mentiri nescius ictum, Scis quo more Cydon, qua dirigat arte sagittas Armeni⁹, refugo quæ sit fiducia Partho.

30 ¶ De Orientalibus populis Valerius Flac. lib. 5. Quos neq; Iber, neq; tuta suis Aurora sagittis Sustinet. Per Auroră intelligit Orientales. Syllius libro duodecimo. Eois quãquá certet Gortyna sagittis. Statius libro tertio syluarũ. Et eoas iaculo damnare sagittas.

31 ¶ Lycia regio minoris Asię populos habuit peritos iaculãdi. Vnde Virgil. Lycias vocat sagittas lib. 8. dicens. Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq; sagittas Discedens, pharetramq; auro dedit intertextam.

32 ¶ Erythrę quoque siue Erythra Asię ciuitas arte sagittandi claruit. Sidonius. Forte sagittiferas Euan populat⁹ Erythras

33 ¶ Crinitus ait Scotos (qui vicini sunt Britanis) in dirigendis sagittis acres esse & egregios.

34 ¶ Paulus Diaconus ait Gothorum gentem nullo armorũ genere magisq; arcubus vti consuesse.

35 ¶ Arimaspi populi iuxta Riphæos in torquendis sagittis (quarum sunt peritissimi) alterum inflectunt oculum, vt altero melius cernant. Hinc & nomen traxerũt. Nam & Arí Scythice vnum, & maspos oculum significat.

36 ¶ Ferunt Aetolos populos funditores fuisse peritissimos, longeq; iaculari solitos.

¶ In Balearibus (quę sunt insulę maris Hispani) primũ repertus est vsus fundæ, & adeo celebratus, vt matres filios suos aliis auibus vesci non paterentur, nisi quas funda fuissent adepti. Virgi. lib. 1. Georg. Stuppea torquentur Balearis verbera fundę. Statius li. 10. Roboraq; & grauidas fũdæ Balearis habenas.

¶ Venatores.

1 Helymus Panopes 2 Lausus

3 Amycus 11 Crane Britona
4 Ornitus 12 Adonis 21 Crocus
5 Cephalus 13 Capophorus 22 Hippe
6 Procris 14 Priscus 23 Philoctetes
Atalanta 15 Aconteus 24 Nicias
7 Meleager 16 Mopsius 25 Perdix
8 Abas 17 Orion 26 Melanio
9 Calisto 18 Actæon 27 Endymion
Diana 19 Arethusa 28 Gargilius
10 Hippolytus 20 Amimone 29 Mithridates

EXPLANATIO.

1 HElymus & Panopes Acestæ regis Siciliæ comites, venatores fuerũt teste Virgilio libro quinto Aeneidos. Tum duo Trinacrii iuuenes, Helymus Panopesq; Assueti syluis, comites seniores Acestę.

2 ¶ Fuit & Lausus Mezentii filius, ferarum debellator maximus. Virgilius libro septimo Aeneidos. Lausus equũ domitor, debellatorq; ferarum.

3 ¶ Idem vocat Amycum ferarum vastatorem libro nono, vbi ait. Inde ferarum vastatorem Amycum, quo non felicior alter Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno.

4 ¶ Idem libro vndecimo. Ornitum quendam intet venatores reponit, his verbis. Procul Ornitus armis Ignotus, & equo venator Iapige fertur.

5 ¶ Cephalus Athenienſis Procridis maritus venator fuit, quem poetę fabulantur ab Aurora adamatum. Ouidius in epistola Phædræ. Clarus erat Cephalus syluis, multęq; per herbam Conciderant illo percutiente feræ. Nec tamen Aurorę malæ se præbebat amandũ, Ibat ad hũc sapiens a sene diua viro. Idem lib. 1. Meta. Cephalum sic inducit loquentem, Sum nemorum studiosus ait, cædisq; ferinæ.

6 ¶ Eius quoq; vxor Procris venationi vacasse arguitur testimonio eiusdẽ poetæ scribentis. Montibus errabat studiis operata Dianæ. De Cephalo Stroza pater. Venanti Cephalo cura minor ne fuit.

7 ¶ Atalãta mulier fuit Arcadica, quæ tumentes vteros fœminarũ laboresq; cõceptũ perosa, virginitati ac venationi se totã deuouit, adeo vt imanẽ aprum toti formidolosum Arcadię prima pcusserit cũ Meleagro. Oui. lib. 8. Meta. Venit Atalante Schœni pulcherrima virgo. Rasilis huic sum nam mordebat fibula vestem. Crinis erat simplex nodum collectus in vnũ. Ex humero pendens resonabat eburnea lęuo Teloꝛ custos, arcũ quoq; lęua tenebat. Idẽ. Celerẽ Te geæa sagittã Imposuit neruo, sinuatoq; expulit arcu, Fixa sub aure feri sũmũ distrinxit arũdo Corpꝰ, & exiguo rubefecit sanguine satas. Põtanus li. 3. de Stellis de eadẽ sic meminit. Qualis ĩ Aetolũ cãpis Mealeagria ẏgo Strauit aprũ primãq; manu strigẽte sagittã Intorq̃ns, ausa ẽ spumãti oc

8 currere mõstro, Mox lęta & spoliis, famosa & cęde sũpba- ¶ Abas Centaurus inter venatores reponitur verbis Ouidii libro. 12. scribentis. Et Pholus, & Melaneus, & Abas p̃dator aprorum.

9 ¶ Calisto Lycaonis regis Arcadiæ filia venatrix fuisse dicitur. Quod docet Ouidius lib. 2. Fastorum.

10 ¶ Dianã poetæ fingunt ppetuo venãdi studio duci. Quod iõ fabulant, vt doceãt magnopere his cauẽdã esse desidiã, qbus curę est virginitas. Nã (vt inqt Seneca) amor iuuentę gigniť luxu, Ocio nutriť iter læta fortunæ bona. Et Ouidi. Ocia si tollas, periere Cupidinis artes. De Diana idẽ Ouili. 2. Fasto. Mille feras syluis Phœbe venata redibat. Idẽ. Inter Amadryadas iaculatricẽq; Dianã. Idẽ in epist. Phædrę. Arcus & arma tuę tibi sint imitãda Dianæ. Virg. Notior vt iã sit canib⁹ nõ Deliã nostris. Vide Senecã in Hippolyto.

11 ¶ Ferunt & Hippolytũ Thesei filiũ sese in cõsectandis feris exercuisse studio virginitatis, & ocii vitandi causa. Strozadra apud Ouidium. Si Venerem tollas, rustica sylua tua est. Et apud Senecã in tragœdiis. Idẽ familiares, & domesticos inuitat ad venationẽ dicens. Ite vmbrosas cingite syluas. ¶ Ouidius lib. 5. Fasto. ait Cranen fuisse nympham lustrandis syluis deditam. Hæc eius verba. Inde sata est Nymphe,

Cranen dixere priores, Nequicq̃ multis sępe petita procis. Rura sequi, iaculisq; feras agitare solebat, Nodosasq; caua tendere valle plagas.

12 ¶ Adonis Cynaræ ex Myrrha filius dum venareť, ab apro interfectus est. Ouidius li. 1. de Arte. Cura deæ syluis aptus Adonis erat.

13 ¶ Carpophorus fuit Romanus quispiã imperatori Domitiano charissimus pp venãdi peritiã. Nã imperator ipse eo studio delectabať adeo, vt siqñ esset ociũ nihil curaret ardentius, quã feras insequi. De Carpophoro Martialis li. 1. Sũma tuæ Meleagre fuit, quæ gloria famæ. Est quota Carpophori portio fusus aper? Ille & pcipiti venabula ꝓdidit vrso, Primus in Arctoi q fuit axe poli. Strauit & ignota spectãdũ mole leonẽ, Herculeas potuit q decuisse manus. Et volucrẽ lõgo porrexit vulnere pardũ, Pręmia cũ laudis ferret, adhuc poterat. Idẽ Martialis. Dorica quam certo venabula dirigit ictu, Fortis adhuc teneri dextera Carpophori. Ille tulit gemios facili ceruice iuuẽcos, Illi cessit atrox bubalus atq; Bison. Hunc leo cum fugeret, præceps in tela cucurrit, I nunc, & lentas corripe turba moras.

14 ¶ Idem lib. 12. Ad Priscum venatorem hoc modo scribit. Partius vtaris moneo rapiente veredo Prisce, nec in lepores tam violẽtus eas. Sæpe fatiscit prædæ venator, & acri Decidit excussus, nec rediturus equo.

15 ¶ Aconteum venatorem fuisse docet Statius lib. 7. Theb. Donec Flãmatus Aconteus Strage virũ, cui sueta feras ꝓsternere virtus. Syllius lib. 16. Et cuius nunq̃ fugisse hastilia cerui Prærapida potuere fuga, venator Aconteus.

16 ¶ De Mopso Cretensi venatore iam diximus in Cap. de Sagittariis.

17 ¶ Orion venator (vt fabulantur poetæ) cum viribꝰ fidens gloriareť nullã esse ferã, quam nõ conficeret, diis insolens verbum vlciscentibus contigit, vt terra scorpionem pareret, a quo vulneratus occubuit. Pãphilus. Errauit, quoniã cecidit venator Orion. Idẽ. Valle sequebať iaculis venator Orion. Sæpe vagas ista retibus atq; feras.

18 ¶Nota est Acteonis fabula, qui Aristæi filius, indignatione Dianæ (quam inter venandum nudam repeterat) mutatus in ceruum, & a suis canibus dilaniatus dicitur, vt scribit Ouid. libro tertio Metamor.

19 ¶Arethusa virgo fuit venatrix Diane comes. Vnde Virgil. libro quarto Georgicorum. Et tandem positis velox Arethusa sagittis. Ouid. libro quinto Metamor. Arethusam sic loquentem inducit. Nec me studiosius altera saltus Legit, nec posuit studiosius altera casses.

20 ¶Amimone Danai filia, & venatrix fuit, quæ dum in syluis iaculo se exerceret, Satyrũ læsit, & postmodũ a Neptuno ibidem compressa est.

21 ¶Britona nympha Martis filia inter venatrices puellas & Dianæ comites numeratur.

22 ¶Crocum poetæ dicunt venatorem fuisse Musarum precibus in astra relatum.

23 ¶Hippe mulier Chironis Centauri filia, in Pelio Thessaliæ monte sese exercuit venando, vbi deorum cõmiseratione in equam mutata est, dum patris indignationẽ expauesceret. Alio nomine Thea dicitur.

24 ¶Philoctetes cum cruciaretur nõ ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarũ, cõfigebat tardus celeres, stans volantes, pennarũq; contextu corporis regumenta faciebat. Author Cicero lib. 5. de finibus.

25 ¶Nicias fuit venator quispiam, qui dum venandi studio feras imissis canibus præceps iniectaret, in fornacẽ carbonariã decidit, vbi canib⁹ circũganniẽtibus & rapta veste conãtibus dominũ educere, crematus est, Authore Cœlio.

26 ¶Perdix venator fuit, qui infanda correptus libidine matri congressus fecit, vt Perdicis libido in prouerbiũ abiret. Huius abunde meminit Cœlius cap. 25. lib. 16.

27 ¶Ferunt Melanionem quendam odio mulierũ & seruandæ castitatis desiderio ꝓsectandis feris se totum deuouisse, nec vnquã a solitaria illa & vmbratili vita reuocari potuisse. Erasmus in Chiliadibus.

28 ¶Endymiona pastorẽ poetæ dicũt qñq; in mõte Lathmo

vacasse ꝓsectãdis feris. Valerius Flac. li. 8. Argon. Lathmius æstiua resident venator in vmbra Dignus amore deæ.

29 ¶Horati⁹ li. 1. Epist. ait Gargiliũ venatorẽ fuisse, q spectãre ppl'o ceruos cũ plagis & venabulis p mediũ foruꝫ iubebat trãsire ac demũ emptũ aprũ palã referre, vt cepisse, aliqd videret. Hęc ei⁹ ẋba. Venemur vt oliꝫ Gargili⁹, q mane plagas, venabula suos Differtũ transire foꝝ, ppl'mq; iubebat, Vn⁹ vt e multis ppl'o spectãte referret Emptũ Mulus aprũ.

30 ¶Ferunt Mithridatẽ venandi studio adeo inrentũ fuisse, vt septem annis, neq; vrbis, neq; ruris tecto vteret. Cœlius & Patricius de regno authores.

¶Cæterum Casses, Plagæ, Retia, Venabula, instrumenta sunt venatoria, Est & Podostrabe venatorum instrumentũ capiendis feris concinnum,

¶Canum quorundam nomina.

1	Lycisca	Oribasius	Lycisca
2	Hylax	Nebrophono	Harpolos
3	Vmber	Lelaps	Melaneus
4	Lelapa	Theron	Lachne
5	Volantes	Pterelas	Labros
6	Gargitius	Agre	Aglaudos
7	Canis Alcibiadis	Hyleus	Hylactor
8	Canis Biornonis	Nape	Corax
9	Pilaster	Pœmenis	Charon
10	Vertagus	Harpya	Lycitas
11	Scymnus	Ladon	20 Harpalagus
12	Graucis	Dromas	Tigrina
13	Issa	Canarche	Falco
14	Perses	Sticte	Serpens
15	Chiron	Tigris	Ragonia
16	Mera	Alce	Ichthia
17	Hyrcanis	Leucon	Helor
18	Aura	Asbolus	Hippocẽtaurus
19	Melampus	Lacon	Lethargus
	Pamphagus	Aello	Lampurus
	Dorceus	Ptous	Stagrus

	Acalanthis	Philax	Actis
22	Catenarius	Taxis	Leuſon
	Lucernarius	Xiphon	Augo
	Canis Attali	Phonax	Polyſibia
	Ariſtogiton	Phlegon	Stichon
23	Agrus	Arce	Spude
24	Cnnis Alexandri	Cheuton	Bryas
	Pheræi	Hylæus	Hebaſterros
25	Canis Xantippi	Medas	Crauge
	Canis Pyrrhi	Porthon	Cænon
26	Pſyche	Sperchon	Thyrbas
	Thymus	Lorge	Cæuon
	Porpax	Bremon	Aether
	Styrax	Thybris	Noes
	Aechine	Thallon	Gnomon
	Lonche	Rhome	Stibon
	Fochos	Antheus	Horme
	Phrura	Getheus	

EXPLANATIO.

1 LYciſca nomẽ eſt canis apud Virgil. in Buccolicis dicẽtẽ. Excipere inſidiis multũ latrãte Lyciſca. Palladius Soran⁹. Nõ lep⁹ itrepidũ timido fugat ore Lyciſcã.

2 ¶ Hylax itidem nomen eſt canis. Virgilius in Buccolicis. Neſcio quid certe eſt, & Hylax in limine latrat.

3 ¶ Vmber. Virgilius libro duodecimo. Ac Viuidus Vmber Hæret hians. Sed fortaſſe Vmber vocabulũ eſt appellatiuũ pro cane Vmbriæ. Valerius Flac. lib. 6. Argon. Quã ceruos vbi non Vmbro venator edaci Non Pinus petit hærentes. Pontanus. Vel audaci pereat laniatus ab vmbro.

4 ¶ Lelapa canis eſt apud Ouidium libro. 7. Met. Poſcor, & ipſe meũ conſenſu Lelapa magno (Muneris hoc nomen) iandudum vincula pugnat Exuere ipſa ſibi.

5 ¶ Volãtes. Stroza pr̃. Ille pedũ curſu p̃ſtans, animoq; Volãtes Occubuit trucibus peſtis acerba feris. Strauerat ĩmanẽ ſęuo certamine taurũ, Herculeæ qualẽ nõ domuere man⁹.

¶ Gargitius

6 Gargitius canis fuit Cerberi Epirotici frater, q̃ Geryonis tri corporis ſuabat armẽta, Hũc Hercules vna cũ dño interfecit. Incolæ mortuo ſepulchrum erexerũt. Mantuanus. Geryone triplicis caulas, armẽta canemq; Gargitium, Libycis certare leonibus auſum.

7 ¶ Alcibiades iuſtata magnitudie canẽ emit. 70. minis quẽ amputata cauda ſpectãte ppl'o ducebat vinctũ, vt garrulos & iportune loq̃citatis hoium linguas ea ĩ re occuparet, neqd deterius in eius nomẽ obloquerent. Plutarchus teſtis.

8 ¶ Biorno quidẽ inter Danos ſpectatę virtutis adoleſcens, canẽ habuit horrẽdæ acerbitatis & formidoloſæ, quæ ſola plerunq; biſſenos viros oppreſſit, & Offoti gygantis inter paſcua tutata eſt armentum. Saxo grãmaticus lib. 6.

9 ¶ Pilaſter. Põtan⁹ ĩ Lepidina. Cũ canere iciperẽ, atrox hic dente Pilaſter Latrat, ibi ipſa fuga ſeptẽ, inſidiasq; reliqui.

10 ¶ Vertagus canis eſt apud Martialẽ, Nõ ſibi ſed dño vena tur Vertagus acer Illæſum leporem qui tibi dente ferat.

11 ¶ Scymnis etiam nomẽ eſt canis fictum a Baptiſta Pio ſcribente. Vertagus, aut Gallo nutritus Scymnus in aruo Præcipiti ſequitur luſtra ferina pede.

12 ¶ Graucis nomen eſt catellæ, qua Arethuſa abſentis mariti deſideriũ ſolabat̃. Propertius lib. 4. Graucidos & catulæ vox eſt mihi grata querẽtis. Illa tui partẽ vẽdicat vna tori.

13 ¶ Iſſa nomen eſt Catellæ, quã Publius habuit in delitiis. Martialis. Iſſa eſt paſſere nequior catulli, Iſſa eſt purior oſculo columbæ, Iſſa eſt blandior omnibus puellis, Iſſa eſt charior Indicis lapillis, Iſſa eſt deliciæ catella Publi. Idẽ alibi. Publius exiguæ ſi flagrat amore catellæ.

14 ¶ Apud hiſtoricos legit̃ Perſes fuiſſe catellus filiæ Aemylii Pauli.

15 ¶ Chiron canis fuit Codri poetæ pauperrimi. Iuuenalis. Et rucubans ſub eodem marmore Chiron.

16 ¶ Mera canis fuit Icarii patris Erigones, cui⁹ ductu Erigone ipſa cadauer patris ab agreſtibus interfecti reperit.

17 ¶ Lyſimachus canem habuit, cui Hyrcani, nomẽ reddidit Durides author græcus. Hic accenſo domini rogo iniecit

se flammæ, authore Plinio lib. 8. cap. 40.

18 ¶ Atalanta Arcadica venatrix canem habuit Auram nomine, quam cum interfecisset aper Calydonius, sepulchro ab indigenis ornata est.

19 ¶ Ouidius lib. 3. Met. Actęonis canes his verbis enumerat.

Dum dubitat, videre canes, primusq; Melampus.
Inde ruunt alii rapida velocius aura
Pamphagus & Dorceus, & Oribasus Arcades omnes.
Nebrophonosq; valens, & trux cum Læpape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre.
Hyleusq; ferox nuper percussus ab apro
Deq; lupo concepta Nape, pecudesq; secuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus,
Et subscripta gerens Sicyonus Ilia Ladon,
Et Dromas & Canache, Strictęq;, & Tigris, & Alce,
Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris.
Prævalidusq; Lacon, & cursu fortis Aello.
Et Prous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca,
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpolos, & Melaneus, hirsutaq; corpora Lachne,
Et patre Dictęo, sed matre Laconide nati
Labros & Aglaudos, & acutæ vocis Hylactor.

20 ¶ Alia quorundam nomina ponuntur apud Cœlium ex Aeschylo, vt Corax, Harpyia, Charon, Lycitas.

¶ Hylax, Harpalagus, Lycisca, Tigrina, Melăpus, Falco, Serpēs, & Ragonia, Ichthia, Helor nomina sūt canū apud Mantuanū lib. 4. de Trophæis Gonzagæ scribentem.

Volat acer Hylax, volat ocyus euro
Harpalagus, referensq; lupum toruo ore Lycisca.
Et Tigrina notis tergum maculosa, Melampus
Aequiparans candore niues, vestigia tantum
Ima niger, Falco leuis Ilia, lumine Serpens
Sanguineo, mordax Ragonia, & Ichthia regis
Delitiæ, nomen patriæ sortita marinæ.
Et truculentus Helor certare Leonibus audens.

21 ¶ Fuit Hippocentaurus canis Xenophontis.

¶ Tethargus Hippámōis, q ēt cū mortuo dño tumulat° ē.

¶ Lampurus apud Theocritum in Daphnide & Menalca nomen est canis.

Apud Herodotum Syagrus.

¶ Apud Aristophanem Acalantis.

22 ¶ Celebrant ēt Catenarius & Lucernarius, & canis Attali, q tanto fuit oris rictu, vt oblatum cibum deglutiret.

Fuit & Aristogiton canis Cydimachi.

23 ¶ Agrus canis fuit Vlyssis, q reuersum ab expeditione Troiana dominū post annos viginti ferē agnouisse. Vñ Stroza filius. Non tibi Laerte, tibi nō Eume, neq; ipsi Telemacho, neq; Penelope, at tm̄ cognitus Agro, Agro, iam lassis clausa denti lumina fatis, Quem syluis Ithacus pascebat, i alta prī usquā Pergama fatalem Scyro eduxisset Achillem.

24 ¶ Alexander Phæreus Thessaliæ tyrannus canem habuit inusitatæ magnitudinis terribilem & oibus perniciosum, præterq; his a quibus cibum capere consueuerat. Hunc aūt dormiens Alexāder pro foribus cubiculi sui iubebat excubare suspectum habens populum, quem nullo non die variis tormentoꝝ generibus opprimebat.

25 ¶ Plutarchus in Themistoclis vita canē Xantippi q pr̄ fuit Periclis, celebrat, quod dñi peregre nauigantis absentiā & desideriū cū ferre nō posset, in mare desiluerit, eiusq; nauē in Salaminē vsq; natādo secutus sit, vbi canē ipsum periisse memorat, & in memoriā facti sepulchrum meruisse.

¶ Canis Pyrrhi Epirotarū regis, in togum domini se cōiecit. De natura canum qm̄ prolixe & abunde locuti sumus in Epithetis nostris, plura loqui nūc supersedimus.

¶ Cętera nomina canum in præcedenti posita Catalogo, legūtur apud Xenophontem in libro de venatione.

¶ Equorum & equarum celebrum nomina.

1 Cyllarus
2 Rhæbus
3 Aethon
4 Equi Turni
5 Pægasus
6 Arion
7 Pholoe
Iris
Thoes
8 Aschetos
Cygnus
Cromis

Aethion
Cydon
Podarces
9 Tagus
10 Garganus
11 Lampon
Panchates
Pelorus
12 Harpe
Cireus
13 Lamus
Sicoris
Ilerdas
Theron
14 Bucephalus
15 Harpya
Pedasus
16 Equus Medicis
17 Equi Rhesi
18 Aethon
19 Harpynna
Pfylla
20 Equa Hecratidis
21 Pasaces
22 Equæ Cimonis
23 Equus Tyberii
24 Parthenia
Eripha
25 Boristhenes
26 Equus Cæsaris
27 Equus Biornonis
28 Equus Artybii
29 Equus Seianus
30 Equ⁹ Nicomedis
31 Equus Antiochi
32 Equus Dionysii
33 Equæ Neronis
34 Equus Augusti
35 Scythius
36 Hirpinus
Corithe
37 Equus Troianus
38 Equi Parthorum
39 Equi Alcibiadis

EXPLANATIO.

1 CYllarus equus fuit Castoris. virgil. lib. 3. Geor. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllar⁹ & quorum Graii meminere poetę, Vbi Pollucē, p Castore equoꝝ domitore posuit poetica licētia, vt Quas illi Philomela dapes pro Progne. Itē reuocato a sanguine Teucri p Dardani, inquit Seruius. Statius lib. 1. Syluarum. Et pauet aspiciens Lædæus ab æde propinqua Cyllarus. Idem lib. 6. Thebaidos. Tua furto lapsa propago Cyllare, dū Scythici diuersus ad hostia pōti Castor Amyclæas remo pmutat habenas. Seneca ī Hippolyto. Frenis Castorea nobilior manu Spartanū poteris flectere Cyllarū. Propertius libro. 2. Non mihi si magnus Castoris iret equus. Idē lib. 3. Potaq; Pollucis Lympha salubris equo. Bap. Pius. Cyllarus Oebalii, domitus Pollucis habenis Cedat, & Aeripedi pagase iuncte Thoę. Politian⁹. Iamq; deo parēs Cyllarus Oebalidę. Claudianus. Seruiretq; tuis cōtēpto Castore frenis Cyllarus.

2 ¶ Mezentius pater Lausi equum suum Rhebum noīe his verbis alloquit apud Virgilium li. 10. Rhebe diu (res si qua diu mortalib⁹ vlla est) Viximus, aut hodie victor spolia illa

cruēta, Et caput Aeneæ referes, Causiq; dolorum Vltor eris mecū, aut aperit si nulla viā vis, Occūbes pariter.

3 ¶ Aethon fuit equus Pallantis Euandri filii, quem Virgi. libro vndecimo ait in exequiis domini sui collachrymasse. Post bellator equus positis insignibus Aethon It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora.

4 ¶ Equos Turni Virgilius libro duodecimo magnis laudibus commendat his verbis.

Poscit equos, gaudetq; tuens ante ora frementes,
Pilunno quos ipsa decus dedit Orithyia.
Qui candore niues anteirent, cursibus auras,
Circunstant properi aurigæ, manibusq; laceſſunt.
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.

5 ¶ Pægasus Neptuni & Meduse fili⁹ equus fuit alatus, quo Bellorophon expeditionē sumpsit cōtra chimærā. Hic Saxo in Helicone pedis vngula pcusso fontē noie Hippocrenen aperuisse dr. Oui. li. 3. Fast. Suspice, Gorgonei colla vidēbis equi. Creditꝰ hic cæsæ grauida ceruice Medusæ Sanguine respersis, psiluisse comis. Huic supra nubes, & subter sydera lapso Cœlū p terra, p pede pēna fuit. Idem li. 4. de Ponto. Sed tm̄ virt⁹ alios tua pterit oēs, Añ alios q̄tū Pegasus ibat equos, Ausoni⁹, Pægasus volucer actus a Lycia nō vltra Ciliciā pmeauit. Sidonius. Da sacris laticis loquacitatē, Quē fodit pede Pægasus volāti, Cognato madidus iubā veneno. Politianus. Cesserit huic pauidas submittēs Pegasus alas. Claudianus. Ipse tibi famulas prēberet Pegasus alas, Portaretq; libens, melioraq; pondera passus Belloro phōteas idignareꝰ habenas. Oui. li. 4. Met. Eripuisse caput collo, pēnisq; fugacē Pegasō & frēꝫ mris de sanguīe natos.

6 ¶ Arion fuit equus, quem Neptunus dedit Adrasto. Stati⁹ lib. 1. Syl. Hūc & Adrastæus visum extimuisset Arion. Propertius lib. 2. Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion, Tristis ad Archemori funera victor equus. Stati⁹ lib. 4. Thebaidos. Volucres portis auriga sub ipsis Comit equos, & iam iude iugo luctatur Arion. Idem huius equi virtutē & alacritatē lib. 6. describit hoc modo.

Ducitur ante omnes rutilæ manifestus Arion
Igne iubæ, Neptunus equo(si certa priorum
Fama patet) primus teneris lesisse lupatis
Ora, & littoreo domitasse in puluere fertur,
Verberibus parcens, etenim insatiatus eundi
Ardor, & hyberno par inconstantia ponto
Sæpe per Ionium, Libycumq; natantibus ire
Interiectus equis, omnesq; assuetus in oras
Cœruleum deferre patrem. stupuere relicta
Nubila, certantes euriq;, notiq; sequuntur.

¶ Ausonius. Cyllarus atq; Arion inter Argos Nemeamq; senuerunt. Claudianus. Si dominus legeretur equis, tua posceret vitro Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion. Idē A quibus haud vnquam palmam rapturus Arion. Idē. Hoc latus astringi velox optaret Arion, hoc propriū vellet cingere Castor equum.

7 ¶ Pholoe, Iris, Thoes, nomina sunt equaꝝ Admetia apud Statium lib. 6. Theb. scribentem. Nominibusq; cient Pholoen, Admetus & Itim, Funalemq; Thoen.

8 ¶ Alia equorum nomina ab eodē ponunt his verbis. Rapidum Dana eius augur Aescheton increpitat, meritūq; vocabula Cygnum Audit, & Herculeu; Styrion Cromis, Euneon audit Igneus Aethion, tardūq; Cydona lacessit Hippodamus, Phariumq; Thoacen rogat ire Podarcen.

9 ¶ De Tago Sylli⁹ li. 1. Tā Tag⁹ auratis agnoscebat̄ in armis.

10 ¶ De Gargano idem Syllius libro. 4. Nos Gargane vocant tibi præmia pono. superi ad maiora, videsne Quantus erat Chrixus? Iam nūc

11 ¶ Lampon, Panchates, Pelorus, Camphasus nomina sunt equorum apud Syllium libro nono.
De Lampone scribit hoc modo.
Euolat ante omnes, rapidoq; per aera cursu
Callaicus Lampum fugit, atq; ingentia tranat.
¶ Exultans spatia, & ventos post terga relinquit.
¶ De Panchate, Sed ꝓximus ibat Astur Panchates, patriū
fons alba nitebat Insigne, & patrio spes ois concolor albo.

iii ii

¶ De Peloro, Cyniphio rector radiabar frōte Peloro Camphasus, ipse asper, nec q ceruicis amaret Applausæ blandos sonitus, clausumq; cruēto Spume⁹ admorsu gauderet mandere ferrum. At docilis freni, & melior parere Pelor⁹ Non vnquam effusum sinuabat deuius axem.

12 ¶ Harpe apud eundem nomē est equæ matris Pelori, ¦vbi ait. Eductum genitrix effuderat Harpe Nobilis.
¶ Idem de Cyreo. Percussus vocibus altis Spectantum Cireus, fertur sublime per auras.

13 ¶ Lamus, Sicoris, Ilerdas, Theron etiam noīa ¦sunt equorum apud eundem lib. 16. vbi ait. Tum Lamus & Sicoris, ꝑles bellacis Ilerde Et Theron potator aquę sub nomine Lethes. Idē. Nec patiēs vltra tollit sese æquore Theron Igne⁹ & plenum præteruolat Hesperon ire.

14 ¶ Equū Alexādri Bucephalū a capite bouis noīatū & talētis. 13. emptū testis est Cares apud Gellīū, Vbi ornat⁹ erat, ar matusq; ad pliū nullū aliū sessorē ꝑter dūm admisit. Idē in bello Indico sagittis vndiq; pfossus, regē e medijs hostib⁹ licet exanguis & moribūd⁹, viuacissimo cursu retulit. Atq; vbi extra teli iactū portauit, dñi iā superstitis secur⁹ ibidem expirauit. Quod bñficiū Alexāder pēsauit oppido i honorē equi ꝺdito, vt docet Plini⁹ lib. 6. & lib. 8. vbi ait. Propter q̄, Rex defuncto eidē duxit exequias, vrbēq; tumulo circū dedit noie eius. De hoc Stroza pater. Gloria nobiliū tegor hic insignis equoꝝ Raptus laudito funere Bucephalus. De hoc equo Curti⁹ ad hunc modū scribit. Excepti sunt quidā, inter quos equus regis, Bucephalū vocabāt, quē Alexāder non eodē (quo cæteras pecudes) aīo estimabat. Nā ille nec indorso insidere suo patiebatur alium, & regem (cū vellet ascendere) sponte sua genua submittens, excipiebat, credebatq; sentire, quem veheret. Bucephali equi meminit Plutarchus in Alexandro.

15 ¶ De Harpyia & Pedaso Politianus in Ambra. Quos Zephiro peperit geminos Harpyia Podarge Et te captiuo funalem Pedase collo.

16 ¶ Idem Politianus sequenti hexastico Laurentij Medicis

H iiii

equum orhauit.

Et volucrem, & Zephiros cursu præuertitur ipsos,
Quem tibi misit equum barbara laure Nomas.
Cesserit huic pauidas submittens Pægasus alas,
Iamq; deo parens Cyllarus Oebalidæ
Hunc aut carceribus, vel meta cernere in ipsa
Laure licet, medio non licet in stadio.

17 ¶Claudianus in sextum Honorij consulatū, equos Rhesi Thracum regis cōmendat sequentibus versibus.

Graiaq; retulerat raptos ad castra iugales,
Quorum (si qua fides augentibus omnia musis)
Impetus excessit Zephyros candorq; pruinas.

18 ¶Aethon apud Homerum lib. 8. Iliados nomen est vnius equorum Hectoris.

19 ¶Harpynna & Pylla equæ fuerunt Oenomai, quibus cō/tendebat cursu ī proco filiæ suæ Hippodamię. Hos suis ver/sibus dignatus est Lycophron.

20 ¶Plinius ait equam Hecratidis Thessali, quāuis prægnan/tem vicisse in Olympia.

21 ¶Plutarchus in Artaxerxe scribit equum Cyro fuisse im/mitem, & effrenem Pasacem nomine.

22 ¶Cimon Atheniēsis equabus suis (quibus ter Olympia vi/cerat) monumenta erexit.

23 ¶Equus Tyberij Cœsaris videbatur fiāmas ore euomere, ī dicio magnæ alacritatis. Cœlius Capite. 16. libri octaui.

24 ¶Parthenia, & Etipha equæ fuerūt. Marmacis vnius ex p cis Hippodamiæ, quas Oenomaus puellę pater iugulauit, & post modum sepeliri iussit. Idē Cælius Cap. 55. lib. 11.

25 ¶Boristhenes equus fuit Adriani imperatoris, quo in ve/nando propter alacritatem plerūq; vtebatur. Dion Cassius ait imperatorem mortuo sepulchrum fecisse, columnāq; erexisse cum epigrammate inciso.

26 ¶Iulius Cæsar authore Tranquillo, vtebat equo insigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum vngulis sciſſis, quem maxima cura aluit, honorauitq; statua, quod aruspices eo imperium orbis terræ significari dixissent, tuṁ

etiam quod nullum alium sessorem reciperet.

27 ¶Biorno quidam inter Danos clarissimus, equum habuit præstanti corpore, & tanta velocitate præpetem, vt annuē quem cæteri nequirent, indefessus obstrepentē solus vortī cem superaret. Saxo Grammaticus lib. 6.

28 ¶Attibius Persarum dux equum habuit, q primo pugnæ cōgressu in hostes laniandos morsu assurgebat, calcibusq; & ipulsu lōge lateq; faciebat stragē. Author Herodotus.

29 ¶Gellius scribit equū Cn. Seii de genere equorū Diome/dis progenitum, & a Cor. Dolobella centum millibus se/stertiis emptum fuisse inusitata magnitudine, sed eo tamē fato, vt quisquis eum haberet, is cum omni domo, ac famī lia misere periret. Quod experti sunt M. Antoni⁹, Cor. Do lobella, C. Cassius eius possessores.

30 ¶Equus Nicomedis regis Bithyniæ tanto fuit in dominū affectu, vt eo mortuo oblatū recusauerit cibum, & inedia se confecerit. Author apud volaterranum Aelianus.

31 ¶Equus Antiochi capto vel mortuo domino, Cēteretriū quēdam e Calathis alumni sui victorem domitis frenis ex/cussit, & in terram deiectum pedibus ad mortem proculca uit. Plinius cap. 42. libri octaui.

32 ¶Equus a Dionysio Syracusarum tyranno relictus in sale bra, & luto vbi se expediuit, domini licet ingrati vestigia tamen secutus est. Idem Plinius ibidem.

33 ¶Nero equas habuit Hermaphroditas ex agro Treueri/co, quas carpento suo subiuges ostendebat.

34 ¶Equus Augusti sepulchrum a domino meruit.

35 ¶Scythius primus fuit oīum equoꝝ a Neptuno ꝓductus.

36 ¶Hirpinus nomen est equi apud Martialē lib. 3. Epigram ma, vt Corithe nomen equę apud Iuuenalē Satyra octaua. De Hirpino Martialis. Hirpini veteres qui bñ nouit auos. De vtroq; Iuuenalis. Sed vænale pecus Corithę posteritas. & Hirpini si rara iugo victoria sedit.

37 ¶Celebrat Maronis carmie equ⁹ Troian⁹, quē Græci diui na Palladis arte edificarūt, acernisq; trabibus cōtexuerunt Epeo machinę authore. De hoc Propitius lib. 3. Mœnia cū

Graio Neptunia pressit aratro Victor Palladiæ ligneꝰ artis equꝰ. Idē li. 4. Læserat abiegni vēter aptus equi. Hūc Lucretius li. 1. Durateū. 1. ligneū vocat, vbi ait. Nec clā Durateus Troiāis Pergama ptu Inflāmasset equꝰ nocturno Graiuge

38 ¶Equi Parthorū hippice herba pasti famē sitimq; (narū. multos dies perferunt. Ad quod alluſit Propertius libro. 4. Quod sine aqua Parthus millia currit equus.

39 ¶Alcibiades equos qbus postea in Olympia vtereť, tanta cura & studio enutriuit, vt ad qnquēnalē ludoꝝ celebritatē septē quadrigas pduxerit, qđ antea nemo vel regū, vel priuatoꝝ hoium adhuc fecerat. Vū equoꝝ (quos eo duxerat) alacritate secūdū & quartū victor euasit. Qđ indicāt versus Euripidis apud Plut. quos Donatꝰ Acciaolus hūc i modū latinos fecit. Formosa ples Cliniæ te nūc caná. Quā illo su perbá pmiis vidit die Graioꝝ Olympia chorus, cū viceras. Et mox pararas tres quadrigaꝝ tibi victorias labētiū cursu rotis. Iā voce pco tūc ad astra te tullt, Bis cūctū oliuæ frōde pallētis caput. ¶Equi Achillis.

Balius	Aethon	Lampus
Xanthus	Podargus	

¶De Balio, & Xantho Politianus in Ambra. Balium Xanthumq; iugales Quos Zephyro peperit geminos Harpyia mulat Claudianus. Et flauum Xāthum spreuisset Achilles: Virgilius lib. 3. Georgicorū. Martis equi biiugęs, & magni currus Achillis. Claudianus in Epigrā. Frenaq; & volucrē Xantum Baliumq; decerent.

¶Equi Martis.

Dimos	Phobos

¶Hi duo numeranť a Seruio inter equos Achillis. Poetæ tū Pauorem & terrorem Martis equos faciunt. Vnde Statius. Frena ministrat equus Pauor armiger.

¶Equi Solis.

Pyrois	Eous	Aethon	Phlegon.

DE his nominibus Ouid. lib. 2. Meta. scribit. Interea volucres Pyrois, Eous, & Aethon Solis equi, quartusq;

Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implēt, pedibusq; repagula pulsant. Pyrois Pyroentis, flectitur, vt Simois. Valerius Flac. lib. 5. Argon. Et formidantē patrios Pyroēta dolores. Sunt q dicant Xanthū inter equos Solis numerari pp dictū Martialis. Quid cupidū Titana tenes? Iam Xāthus, & Aethon Frena volūt. Thomas Rhadinus. Equi quatuor q aurei licet forent, colere tū quisq; pprio noscebať. Pyrois rubiens, Eous candicans, Aethon coruscás, Phlegon nigricans, hinuitibus flammiferis, elatis naribus auras implebāt, erraticis cursibus vagabantur incerti. Sabellicus, Hic equidem ambigue, vergit qua lucidus Aethon.

¶Equi Plutonis.

Orneus	Alaster	Abaster
Ethonis	Amatheus	Nonius
Nycteus		

¶De quatuor primis nominibꝰ, Claudianus libro primo de raptu sic meminit.

Orneus crudele micans, Ethonisq; sagitta
Ocyor, & stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti, ditisq; nota signatus Alaster
Stabant ante fores iuncti, sæuumq; fremebant,
Crastina venturę spectantes gaudia prædæ.

¶Aurigæ, & equorum domitores.

1	Automedon Achillis		Hectoris
2	Phaethon Solis		Enipeus
3	Idæus Priami		Cabrion
4	Metiscus Turni	9	Myrtilus Oenomai
5	Naubolus Laii	10	Menon Idomenei
6	Cirnus Melampodis		Mnesteus Diomedis
	Durius Pelori		Mydon Pylemenis
	Atlas Camphasi	11	Amphitus Castoris
7	Iberus Panchatis		Telchius Pollucis
8	Iolaus Herculis	12	Sphærus Pelopis
	Arceptolemus	13	Baton Amphiarai

14 Cebares Darii
15 Patiramphis Xerxis
16 Belona martis
17 Picus
18 Mesapus
19 Anniceris
20 Erichthonius
21 Astir
22 Felix Russatus
23 Castor
24 Philides
25 Tigillinus Neronis

EXPLANATIO.

1 AVtomedon fuit Achillis auriga. Virgilius libro. 12. Aeneidos. Vna ingens Periphas, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Ouidius lib. 5. de Trist. Nunqd Achilæos inter feta plia fidi Deseruit leuitas Autolomedontis equos. Idem libro. 1. de arte. Curribus Automedon lentisq; erat aptus habenis. Idem lib. 2. Quantus erat Calchas extis, Telamonius armis, Automedon curru, tantus amator ego. Pontanus lib. 3. de Stellis. Qualis & Automedon currus moderator Achilli.

2 ¶Phaethon Solis filius dum currum patris regendū suscepisset, equis ignotum aurigam excutientibus cecidit in Padum cœlo passim conflagrante. Hic equi Phaethontis pro equis Solis solent accipi. Virgi. li. 5. Aenei. Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant. Ouid. lib. 2. Met. hic situs est Phaethon currus auriga paterni.

3 ¶Idæus fuit auriga Priami. Virgi. lib. 7. Aeneidos. Idæumq; etiam currus, etiam arma tenentem.

4 ¶Metiscus Turni. Idem lib. 12. Aurigam Turni media inter lora Metiscum excutit. Ausoniq. Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.

5 ¶Naubolus Laii regis Thebarum. Statius. Naubolus Hippasides tuq; o mitissime Lai Hospes, adhuc currus securaq; lora tenebat.

6 ¶Cirnus Melampodis, Durius Pelori, Atlas Camphasi, Iberus Panchatis equorum fuerunt aurigæ. De Cimo Silius lib. 16. Quo Cirne ruis (Nam Cirnus agebat) verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas. Iberus ad Panchatem apud eundē sic loquit. te ne Astur certante feret quisq; æquore palmam Erepto? cōsurge, vola, plabere campum. ¶Durius ad Pelorum. Quo ruis, aut quisnā hic rabidi certaminis est mos.

7 ¶Ferunt etiam Iolaum Herculis fuisse aurigam.

8 ¶Arceptolemus, Enipeus, Cabrion Hectoris aurigæ fuisse memorantur. Mortuo Arceptolemo successit Cabrion eius frater.

9 ¶Myrtilus auriga fuit Oenomai, cuiq; ruina mari Myrtoo nomen īposuit. Oui. in Ibin. Proditos vt sæui periitq; auriga tyranni, Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.

10 ¶Tortelius ait Mēnonē fuisse aurigā Idomenei, Mnestei Diomedis, Mydonē Pylemenis ducis Paphlagonum.

11 ¶Amphitus, & Telchius Castoris, & Pollucis aurigæ fuerūt testimonio Plinii li. 6. scribētis. Sunt q cōditā eū ab Amphito, & Telchio Castoris, & Pollucis aurigis putant. Ammianus. Vbi (inqt) iter ciuitates alias Phasis est noīe fluuii dictitata, & dioscorias nūc vsq; nota, Cuius authores Amphitus, & Telchius Spartani traduntur aurigæ. Castoris, & Pollucis. Alii dīt (inter quos Strabo li. 11.) Castoris, & Pollucis aurigas fuisse noīatos Rhecam, & Amphistratum.

12 ¶Legitur in Trœzenioꝝ historia Spherum fuisse Pelopis aurigā, qq; alii in Olympia fuisse Cyllā tradant. Cœlius.

13 ¶In Illyria ciuitas fuit Harpya prope Enchelyas, in quam Amphirai auriga Baron absorpto domino se contulit. Author Cœlius.

14 ¶Cebares fuit equiso, cuius astu Darius regnum Persarum adeptus est. Nam cum magi inter se pacto conuenissent, vt is cuius equus primus hinniret, regno potiret: Cebares manum vuluæ equinæ prius admotam, naribus equi præbuit olfaciendam. Quo odore irritatus equus primus dedit hinnitum. Author Herodotus.

15 ¶Patiramphis fuit Xerxis auriga. Idem Herodotus. Post quē (inquit) ipse Xerxes vehebat curru equoꝝ Niseoꝝ, p̄cedente auriga, cui nomen erat Patirāphi Otanis filio.

16 ¶Poetæ Bellonā Martis aurigam faciunt, flagello armatam sanguineo, vt docet Statius.

17 ¶ Picus fuit equorum domitor dicente Virgilio lib. 7. Læ/
uaq; ancyle gerebat Picus equum domitor.

18 ¶ Idem de Mesapo. At Mesapus equum domitor Neptu/
nia proles. Idem lib. 10. Subit, & Neptunia proles Insignis
Mesapus equis. Idem libro duodecimo. Et Mesapus equū
domitor Neptunia proles.

19 ¶ Anniceris Cyrenęus nobilis fuit equoꝝ agitator, q̃ artē
Platoni ostentaturus, ante Academiā currus iunxit, sæpeq;
eundem cursum iisdē vestigiis nihil delirando repetiit.

20 ¶ Erichthonius Athenienſis quadrigas primus iunxit. Pō
tanus lib. 3. de Stellis. Qualis Erichthonius currus, & qua/
tuor ausus Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.

21 ¶ Astyr Mēnonis fuit auriga, a cuius nomine Astures po/
puli Callæcis proximi dicti sunt.

22 ¶ Cōstat Felicem Russatum fuisse aurigam verbis Plinii li
bro. 7. scribentis. Inuenit in actis Felicis Russati aurigę, iam
igne illato in rogum eis, vnū e fauentibus iecisse sese. Rus/
satus Lacerta fuit auriga sub Domitiano, teste Probo.

23 ¶ Inter eos (qui eqtatu claruerūt) Castor principē locū ob/
tinuit. Politianus. Vixq; bonū frenis Castora frater amet.

24 ¶ Philides fuit quispiā Athenienſis equorū nutritor, a quo
cū Themistocles equum dono postulasset, passusq; esset re
pulsam, minatus est se domum eius continuo ligneū equū
facturum. Quo ænigmate significabat se propinquorum
accusationes & crimina in eum coniecturum. Plutarchus
in Themistocle.

25 ¶ Tigillinus fuit homo pauperrimus in vrbe Roma, quē
egestate pressus & inopia aurigam se Neroni præbuit, eiq;
longa scelerum oīum consuetudine tandem charus adeo
factus est, vt ad præfecturam cohortis prætoriæ conscen/
derit. Tacitus libro. 17. De hoc Tigillino intelligi debet qđ
scribit Iuuena. satyra. 1. Dicens. Cum fas esse putet curam
sperare cohortis, Qui bona donauit præsepibus, & caret
omni Maiorum cēsu, dum peruolat axe citato, Flamineaq;
puer Antomedon nam lora tenebat Ipse lacernatæ cum
se iactaret amicæ.

¶ Currus deoꝝ quibus aīalibus trahantur.

1	Currus Bacchi Lyncibus, & Tygribus	Currus Lunę bobus
		Cutrus Nemesis Gryphib⁹
2	Curr⁹ Leucothoes Delphinis	Currus Solis equis.
3	Currus Cybeles Leonibus	Currus Saturni serpētibus
4	Currus Veneris Cycnis	Currus Martis equis
5	Currus Thetidis Delphinis	Currus Prothei Phocis
6	Currus Neptuni equis	Currus Oceani Balenis
7	Currus Dianæ Ceruis	Currus Tritonis piscibus.
8	Currus Iunonis Pauonibus	

1 CVrrus Bacchi lyncibus, & tygribus. Propertius de Ariadna rapta a Baccho. Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis. Oui. in epist. Phædræ. Inq; capistratis tygribus alta sedet. Idē lib. 3. Meta. Quem circum tygris si/mulachraq; inania lycū. Idem lib. 4. Tubiiugū pictis isignia frenis Colla premis lyncū. Idem li. 1. de Arte. Iam deus in curru (quē summū texerat vuis) Tygribus adiunctis aurea lora dabat. Virg. lib. 3. Geo. Quid lynces Bacchi variæ? Idē lib. 6. Aenei. Liber agens celso Nisæ de vertice Tygres. Sta tius lib. 4. Theb, Effrenæ dextra læuaq; sequunt Lynces, & vda mero lambunt retinacula tygres. Stroza pater, Lynci/bus aduectā Cnosida Bacche tuis. Tempora pampinea re/dimita Ariadna corona Tygribus inuehitur candide Bac/che tuis. Syllius libro. 7. Qualis odoratis descēdes liber ab Indis Egit pampineos frenata tygride currus.

2 ¶ Currus Leucothoes dea marinę Delphinis. Virgi. ī Cyrī. Illa etiam magnū iunctis quæ piscibus equor, Et glauco bi pedum curru metitur equorum Leucothoe.

3 ¶ Currus Cybeles leonibus Virg. lib. 3. Aenei. Et iuncti cur rum dominæ subiere leones. Ouid. lib. 10. Dentre premunt domito Cybeleia frena leones. Catullus. Vbi iuncta iuga re soluens Cybele leonibus. Claudianus in consulatu Manlii Theodori. Perfossiq; ruant populo pallente leones, Qua/les Mygdonio curru frenare Cybelle Optet, & Herculei mallent fregisse lacerti. Mantuanus. Magna deū mr grandi turrita corona, Quę ligat Idæo Libycos temone leones.

4 ¶ Currus Veneris cycnis. Oui. li. 10. Iunctisq; p aera cycnis Carpit iter. Syllius li. 7. Tum matris currus niueos agitabat olores. Statius lib. 1. Syl. Thalamiq; ingressa superbũ Limẽ Amychæos ad frena citauit olores. Idem lib. 3. Dum petit & molles agitat Venus aurea cycnos. Horatius li. 4. Car. ad Venerem. Tempestiuius in domo Pauli purpureis ales olo ribus Comessabere maximi. Currus Veneris etiam trahitur columbis. Claudianus. Venus hic inuecta columbis Tertia regali iungit connubia nexu. Marullus. Ipsa lasciuo Venus alma partu, Læta nunc iunctis vehitur columbis.

5 ¶ Currus Thetidis Delphinis, quemadmodum & Leucothoes. Tibullus. Vecta est frenato cœrula pisce Thetis.

6 ¶ Currus Neptuni equis. Virg. libro. 5. Iungit equos curru genitor, spumãtiaq; addit Frena feris, manibusq; oẽs effundit habenas. Syllius lib. 3. Extremãq; petit Phœbẽa cubilia Thetyn Frenatis Neptunus equis.

7 ¶ Currus Dianæ ceruis. Claudianus. Dixit & exemplo frondosa fertur ab Alpe Trans pelagus cerui currum subiere iugales.

8 ¶ Currum Iunonis trahunt Pauones. Ouidius lib. 2. Met. Habili Saturnia curru Ingredit liquidum pauonibus aera Pictis. ∇ Currũ Lunę boues. ∇ Currum Nemesis Gryphes. Currum Solis equi. ∇ Currum Saturni serpentes. ∇ Currũ Martis equi. ∇ Currum Prothæi Phocæ. ∇ Currum Oceani Balenæ, Currum Tritonis pisces.

¶ De his omnibus Politianus in Ambra.

Bistoniis Mars instat equis, Tu iungis olores
Phœbe Terapnæos, Getica Mars fulgurat hasta,
Contendis tu Phœbe fides, arcusq; retendis,
Lyncas agit Bromius, Pauos Saturnia pictos,
Tardos Luna boues, annosas Delia ceruas,
Gryphes Hyperboreos Nemesis, Cytheræa columbas,
Fert pedibus pinnas puer Arcas, crine galerum.

¶ Item Io. Fran. Mirandula.

Paphios non iungit olores
Cypria, terribilem non concinit ęgida Pallas,

Non

Non volucres sequitur ceruos pharetrata Diana,
Nectere odorisequos loris assueta Laconas.
Non iunctis fertur Iuno super æthera pauis,
Dum Samon, aut tecta inuisit Carthaginis altæ.
Cynthia nec bobus charum Endymiona fatigat.

¶ Item Pamphilus Saxus.

Candida torquatas poscit Cytheræa columbas,
Lasciuum numen victima blanda decet.
Dyndima frenato Cybele petit alta Leone,
Magnanimus magnæ conuenit ille deæ.
Obliquos Sol clarus equis cito præterit axes,
An decet vt tardo peruolet astra boue?
It per sydereos rex falcifer anguibus orbes,
Quid mirum, gelido si placet hydra seni?
Tygri Bacche petis placidi vineta Timoli.
Horrerent pauidę tympana rauca feræ.
Per freta pisce sedens, madidus nat cœrula Triton,
Obruit vnda furens, sit licet acer equus.

¶ Nauigiorum diuersa genera.

1	Myoparo	12	Fasellus	22	Sorillum
2	Paro	13	Geseorta	23	Stlata
3	Acatium	14	Horia	24	Trieris
4	Anquiromach⁹		Halius	25	Samena
5	Baris	15	Lembus	26	Hippago
6	Catascopium	16	Linter	27	Liburnus
7	Celox	17	Monoxylon	28	Embolon
8	Corbita	18	Ponto	29	Lenunculus
9	Cydarus	19	Prosumia	30	Onerariæ
10	Cymba	20	Scapha	31	Actuariæ
11	Cyrcerus	21	Schedia	32	Aliæ.

EXPLANATIO.

MYoparo genus erat nauigii, quo vtebãtur Piratæ authore Nonio. Cicero lib. 3. de Rep. Nã cũ quęreretur ex eo, quo scelere ipulsus mare haberet infestum vno Myoparone, Eodẽ (inquit) quo tu orbem terræ.

Salluſt. lib. 4. hiſt. Mariq; placido a duobus prędonũ Myoparonibus circũuenta. Sidonius. Litoribus Oceani curuis inerrare cõtra pandos Myoparones, quorũ quot remiges videris, totidem te cernere putes, Archipyratas.

2 ¶ Erant & Parones genera quædã nauium. Varro. Iamq; duos Parones habebant inſtructos. Budæus ait Paronem hodie vocari Brigantinum.

3 Acatium nauis erat actuaria. Iulius Pollux ait fuiſſe velum in naui maximũ, ſicut minimum dolonem.

4 ¶ Anquiromachus nauigium eſt aptum ferẽdis anchoris, cæterisq; nauticis inſtrumentis.

5 ¶ Baris erat cymba, qua Aegyptii ſuorum cadauera ad tumulũ cõportabãt. Propertius li. 3. Romanãq; tubam crepitãti pellere ſiſtro, Baridos & cõtis roſtra Liburna ſequi. Huius nauigii meminit Herodotus libro ſecundo.

6 ¶ Cataſcopium dicit̃ nauis exploratoria, vt Cataſcopus circunſpector, quod ethymo dictionis cognoſcitur. Cæſar in commentariis. Litteris celeriter in Siciliam cõſcriptis, & per Cataſcopium miſſis.

7 ¶ Celox dicit̃ breue nauigiũ a celeritate. Apuleius. Qui celocẽ regere neqt, oneraria petit. Plautus in Aulu. Quo hãc celocẽ cõferã? Varro. Nautę remiuagá mouent celocem.

8 ¶ Corbita nauis eſt tarda, & grandis. Plautꝰ in Penulo. Tardiores, q̃ Corbitę ſunt in tranquillo mari. Dicunt̃ aũt Corbitæ, ꝙ in earum malo corbes pro ſigno ſuſpenderentur.

9 ¶ Cydarum Calepinus ait eſſe nauiculæ genus, ſed quale, vt in pleriſq; tacet.

10 ¶ De Cymba Virgilius libro ſexto Aenei. Gemuit ſub põdere cymba Sutilis. Ouidius libro primo Meta. Occupat hic collem, cymba ſedet alter adunca.

11 ¶ Cyrcerus nauis eſt pręgrandis Aſiana. Plautus apud Nonium. Cũ percontor portitores, ecq; nauis venerit ex Aſia, negant veniſſe. Conſpicatus ſum interim Cyrcerum, quo me maiorem non vidiſſe cenſeo. Idẽ Aedificat nauim Cyrcerum, & merces emit.

12 ¶ Faſellus eſt nauigium Campanum eodem Nonio teſte.

Salluſtius li. 3. hiſto. Et forte in nauigãdo cohors vna, grandi faſello vecta a cæteris deerrauit.

13 ¶ Geſeorta nauis eſt, quam nonnulli proſumiam vocant. ▽ Alius dicitur breuis ſcapha.

14 ¶ Horiam Nonius ait nauim eſſe piſcatoriã. Plautus in rudente. Mea opera laboratur & Rete & horia. Diminutiũ eſt horiola. Idem. Malo hunc alligari ad horiam, vt ſemp piſcetur, & ſi ſit tempeſtas maxima.

15 ¶ Lembus dr̃ nauicula breuis, & velociſſima. Plautus. Dũ hæc aguñ, Lembo aduehit̃ tuus pater pauxillulo. Virgil. Lembũ ſi forte remiſit, Atq; illũ in ꝓceps ꝓno rapit alueus amni. Plinius lib. 7. ait. Cyrenenſes fuiſſe repertores lembi.

16 ¶ Linter dicit̃ nauicula cauatis arboribus facta. Hac vtebãtur quondã Germani Danubiũ habitãtes. Nonius ait Lintres naues eẽ fluminares, niſi qs forte legat fluuiales, aut fluminares. Ouid. ad Liuiã. Quẽ ſemel vmbrifera nauita Lintre tulit. Sidonius. In pugnã Pirata coit, pars Litre cauata.

17 ¶ Monoxylon dicit̃ nauis ex integro ligno, & nõ cõciſo in trabes. Monon enim vnũ, & Xylon lignum dicitur,

18 ¶ Põtones dicunt̃, qbꝰ põtiũ loco vtimur in traiiciẽdis fluuiis. Apuleius. Et ſi vado nõ poterũt, põtonibus trãſibunt.

19 ¶ Profumia genus eſt nauigii ſpeculatorii, Cæcilius apud Nonium. De nocte ad portũ ſum, puectus profumia. Idem. Qui pro gubernatore ſe gerens prope vertit profumiam.

20 ¶ Scapha nauicula eſt in ligno cauata. Horatius lib. 3. Carmi. Tum me biremis præſidio ſcaphæ Tutum. Vegetiꝰ. Scaphas quoq; de ſingulis trabibus excauatas cũ longiſſimis funibus, interdũ etiã ferreis cathenis legio portat. Nonius ait ſcaphas nauiculas eſſe, q̃ maiores naues cõſequuntur.

21 ¶ Schedia nauigium eſt rude & impolitum & trabibus inter ſe connexis factum, Cuiuſmodi ſunt rates.

22 ¶ Sorillum nauigium eſt Iſtricum, quod lino & Sparto cõfertur, & condenſatur.

23 ¶ Stlata nauis eſt lata, quales forte ſũt, quibus equi & currus tranſuehuntur. Antiqui ſtlatum, & ſtlites pro latum & lites dicebant.

24 ¶Trieris nauis est magna, quam remiges tribus vtrinq; remorum ordinibus impellũt, Latine triremis dicitur & triũ ordinum nauis, quemadmodum quadriremes & quinqueremes apud antiquos legim⁹, & apd Græcos Hepteres, Enneres, & Deceres, q̃ naues septenũ, nouenũ, denũq; ordinũ significãt. Biremẽ primũ fecere Damasthenes authore Pli. Triremẽ Ammocles Corinthius, Quadriremẽ Carthaginẽses, Quinqueremẽ instituit Nesichthon Salamini⁹, Sex ordinum Xenagoras Syracusanus, Decẽremẽ Nesigiton. Instituit Alexander magnus a duodecim ordines, Ptolemæ⁹ Sother ad qndecim. Demetrius Antigoni ad triginta, Pto. Philadelphus ad. 40. Ptolemęus Philopator ad. 50.

25 ¶Plutarchus in vita Periclis ait Damenam esse quandam nauim rotundam, & concauam & in ventris similitudinẽ formatam, Vt mare percurrere, ac celeriter conuerti possit. Atq; hoc illi indictum nomẽ, quod in Samo primũ reperta sit, & a Polycrate tyranno ibidem ædificata.

26 ¶Hippago, seu Hippagium nauis est lata, & expansa, qua equi & currus transmittuntur.

27 ¶Liburni dicebãtur bellicæ naues, & velocissimę a Liburnia Dalmatiæ partæ, cuius exẽplo fabricãtur, vel quod Liburni populi olim nauibus citissimis Ioniũ mare insulasq; prædarent. Hinc naues leuitate prestantes Liburnicas dixerunt. Hora. in Epodo. Ibis Liburnis inter alta nauiũ Amice ppugnacula. Dicimus & Liburnica. Suetonius in Augusto. vtrobiq; parte Liburnicarũ demersa. Dicunt etiam Liburnæ. Lucanus, Ordine contentæ gemino creuisse Liburnæ. Vegetius lib. 4. de re militari de Liburnicis ita scribit. Augusto dimicante Actiaco prælio, cum Liburnoꝝ auxiliis prævicipue victus fuisset Antonius, experimento certaminis patuit esse Liburnoꝝ naues cæteris aptiores.

28 ¶Embolum genus est nauigii velocissimi. Alii ponunt p rostro æreo, quod ex prora nauium eminet.

29 ¶Lenunculus dicit nauis piscatoria. Sallust. apud Noniũ. Primo inducit forte per noctẽ in Lenunculo piscantis.

30 ¶Onerariæ naues dicũt negociatoriæ, & pp onera tardę-

▽Actuarię vero dicunt agiles, & prestãtes celeritate. Sallustius. His actuariæ naues circiter. 30. Onerarię decem erant.

31 ¶Nauium appellationes apud Gellium libro vndecimo cap. 25. sunt Gauli, Corbitæ, Caudicæ, Hippagines, Cercuri, Celoces, Oxiæ, Remieculi, Actuariæ, Prosumię, Gesseortæ, Orioles, Cattæ, Scapha, Pontones, Nuctuciæ, Mediæ, Phaselli, Parones, Myoparones, Lintres, Caupulica, Mare placidæ, Cydarum, Ratariæ, Catascopium.

32 ¶Porro autem nauem primi excogitarunt Tiphys, & Argonautæ, vel Tyrii, vt mauult Tibullus scribens. Prima ratem ventis credere docta Tyros. Danaus nauem primus in Græciã ex Aegypto aduexit. Nã prius ratibus nauigabatur in mari Rubro ab Erythra repertis. Antigtus fiebant ex corio circũsutę in Oceano Britanico, In Nilo ex papyro, scirpo, & arũdine. Longa naue primũ Iasonẽ nauigasse testis ẽ Philostephan⁹. Egesias hoc tribuit Parrhalo, Ctesias Samiræ, Stephanus Semiramidi, Archimach⁹ Aegæoni, Bibliographi Noæ. Onerariam Hippus Tyrius inuenit. Lembum Cyrenẽses, Cymbã Phœnices, Celocem Rhodii, Cercurũ Cyprii, Syderũ obseruationẽ in nauigãdo Phœnices, Remum Copæ, Latitudinẽ eius Plateæ, vela Icharus, malum, & Amtemnã Dædalus, Tectas lõgas Thasii, Rostra Piseus. Tyrrheni anchoram, Anacharsis Harpagones, Adminicula Tiphis, Classe primus depugnauit Minos. ▽Naumachia vocat pugna nautica, Naumachiarii qui nauale prælium cõmittunt. Suetonius in Claudio. Sed cum proclamantibus Naumachiariis, aue imperator, morituri te salutant. ▽Nauis vocabulũ est generale. Naualia nauiũ stationes. Nauarchus nauis princeps, Nauclerus, seu Naucleriacus ductor. Nauta, & nauita idem. ▽Carina dicit cõcauitas nauis, & capitur pro tota naui. Virg. Frondentesq; ferunt remos, natat vncta carina. Carinare instar carinę formare. ▽Puppis pars posterior nauis, pra anterior, preta rector prorę. ▽Rates dicunt rudes, & ipolitæ trabes iter se cõnexę. Ratis tñ capitur pro naui. Ouid. lib. 4. de Ponto. Et freta veliuolas non habitura rates. Ratiarii ratis ductores. ▽Classis capitur pro

multitudine nauiũ,& qñq; pro vnica naui.Virgi. Et Lyciæ ductorẽ classis Orontẽ.▽Remiges nautę qui remos agũt, Remigare remos agere.▽Helciarii qui maiores naues funibus trahũt canabinis aduersus vndas.▽Rudẽtes dicũtur funes nautici Lucanus li.8. Aut laqueũ collo tortosq; aptare rudentes.▽Anchora ferrũ est repandũ,& vtrinq; acutũ, quo sistunt naues.Vnde adagiũ.Nauis tua fulta est duabus anchoris.▽Antemnæ instra sũt amnem ante secãtia,viãq; nauibus faciẽtia.Virgi.Cornua velatarũ obuertimus antemnarũ.▽Vela dñr linea,vel canabina tegmina, q̃ dispassa malo nauis alligant,vt ventos recipiant,hinc mare veliuolum.▽Carbasus linum est tenuissimũ,quo vela nauiũ fiebant quõdã,vñ & carbasa p velis accipi solẽt.▽Trãstra tabulæ sunt,in qbus sedẽt remiges,vel p quas ad regimẽ nauis deambulant.▽Celeuma dr clamor nauticus.▽Naulũ & portoꝛ merces nautaꝛ,& portitoꝛ.▽Vriatores dicunt natatores subaquatiles,Vrinari,seu vrinare sub aqs natare.

¶Propria quædam Nauium nomina.

1	Argo		Scylla	8	Paralus
2	Pistris	5	Tygris		Salaminia
3	Chimera	6	Centaurus	9	Thalamegos
4	Centaurus	7	Triton		

1 ARgo dicit fuisse prima nauiũ, qua Iason, Tiphys, Castor, Pollux,& alii (quos inde Argonautas dicimus) profecti sunt Colchos ad rapiendum vellus aureũ.Sumpsit aut nomen ab Argo architecto.Vnde Valer.Flac.lib.1.Ad charum Tritonia deuolat Argum, Moliri hunc puppem iubet,& demittere ferro Robora,Peliacas etiã comes exit ad vmbras.Vel ab Argiuis,qui in ea nauigarũt.Hãc nauim poetæ multis ornãt epithetis.Vocant in primis fatidicam, & loquaculã,quod beneficio Mineruæ facta sit ex quercu dodonea,quã Sophocles tradidit fuisse nõ tm verbosam, at ẽt futuri presagam,vt in periculis Argonautas moneret. Vnde Claudianus. Licet omnia vates In maius celebrata

ferant,ipsamq; secãdis Argois trabibus iactent fudasse Mineruam.Nec nemoris nautã vinxisse carentia sensũ Robora,sꝫ cęso teneri Iouis augure Luco Arbore psaga tabulas aiasse loquaces. Seneca in Medea.Ipsaq; vocẽ perdidit Argo.Val.Flac.Prima deũ magnis canim⁹freta peruia nautis, Fatidicãq; ratẽ.Vocat ꝑterea Pagasæa,a Pagasa vrbe Thessalię,apud quã fuit ędificata.Itẽ Pelias a Pelio mõte,Tritonis qm̃ bñficio Mineruę & ingenio facta est. Magnesis seu Magnesias a Magnesia regione Macedoniæ proxima.Argoa & argiua ab argiuis nautis.Quę oĩa testimonijs sequẽtibus ꝯfirmant,Oui.lib.7.Meta.Iamq; fretũ Minyæ Pagasęa puppe secabãt.Val.Flac.lib.1.Et Oebaliũ Pagasæa puppis alũnum Spectet.Statius lib.5.Theb. Pelias intacti late subit hostia ponti Pinus.Oui.in Epistolis.Phryxęam petijt Pelias arbor ouem.Val.Flac.lib.8.Si modo Peliacæ nõ sꝫ captiua carinę.Idẽm.Sequiturq; volantẽ Barbara Palladiã puppem ratis.Magnesis seu Magnesias.Ouid.in Epistolis. Cur vnquam Colchi Magnesida vidimus Argo.Pontanus lib.5.de Stellis.Appulerat mysorũ agris Magnesias Argo. Val.Flac.lib.7.Horruit Argoæ legio ratis.Manilius. Argiuamq; ratem per aplustria summa.De Argo Propertius libro primo.Namq; ferunt olim Pagasæ naualibus Argon Egressam longe Phasidos.isse viam.

2 ¶Pistris,Centaurus,Chimera,Scylla,nomina sunt nauiũ apud Virg.lib.5.Aeneid.De pistri & eius rectore Mnesteo sic inquit.Velocem Mnesteus agit acri remige Pistrim.

3 ¶De Chimera.Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimerã.

4 ¶De Cẽtauro & Scylla.Sergestusq;(dom⁹ tenet a quo sergia nomen) Centauro inuehitur magna, Scyllaq; Cloanthus Cœrulea.

5 ¶Apud eundem lib.10.Tygris nomen est nauis, cuius rector fuit Massicus,Hęc eius verba.Massicus ęrata princeps secat æquora Tygri.

6 ¶Est & Centaurus nomen alterius nauis,cuius rectorẽ vocat Cupauonem,vbi ait.Filius æquales comitatus classe cateruas Ingentem remis Centaurum prouomet

7 ¶Triton nauis fuit cuiusdam Aulestis. Idem. Hunc vehit immanis Triton.

8 ¶Cœlius ex testimonio interpretum Aristophanis ait duas Athenis naues fuisse publico muneri destinatas, ex quibus Salaminia euocatos ad iudicium subueheret, Paralus vero aueheret. Delphos ad rem diuinam.

9 ¶Thalamegos nomen fuit nauis, quam Ptolæmeus Philopator in delitijs habuit Nilo pernauigando longitudine sexcentorum pedum, latitudine quinq; & quadraginta, altitudiue pedum paulo minus sexaginta. Budæus de Asse.

¶Argonautarum nomina.

Tiphys	Leodocus	Phalerus
Iason	Idmon	Eribotes
Castor	Iphitus	Peleus
Pollux	Euphemus	Menœtius
Melampus	Deucalion	Phlias
Amphiaraus	Amphion	Erginus
Testor	Climinus	Lacon
Theseus	Iphiclus	Meleager
Coronus	Nauplius	Aethalides
Eurydamas	Oileus	Echion
Iphidamus	Cepheus	Admetus
Cius	Amphidamas	Canthus
Epitropus	Ancæus	Idas
Telamon	Eurytion	Zethes
Hercules	Mopsus	Calais
Hylas	Tydeus	Erix
Orpheus	Periclymenus	Amyrus
Asterion	Philochthetes	
Talaus	Butes	

ARgonautę (vt iam diximus) dicunt heroes alli, qui in Argo naui Colchos profecti sunt ad rapiendum vellus aureũ. Sunt qui dicãt fuisse duo & quinquagita numero. Alij quatuor addũt. Sed parẽ refert de nũero. Val. Flac. li. 1. seriatim multos enumerat. De Zete & Calai. Oui. lib. 6. Met. vellera cum Minyis nitido radiantia villo

Per mare non notũ primæ petiere carina. Propertius li. 2. Hunc duo sectati fratres, Aquilonia proles. Hunc super & Zetes, hunc super & Calais. Omnium summi & principes fuerunt Tiphys & Iason. Vnde Ouid. li. 1. de Arte. Tiphys ĩ Aemonia puppe magister erat. Eam ob rẽ Argo ipsa vocat Iasonia. Ruffus Festus. Puppis Iasoniæ depictaq; terga carinæ. De Argonautis copiose meminit Diodorus lib. 5.

¶Nautæ nonnulli.

1 Tiphys	7 Canopus	13 Mandro	
2 Mnesteus	8 Saro	14 Phrontis	
Sergestus	9 Amarsiades	15 Amyclas	
Cloanthus	Nausitheus	16 Colæus	
3 Palinurus	Pheax	17 Phereclus	
4 Telo	10 Ariamenes	18 Pelorus	
5 Phoceus.	11 Petitius		
6 Opheltes	12 Acessæus		

1 DE Tiphy licet iam satis dixerim⁹, adhuc tñ testimonia adiiciem⁹. Virgi. Aeglo. 4. Alter erit tũ Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas. Ouid. in epist. Quid mihi cũ Minyis, quid cum Tritonide pinu. Quid tibi cum patria nauita Tiphy mea. Seneca in Medea. Quæq; domitorem freti Tiphyn nouam firmare docuisti tatem. Idem. Ausus Tiphys pandere vasto Carbasa ponto, legesq; nouas scribere ventis.

2 ¶Mnesteus, Sergestus, Cloanthus nautæ fuerunt Aeneæ. Virgilius libro quarto Aeneid. Mnestea, Sergestũq; vocat, fortemq; Cloantum.

3 ¶Fuit & Palinurus gubernator nauis Aeneæ. Virgil. lib. 5. Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta. Mãtuanus in Alphonso lib. 5. Nam neq; in hæmonia Tiphys prudẽtior Argo Nauta, nec Ioniis melior Palinurus in vndis.

4 Telonẽ massiliẽse⁹ Lucan⁹ a nauigãdi astrorũq; peritia laudat lib. 3. vbi ait. Dirigit huc puppim miseri q̃q; dextra Telonis. Qua nullã meli⁹ pelago turbãte carinę Audiuere manũ, nec lux ẽ notior vlli Crastina, seu Phebũ videat, seu cor

nua Lunæ, Semper venturis componere carbasa ventis.

5 ¶Idem cõmendat Phoceum quendam vrinatorem adeo natãdi peritum, vt mergeret se, ac demum emergeret cum vellet. Hæc eius verba. Pugna fuit vnus i illa Eximius Phoceus, animã seruare sub vndis, Scrutariq; fretum, siqd mersisset arenis, Et nimis affixos vnci cõuellere morsus, Addu/ctum quoties non senserat anchora funem.

6 ¶Opheltes fuit nauta & circũuẽtor sceleſtiſſimus, De quo Sidonius. Qui vigor in pedibus fruſtra tibi natus Ophelte.

7 ¶Canopus authore Plinio fuit gubernator nauis Menelai, a quo hoſtium Nili Canopicũ nomen ſumpſit, vbi ictu Aſpidis mortuus ẽ ille. Huius canopi meminerũt Strabo libro vltimo, & Seruius in vndecimũ Aeneidos Virgilii.

8 ¶Fuit Saro qſpiã nauta, q moribꝰ ſuis inelegãtibꝰ & iurbanis ſequẽti adagio locũ fecit. Sarõe magis nauticꝰ. Eraſmꝰ.

9 ¶Simonides apud Plutarchum teſtis eſt Amarſiadẽ Phereclum fuiſſe gubernatorẽ nauis Theſei in Cretam ad Minotaurum nauigantis. Philochorus ibi ait, Nauſitheum & Phæacem rectores fuiſſe eius nauis.

10 ¶Idẽ i Themiſtocle ait Ariamenẽ Xerxis fuiſſe nouarchũ.

11 ¶Eodem teſte Petitius fuit gubernaror nauis, in quam Pompeius poſt fugam conſcendit.

12 ¶Aceſſæus fuit ignauus quiſpiã nauta, qui vt nauigationem prorogaret, dicebat ſe Lunam magis opportunã expectare. Vnde natum Adagium. Aceſſæi Luna, in compere/dinatores, qui ſemper cauſas comminiſcuntur, quo negocium differant. Eraſmus.

13 Mandro fuit quiſpiã nauicularius, q aſpirãte fortuna tãdẽ factus eſt impator, vnde etiam factus adagio locus. Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos, q ꝑter meritũ ad opes euecti, priſtinæ cõditiõis nõ meminerũt. Eodẽ Eraſmo teſte.

14 ¶Phrontis nauta fuit Menelai filius Onetoris, cæſus a Phœbo.

15 ¶Amyclas nauta fuit, ad quem tempore belli ciuilis acceſſit Cæſar, vt ab eo trãſueheretur in Italiam. Lucanus lib. 5. Molli conſurgit Amyclas Quem dabat alga, toro.

16 ¶Herodotus in Nelpomene ait Colæum fuiſſe gubernatorem cuiuſdam nauis Samiorum.

17 ¶Phereclus fuit architectꝰ, q naues Paridis ad raptũ Helenæ ituri fabricauit, vñ & nauis ꝓpo epitheto Phereclça dr.

18 ¶Pelorus fuit gubernator nauiũ Annibalis fugientis.

¶Portitores.

1 Phaon 2 Phorchus 3 Charon.

1 COelius ſcribit Phaonẽ fuiſſe portitorẽ, eoq; ſe fouiſſe artificio. Hic cũ venerẽ trãſuexiſſet, vnguẽtũ ab ea fertur accepiſſe, quo delibutꝰ factus eſt hoium pulcherrimus.

2 ¶Phorchus græce Porthmeus, latine portitor dictus eſt, quod per mare deferret Colonias teſte Beroſo.

3 ¶Charon dicitur portitor inferorum. Virg. lib. 6. Aeneid. Portitor ille Charon. Idem. Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon. Properti⁹ lib. 3. Exoranda canis tria ſunt latrantia colla, Scandẽda eſt tori publica cymba ſenis. Idem li. 4. Vbi portitor æra recepit, Obſerat ambroſos lurida porta rogos.

¶Portoriũ, Porthmeũ, Telonariũ, minerual, ſtips Charõtica naulum dr portitorũ merces. Seneca de Charõte. Hũc ſeruat amnem cultu & aſpectu horridus, Pauidosq; naues ſqualidus geſtat ſenex. Idẽ in Oedipo. Quinq; capaci turbida cymba flumina ſeruat, durus ſenior, nauita Charon.

¶Piſcatores & Vrinatores.

1 Dyctis 3 Scyllias 5 Ichthyophagi
2 Herminius 4 Nicolaꝰ Calapiſcis 6 Petrus aplus.

1 DVctis fuit piſcator quiſpiam, qui educauit Perſeũ, de quo Statius libro ſecundo Syl. Fluctinagus volucrem comebat Perſea Dyctis.

2 ¶De Herminio piſcatore, Syllius li. 5. Nec minus Herminium primis obtrũcat in armis, Aſſuetum Traſymene tuos prædantibus hamis Exaurire lacus, patriæq; alimenta ſenectæ Ducere ſuſpenſo per ſtagna licentia lino.

3 ¶Herodotus ait Scylliã fuiſſe vrinatorem Sicyoniũ Themiſtoclis ætate, qui ẽt in naufragio ad Peliũ facto, multam pecuniã Perſis ſeruauerit, plurimamq; ſibi lucratus ſit.

4 ¶Nicolaus quidã Calapiſcis cognominatus ex Appulia oriũdus, a puero aquis aſſuetus degebat inter marinas beluas multos dies cõtinuos illæſus, & ꝓfunda pelagi ſcrutabatur, futurasq; tẽpeſtates prædicebat. author Volaterra.

¶Plinius ait Ichthyophagos populos Troglodytis vicinos natare ſeu maris animalia.

¶Eccleſiaſtici dicunt Petrum apoſtolum omniũ pontificũ primum fuiſſe piſcatorem profeſſione.

¶Pericula marina.

1 Charybdis 3 Malea 5 Scyrtes
2 Scylla 4 Caphareus

1 ¶Charybdis periculũ eſt marinũ in Sicilia ꝓpe Tauromenitanũ littus, qđ crebris aquaꝝ vorticibus infremere, aſſiduisq; fluctuũ cõcurſibus rapta abſorbere dr. Ouid.li.4. de Ponto. Nec potes infeſtis cõferre Charybdim Achæis, Ter licet epotet, ter vomet illa fretum. Tibullus lib.4. Nec violẽta ſuo cõſumpſit in ore Charybdis, Vel ſi ſublimis fluctu ꝓſurgeret imo, Vel ſi iterrupto nudaret gurgite pontũ.

2 ¶Scylla, ſaxum eſt in mari Siculo mare ipſum reddens inportuoſum & plenum periculi, quod aſſiduis aquarum cõcurſibus latratum videtur emittere. Poetæ fabulanr Scyllã Phorci filiam mutatam in monſtrum ſuperne virgineum, inferne vero piſcem, & ſex caninis capitibus latrans, cum ſe lauiſſet in fonte, quod Circe veneno infecerat. Oui.li.7. Meta. Cinctaq; fæuis Scylla rapax canibꝰ Siculo latrare ꝓfundo. Pli.lib.3. In eo freto eſt ſcopulus Scylla. Item Charybdis amare vorticoſuꝫ, Ambo clara fæuitia. Cicero actione.6. in Verrem. Non enim Charybdim tam infeſtam neq; Scyllam notis, quam iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. Seneca in Medea. Quid cum Siculi virgo Pelori rabidos vtero ſuccincta canes Omnes pariter ſoluit hiatus.

3 ¶Malea promontorium eſt Laconiæ ſcopuloſam, quod per.50. millia paſſuũ in mare protenſum periculoſam reddit nauigationem propter aduerſos vẽtorum flatus. Hinc natum prouerbium. Cum ad maleam deflexeris, domeſticos obliuiſcere. Eſt autem penultima dictionis indifferens.

Virgi. Tonioq; mari, maleeq; ſequacibus vndis. Statius li.4. Theb. Quod Pylos & dubiis vitata malea carinis. Idem in Achill. Nec vndiſonæ quos circuit vnda Maleæ.

4 ¶Caphareus mõs eſt Euboię altiſſimꝰ Helleſpõtũ verſus, importuoſus & formidoloſus pp ſcopuloꝝ freq̃ntiã & crebros vndarũ vortices. Hic Nauplius rex Euboię mortẽ filii Palamedis, Vlyſſis dolo interfecti vltus ẽ. Nã cũ Græci Troia redirẽt, Nauplius facẽ in ẋtice mõtis poſuit, vt locꝰ fidẽ portus faceret. Quo cũ veniſſent, multi naufragiũ fecerũt. Sta. in Achil. Cũ reduces Danai, nocturnaq; ſigna Capharei Exeret. Seneca i Aga. vbi ſaxa rapidis clauſa vorticibꝰ tegit Fallax Caphareꝰ, æſtuat ſcopulis fretũ, Feruetq; ſemp fluctus alterna vice. Idem. Hinc petræ Capharides, Hinc oẽ voces reddit Herculeas nemus. Sidoniꝰ. Fixusq; Capharei Cautibꝰ inter equas flãmá ructabat Oileus. Valer. Flac. lib.1. Et face ſæua In tua mox Danaos acturus ſaxa Caphareu.

5 ¶Scyrtes duo ſunt loca in finibus Africæ Aegyptum verſus, vbi mare ferẽ eſſe vadoſum & importuoſum pp aquas reciprocas. Seneca. Et amica nautis ante promittet vada in certa Syrtis. Syllius lib.17. Et ſemper naufraga Syrtis. Ouid. lib.12. Elegiarũ de quibuſdã ſic meminit.

Cum domina Libycas auſim prærumpere Syrtes,
Et dare non equis vela ferenda Notis.
Non quæ virgineo portenta ſub inguine latrant,
Nec timeam veſtros curua Malea ſinus.
Nec quas ſubmerſis ratibus ſaturata Charybdis,
Fundit, & effuſas ore receptat aquas. Sidonius. Syrenas pereuntibus placentes.
Vitatas tenebras, facemq; Naupli. Et Scyllæ rabidum voracis inguem.
Vel taurominitana quos Charybdis Ructatos ſcopulos cauat profundo.

¶Piſcinarii.

Sergius Orata Licinius murena Vedius Pollio
Hortenſius Fuluius hirpinus

¶Piſcenarii dicuntur, qui piſcinas habẽt referras piſcibus

easq; magno studio curant. Ostrearũ viuaria, Primus oĩum Sergius Orata inuenit, optimumq; saporem Lucrinis adiu dicauit. Ex Plinio & Macrobio.

¶ Licinius Murena reliquorum piscium viuaria primus instituit. Lucullus ad piscium receptacula mõtem excidit iuxta Neapolim maiore impẽdio, quã villam ædificauerat, admisso mari. Varro scribit M. Catonẽ vticensem (cum hæres testamẽto Luculli seu Lucilii esset relictus) pisces de piscina eius. 40. millibus vẽdidisse. Murenarũ viuaria excogitauit C. Hirrius, qui cœnis triumphalibus dictatoris Cæsaris sex millia murenarũ mutua appẽdit, & dedit in põdus. ¶ Vedi⁹ Pollio, cũ piscinas magno studio coleret, solebat suos suos occidere, eosq; piscib⁹ vorãdos pbere, vt hoium cruore pasti delicatores essent. ▽ Curauit & piscinas horrẽsius Orator) Murenãq; adeo dilexit, vt mortuã multos dies atrat⁹ fleuerit. ▽ Antonia Drusi Murenæ quã diligebat, inaures addidit. ▽ Cocleæ viuaria pm⁹ istituit Fuluius Hir (pinus.

¶ Pisces diuersi.

1 Ancipenser
2 Alosa
3 Attilus
4 Aurata
5 Anguilla
6 Alec
7 Aries
8 Aphya
9 Astacus
10 Acus
11 Anthia
12 Aelurus
13 Aulopa
14 Barbo
15 Bocas
16 Balena
Cammarus
17 Carpio
18 Cephalus
19 Concha
20 Congrus
21 Cybium
22 Coracinus
23 Cytharœdus
24 Cetus
25 Cyprinus
26 Channa
27 Cantharus
28 Cestreus
29 Cancer
30 Cordilla
31 Canicula
32 Coruus
33 Callionymus
34 Charace
35 Coclea
36 Clupea
37 Dactylus
38 Delphinus
39 Draco
40 Echeneis
41 Elops
42 Echinus
43 Exocœtus
44 Encraules
45 Galeus
46 Glanius
47 Gobio
48 Glaucus
49 Crus
50 Garus
51 Gerres
52 Hippocampus
53 Hircus

54 Higrophœnix
55 Iulides
56 Lampetra
57 Loligo
58 Lutariæ
59 Lupus
60 Lucerna
61 Lagnis
62 Lepus
63 Leo
64 Locusta
65 Lucius
66 Labrax
67 Mugil
68 Murena
69 Murex
70 Mustella
71 Mullus
72 Myrus
73 Merix
74 Melanurus
Mena
75 Mus araneus
76 Mus marinus
77 Musculus
78 Merula
79 Margarus
80 Melandria
81 Miluago
82 Myrinus
83 Mytulus
84 Minutal
85 Narica
86 Nautillus
87 Ostrea
88 Orca
89 Orphus
90 Orcynus
91 Orchis
92 Oxyringus
93 Otia
94 Pectunculus
95 Pelamis
96 Peloris
97 Physeter
98 Phoca
99 Polypus
100 Pristis
101 Pfitta
102 Pastinaca
103 Phagrus
104 Pauo
105 Pholis
106 Phuca
107 Pediculus
108 Porcus
109 Pardalis
110 Physallus
111 Pharus
112 Phagurus
113 Purpura
114 Pompilus
115 Pinna
116 Perna
117 Platanista
118 Pulmo
119 Passer
120 Rhombus
121 Rana
122 Raia
123 Sepia
124 Scarus
125 Sargus
126 Synodon
127 Silurus
128 Scombrus
129 Sphyrena
130 Salmo
131 Salpa
132 Solea
133 Stella
134 Scolopẽdra
135 Scorpius
Squilla
136 Simia
137 Sagitrarius
138 Spongia
139 Strombus
140 Squatina
141 Sparulus
142 Thymallus
143 Torsio
144 Trochus
145 Trissa
146 Trocta
147 Thynnus
148 Trichia
149 Triton
150 Testudo
151 Torpedo
152 Trigla
153 Voligo
154 Vitulus
155 Vettibulum
156 Vrtica
157 Vua
158 Alii plerique

SCripserunt de piscium natura Oppianus, Aristoteles, Plinius, & aliquot alii magnæ celebritatis viri, q̃ qm acute adeo & diligenter negociũ hoc attigerunt, vt nihil posteris reliquisse videantur, Vacantis esset operę multa molliri velle post illos, quorum nec vmbram quidẽ possit quisquã ptingere. Propterea satis erit nobis quædã admodum pauca decerpere, quæ notiora & maiori emolumento futura videbunt. Nam nihil indiscussum relinquere velle, illud esset retexere telam Penelopes. Dicamus ergo de piscibus, quorum nomina apud authores frequentiora sunt. Piscis Græce Ichthys dicitur, vnde Ichthyophagi populi Troglodytis vicini, qui vescũtur piscibus. Ichthyopolæ piscium venditores, qui & Cetarii vocant, Ichthyopolium forum piscalium. Capiuntur pisces, hamis, nassis, trągulis, excipulis. Qui piscantur, vocantur hamiotæ, vt faciebat Augustus animi laxandi gratia. Tranquillus scribit Neronem aureo rete piscari solitum.

¶ Piscium, alii teguntur corio & pilis, vt vituli, hippotami, Alii corio tãtum, vt Delphini. Cortice vt testudines, Silicum duricia, vt Ostreę, conchæ, Crustis, vt locustæ, Crustis & spinis, vt Echini, Squamis vt Carmio, aspera cute, vt squatina, qua lignum & ebora poliunt, molli vt Murenæ, Alii nulla, vt Polypus. Quæ pilo vestiũtur, animal pariũt. Spirant pisces, Nam & pulmonem habent, aut aliqua pulmonis loco viscera. Annotata est enim in quibusdam æstiuo calore anhelatio, & i aliis oscitatio. Interim quoq; dormiunt. Oua pariunt, quæ squamis integuntur. Coeunt plerũq; in occursu, paruo contactu, mensibus Martio, Aprili, Maio. Autũno pauci, vt Salpa & Sargus. Piscium alii sunt plani, vt Rhombi & Soleæ, aliqui longi, vt Murena, conger. Placet Aristoteli nullas esse piscibus mãmas, nec meatum vllum genitalium perspicuum sed excremẽtorum tãtum locum. Partes quoq; audiendi, odorãdi, sentiendi nullas esse perspicuas præter oculos. Sunt qui gregatim errãt more armentorum, volant aliqui, vt accipitres, hirũdines, sepiæ. Sentiunt hyemen procellosam, cuius horrore multi limo,

limo se puoluunt, alii sub petris glomeratim cõquiescũt, nõnulli ima petũt, q̃ sentiãt sũma pelagi tẽpestatib⁹ obnoxia. Redeũte vero serenitate, psiliunt, & libẽter litus, pspiciunt. Partu differũt inter se. Lupus bis anno parit, Mulus ter, Cæteri semel ac diuersis tẽporibus. Prægnãtes gaudẽt aquis dulcib⁹. In Africa tñ ferunt viuere nõnulli in feruẽti palude. Sunt qui colorẽ mutãt. Nã menæ hyeme candidæ fiunt, æstate nigriores. Mutat & Phycis reliquo tpe candida, vere varia. Amicitias inter se & inimicitias exercẽt. Inimici sunt Delphinus & Balena, Cæstres & Lupus, Murena & Cõgrus. Sunt & q̃ docilitatẽ nescio quã prę se ferunt. Nã in Lymira fonte Lyciæ ter fistula euocati veniũt ad augurium teste Plinio, Hierapoli Syriæ in lacu Veneris, ædituoq̃ vocibus parent vocati, exornati auro veniũt adulãtes, Scalpuntur, ora hiãtia manibus inserẽdis præbent. In Stabiano Cãpaniæ ad Herculis petrã Melanuri in mari panẽ abiectũ rapiũt, iidẽq; ad nullũ cibũ (in quo hamus sit) accedunt.

1 ¶ Acipenser piscis est, qui squamis ad os versis cõtra aquã nando meat. Fuit olim in magna mẽsaq̃ dignatiõe & inuẽtu rarus, vt docet Cicero i libello de Fato, apud quẽ dr Scipioni Numãtio acipenserẽ esse paucoq̃ hoium. Qd̃ ẽt docuit Plaut⁹ scribẽs. Qui mihi in mari Acipẽser latuit, cuius latus in latebras dedã meis dẽtib⁹. Martia. ad Palatinas Acipẽsera mittite mẽsas, Ambrosias ornẽt munera rara dapes. Calepin⁹ Acipẽsem legit, aitq; vtrũq; dici Acipẽsis & Acipẽser. Pli. scribit hũc piscẽ suo tpe ignobilẽ fuisse. Hũc pmus apposuit mensis Calonius præco, homo postremæ gulæ.

2 ¶ Alosa piscis est de Clupearum genere, qui alio nomine Chryssa dicit. Alosæ dicunt esse laudatissimæ in Tyberi.

3 ¶ Attilus piscis est inertia pinguescẽs. Frequẽs est in Pado, adeo vt ad mille quandoq; libras capti sunt, qui nisi iugis boum extrahi potuerunt.

4 ¶ Auratæ, pisces sunt oĩum timidissimi, qui in maris resiuxu sub littoraliũ arboq̃ radicibus se occulũt, ibiq; frõdium agitatione exterriti facile capiunt, quadã velut deditione. Eorum viuaria primus istituit Sergius Orata, inde nomen

adeptus. Martialis. Non omnis laudem pretiumq; Aurata meretur. Hic piscis nomen accepit ab auri colore. Cõmendantur Auratæ, quę sunt ex Lucrino lacu, Coeũt attritu vẽtris & oua concipiunt.

9 ¶ Anguillæ pisces sunt oblongi, volubiles & serpẽtib⁹ similes, qui piscium soli exanimes nõ fluitant. Dicuntur Anguillæ, qđ anguibus sil'es sint. Viuunt annis. 8. durant sine aqua senis diebus. Generanť scopulosq; attritu, sine coitu, sine ouo, nec est alia earũ ꝓcreatio. Frequẽs habet lacus Bęnacus authore Pli. Vescuntur limo & eduliis, figs apponat, sed plurimæ dulci humore viuunt. Gaudent aqua semper affluẽte & effluẽte, quæ nisi limpida fuerit, breui intereũt. Aestiuo tpe de lacu in piscinã trãslatæ viuere nequeũt, hyeme vero mutationẽ loci tollerant facillime. Reperiunť in Gange tam inusitata magnitudine, vt tricenos pedes ipleant. Optimæ & præpingues capiunť in Timauo lacu. Reperiuntur ẽt in limosis locis ꝓpe Syracusas, tanta multitudine, vt piscari volentibus lata adsit præda. De anguilla Iuuenalis Satyra. 5. Vos anguilla manet longę cognata colubræ. Aristo. ait Anguillam neq; marẽ esse, neq; fœminam.

6 ¶ Alec piscis est, qui sola aqua nutriť. Martia. Cui portat, gaudẽs ancilla paropside gaudẽs Alecẽ, sed quã ꝓtinus illa voret. Diminutiuũ est alecula. Colu. lib. 9. Datur Cammarus, & riualis alecula, vel siqua sunt incremẽti parui fluuioꝝ aĩalia. Capitur ẽt alec pro salso liquamine. Martialis lib. 3. Capparin & putri cepas alece natantes.

7 ¶ Aries piscis est, qui grassatur vt latro, & grãdiũ nauium in solo stantium occultus vmbra expectat, siquẽ nandi voluptas inuiret, raptamq; prædam adnatãs mergit.

8 ¶ Aphyæ pisciculi sunt, qui ex aqua & pluuia procreãtur. Aphya in ignem, Prouerbium est de rebus, quę celeriter iereunt & absumunť, vel quę statim conficiũtur. Nã aphya piscis admotus ígni protinus decoquitur.

9 ¶ Astacus piscis est, qui si longius a mari exportatus dimittatur, ad eundẽ irrepit locũ vbi captus fuerat.

10 ¶ Acus piscis est gracilis iustũ vteri tps non expectans, sed abrũpẽs vterũ & matrẽ interimens. Pariũt enim Aci cõfecto vẽtre, multitudie part⁹ exigui ꝓtii, Græce dicunť Belones. De his Martia. li. 10. Et sati⁹ tenues ducere credis Acos.

11 ¶ Anthia piscis est frequẽs apud Chelidonias insulas. Celeriter capitur, paruo nauigio, & cõcolori veste, eadẽq; hora per aliquot dies continuos piscator enauigat certo spatio, escãq; ꝓlicit. Solus hic mꝰtos dies ad piscatores accedit in comitatus, Postremo greges inumeros adducit, quos si inuolauerit Hamiota, parcit ductori. Prętera Anthię cũ vnũ hamo teneri viderint, spinis (quas in dorso serratas hũt) lineã secare traduntť, ea qua teneť extẽdente, vt ꝓcidi possit.

12 ¶ Aeluri pisces sunt, quorum oculi ad vices Lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

13 ¶ Aulopa piscis est magnitudine ingentis Thynni, ceruice firmissima, oculis patẽtibus atq; amplis, dorso cœruleo, vẽtre albente, corpore linea aurei coloris discriminato, quæ a vertice ad caudam desinit.

14 ¶ Barbo piscis est, geminam habens barbam in labro inferiore. Alio nomine vocatur mulus. Vnde & Cicero in paradoxis mulos vocat barbatulos.

15 ¶ Bocas piscis est, vocẽ quãdã mugitui simile reddẽs.

16 ¶ Balena piscis est oium maximus, q partũ lacte nutrit. Spirat nõ brãchiis, sed fistula quadã, In fronte gerit ora, Fertur summa aqua, Hebetať sensibus ob corpis molẽ. Propterea duce idiget, q plõg⁹ & alb⁹, & capite ꝓcero, angusta cauda præit, extremaq; balenã cõtingit, & tanq; remone ad eã regendam vtiť. Sole ardente balena interdum exit ad litus, & prostrata dormit in arena. Reperiuntur balenæ in mari indico quaternum iugerum, & elephantis quintuplo maiores. Sunt & prægrandes in mari Britanico Iuuenalis Satyra. 10. Quãtum delphinis balena Britanica maior. Balenis infestæ sunt Orcæ, repertosq; earũ vitulos morsu lacerant.

¶ Camarus piscis est vilissim⁹ quẽ Columella iubet conici in piscinas ad nutriẽdos maiores pisces, de quo Martia. Cõcolor in nostra cammare lance rubes. Iuuenalis Satyra. 5. Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo.

17 ℂ Carpio piſcis eſt nobis frequẽs, & in Benaco laudabilis.

18 ℂ Cephalus ẽt nomen eſt piſcis. Ambroſius. Ille ſinus maris Cephalos alit, lupos ille. Ille ſaxatiles. Sordidi ſunt Cephali. Summo pelago qñq; vrinãtes ſeſe abluunt. Oua eorum nõ attingunt, vnde & numeroſi ſunt. Cũ adoleuerũt, corripiunt a ceteris, Marini flumineis præſtant.

19 ℂ Concha eſt de genere cancrorꝝ. Conchæ & Oſtrea dicũtur piſces teſtæ firmioris. Et teſtæ ipſæ duriores vocant Cõchæ. Ouidius. Oſtreaq; & conchis ruta fuere ſuis. Columella. Implicitus conchæ limax. Conchis optimis abundãt lucrinis, Bibada indiæ inſula, & mare rubrum.

20 ℂ Congrus ſeu conger etiam genus eſt piſcis, quẽ inter ſaxatiles ponit Plinius. Similis eſt anguillæ, duriore tũ carne & ſapore inferior. Grillum Nicander vocauit.

21 ℂ Cybium piſcis eſt ita ſciſſus, vt medium pateat æque in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum.

22 ℂ Coracini piſces ſunt Nilo peculiares. Martialis. Princeps Niliacis raperis Coracine macellis, Pelleæ prior eſt gloria nulla gulæ. Coracinus oculos frequenter mouet.

23 ℂ Citharœdus piſcis eſt, qui a cauda ad verticẽ lineas habet inſtar neruorum muſici inſtrumenti diſtentas. Vnde nomen accepit. Frequens eſt in mari rubro.

24 ℂ Cetus piſcis eſt maximus in Atlantico mari. Ambroſius. Virtute mitigauit mare, Diſciplina Cetos ſtrauit. Plinius ſcribit, Cetos ſexcẽtorꝝ pedũ longitudinis, & trecẽtorꝝ latitudinis intraſſe in flumen Arabiæ, Sunt enim tantæ magnitudinis, vt ſi aquis ſupernatent, inſulæ videantur. Dicimus ẽt cete in neutro genere & plurali numero. Statius libro. 1. Achil. Armigeri Tritones eunt, ſcopulosq; cete. Cetarii dicuntur maiorũ piſcium venditores.

25 ℂ Cyprinꝰ piſcis ẽ fluuitialis palatũ hñs carnoſuꝫ, p lingua.

26 ℂ Channa piſcis eſt mollis carnis. Hyatulá Gaza cõuertit.

27 ℂ Cantharus piſcis eſt Zalotypus, qui pro conſorte ad internicionem cum ſuo genere pugnat.

28 ℂ Ceſtreus piſcis eſt, qui reliquis mutua deuoratione victi tantibus ſolus ab alioꝝ carnibus abſtinet, ideoq; non capit eſca, ſed in limũ abdit ſeſe, quo ibidem paſcit. Vbi vero in metu caput occuluit, arbitratur totum corpus eſſe tutum. Nõnulli ferunt hunc piſcem deuorari a Congro, vt Cõgrũ a murena. Theodorus Gaza mugilem fecit latine.

29 ℂ Cancri piſces ſunt multipedes & præpoſtere gradientes, vt Calẽtius in Croaco ſequẽtibꝰ verbis graphice deſcribit.

Illis dena pedum veſtigia, denaq; in arcus
Crura recuruantur, laterumq; a margine ludunt.
Ambiguumq; iter eſt, & deuius vſus eundi,
Inq; humeris erecti oculi, ceruicibus vllis
Non hærent capita alta, latent ſub pectore dentes.
Monſtrum ingens, quo non aliud natura crearat
Deterius, viſuq; horrendum & morſibus audax.
A dextra læuaq; gradum nituntur, & æquo
Per terras auidi atq; vndas diſcrimine currunt.
Et dirum gemina minitantur forpice bellum,
Faucibus armati, & curua teſtudine tecti.
Reperiuntur in Phœnicia litorales cancti tantæ velocitatis, vt comprehendi nequeant.

30 ℂ Cordillæ piſculi ſunt, de quibꝰ Martialis lib. 3. Ne nigrã cito raptus in culinã Cordillas madida tegas papyro,

31 ℂ Canicula piſcis eſt fœtus ſuos a partu natãtes deuorans, vt eos ab omni iniuria tueatur.

32 ℂ Coruus piſcis marinus fuluus eſt, e ſtagno nigricãs, Alga veſcitur & bis parit in anno.

33 ℂ Calliony mus piſcis habet multum fellis in dextro latere, in ſiniſtro vero iecur.

34 ℂ Charace piſcis pinnas habet vtrinq; maximas. Caudam auri fulgore purpureis diſſectam lineis.

35 ℂ Cocleæ tam aquatiles quã terreſtres exerunt ſe domicilio, binaq; ſeu cornua protendunt, cõtrahuntq;, Oculis carent, ideo corniculis prætentant iter.

36 ℂ Clupea piſciculus eſt, q venã quandã in ſyluri faucibꝰ mira cupidine appetẽs, Sylurum ipſum morſu exanimat.

37 ℂ Dactylus piſcis eſt e genere cõcharum ab humanorum vnguium ſimilitudine appellatus. Remoto in tenebris lu-

mine, alio fulgore claret, lucet in ore madentium, in ma-
nibus, in solo & veste, decidentibus guttis, vt ēt natura illa
videatur esse in succo, quem habet in corpore.

38 ¶Delphini pisces sunt puerulorꝫ amatores. Fœmina mu-
lieris instar habet vbera, quibꝰ copioso lacte mares pascit.
Parui vna gregatim natāt. Parētes fœtus comitantꝰ ēt adul
tos. Cito adolescūt. Decem annis ad summā pueniunt ma-
gnitudinē, Agūt vere cōiugia. Pariūt catulos decimo men
se, & æstiuo tēpore. Viuunt annis. 30. In terrā qñq; erūpunt
incerta de causa, & statim tellure tacta moriunt. Linguā ha
bent cōtra naturā aquatiliū, mobilē, breuē & latā, nō diffe-
rentē suillæ. Hoiem amāt, arte musica mulcentꝰ. Pro voce
gemitū edunt humano similē. Dorsum habēt repandū, &
rostrū simū, vnde & Simonis noie gaudēt. Obuiā naugiis
veniunt, alludūt ēt & q̄is plena prætereūt vela. Nullū est
animal, quod celeritate nō excellant. Paruos semp aliquis
grādior natu comitatꝰ, vt custos. Plinius ait visos esse, q de-
functū portarēt ne laceraretꝰ a belluis. Siqs eoꝝ captus fue
rit, cæteri adnatāt, supplicantū specie captum reposcentes.
Varia sunt apud Plinīū exempla de eoꝝ amore in pueros.
De delphinis Oui. li. 3. Meta. Falcata nouissima cauda est.
Qualia dimidia sumantꝰ cornua Lunæ. Vndiq; dant saltus,
multaq; aspgine rorā, Emerguntq; iterum, redeuntq; sub
æquora rursus, Inq; chori ludunt speciē lasciuaq; iactāt Cor
pora, & acceptum patulis mare naribus efflant.

39 ¶Draco marinus, caput & oculos habet ad similitudineꝫ
terrestris, reliquū corpꝰ, vt cæteri pisces. Squamas habet p-
duras, aculeosq; solo tactu venenū relinquētes. Apprehen-
sus dextra manu renitiē. Correptus vero læua obsequiē.

40 ¶Echæneis pisciculus est, qui naues qualibet impetuoso
vento cōcitatas, adhærens retinet. Plinius est (inqt) paruus
admodum piscis, petris assuetus. Echænis appellatus. Hoc
carinis adhærente naues tardius ire creduntur. Inde. Latini
Remoram vocant & remiliginem. Lucanus libro. 6, Non
puppim retinēs Euro tendēte rudētes, In mediis Echæneis
aquis, oculiq; draconū. Fertur hic piscis fluxū grauidarum

vtero sistere, partusq; ad puerperium continere.

41 ¶Elops piscis iter raras delicias quōdā hitus est. Alio noie
acipenser dr. Plinius cōmendat Elopē Rhodiū. De Elope
sic scribit Aelianus. Elopē quidā existimāt esse, quē Home
rus piscē sacrū appellauit, inuentu rarꝫ, nec nisi in mari Pā-
phylio. Captus trahit magno acclamantū plausu.

42 ¶Echini pisces habent pro pedibus spinas. Ingredi est his
i orbē volui. Propterea detritis sępe aculeis iueniunt. Ora
habēt in medio corpore in terrā versa. Oua amara numero
quina. Sæuitiā maris præsagiunt, ac propterea correptis se
muniunt lapillis, & calculū arripiūt, ne fluctibus excutian-
tur. Oua habēt plenilunijs hyeme. Frequentes sunt Echini
apud Misenum promontoriū. Horatius. Miseno oriuntur
Echini. Captū Echinum si concerpseris in frusta, & in ma-
re pieceris, paulopost partes cōuenire ac reuiuiscere aiūt.

43 ¶Exocœtꝰ piscis ē i siccū sōni cā exiens. Hūc hēt Arcadia.

44 ¶Enecraules pisces sunt minutissimi, albo colore p̄da cete-
rorum, qui turmatim conglobatimq; adeo feruntur, vt sca
pha aut remis vrgentibus dissociari nequeant.

45 ¶Galeus piscis est, qui pastinacam pisceꝫ venenatum pro-
sequitur, Authore Plinio.

46 ¶Glanu pisces sunt quorum frequentia Glanio Cumaruꝫ
fluuio nomen imposuit.

47 ¶Gobio piscis est præstantis saporis, & parui nutrimenti.
Albus præstat nigro, Laudatissimis olim mensis adhibeba
tur. De hoc Iuuenalis Satyra vndecima. Nec cupias mulū,
cū sit tibi Gobio tantum. Dicimus & Gobius. Mar. In Vene
tis sint lauta licet conuiuia ter is, Principium cœnæ Gobiꝰ
esse solet. Gobiones arena gaudent. Gregatim degunt, vn-
de & inter pisces gregales numerantur.

48 ¶Glaucus piscis est, qui tāta in sobolē charitate teneri dicī
tur, vt paruos fœtus nunq; deserat, prestoq; adsit eis contra
noxia. In piculis solidos deuorat, deinde reuomit. Aristo-
teles eū ponit in genere serratorum & carmiuororum.

49 ¶Grues pisces fi equētes sunt i Corynthio pelago, magni
tudine pedū. 15. Os & ceruicem habent grui alitī simile,

& squamas instar pennarum eius. Sunt graciles & prolixæ subsultimq; natant. Fœmineę libidine accensę maribus blandiuntur, eosq; salientes non patiunt. Hinc genitura i aquas decidente ex mari velut parente procreantur.

50 ¶ Garus piscis est, cuius fel recens & inueteratum vino auribus vtilissimum est, authore Plinio.

51 ¶ Gerres pisces sunt vilissimi & salsi ex genere locustarum. Martialis li. 3. Teq; iuuant Gerres, & pelle Melandria cana

52 ¶ Hippocãpus piscis est, cuius ventrem siquis ex aceto & melle hauserit, cõtra canis rabiosi morsum auxiliũ sentiet.

53 ¶ Hirci pisces sunt í Cyrenaico & Sardoo mari oberrantes cũ Delphinis. Mares alba vitta frõtẽ hẽnt redimitã. Fœminæ vero sunt cristatæ, vt galli gallinacei. Rapacissimi sunt, vt q hoies nauigiaq; iuolẽt. Spũ graui & vehemẽti q̃ odore velut instrumẽto ad cęteroꝝ p̃dã vtunt. Vitulos marios insectant maxime, quos proflatu pinde ac iaculo expugnãt

54 ¶ Higrophœnix piscis est in mari rubro, magnitudine lacertorum, ore semper hianti & oculis viridantibus, zonis distinctus binis altera a branchijs ad caudam aurea, altera argentea medium corpus intercidente. Maculis deide iter cusantibus cœruleis.

55 ¶ Lulides pisces sunt saxatiles, & morsu venenato.

56 ¶ Lampetra piscis est a lãbendis petris nomen adeptus.

57 ¶ Loligo piscis est, qui extra aquam sese offerens volitat. Caput habet inter pedes & vẽtrẽ, & cruorẽ nigrum instar atramenti. Vnde Horatius. Hic nigrę succus loliginis.

58 ¶ Lutariæ dicuntur testudines, quæ in dulci aqua viuunt, Has Græci Emydas vocant.

59 ¶ Lupus piscis marinus dictus est a voracitate, & quod solus natet, Lenis est & mollis, Cancros marinos insectat maxime. Habet nescio quem lapidem in capite. Fluuialis potior est marino. Prestãtissimi saporis capit̃ in Tyberi fluuio inter duos pontes, authore Plinio. De hoc Martialis lib. 9. Appetitur posito vilis oliua lupo. Idem. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cũ sale pastus aquas. Hic piscis rete circũdatus arenas arat cauda, atq; ita

conditus euadit. Cum hæsit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera donec excidãt insidiæ. Lupus & Mugil mutuo flagrãt odio. Plinius ait Lupoꝝ laudatissimos eẽ, q appellantur Lanati, a candore molliciaq; carnis.

60 ¶ Lucerna piscis est, qui lingua ignea per os exerta serenis noctibus lucet, eodem Plinio teste.

61 ¶ Lagnis piscis ẽ sobolis amãtissim⁹. Nã vbi fœmia enixa est, mas curat cões fœtus, tutaturq; ab isidiis, atq; ẽt hamũ deuorat. Silis est ꝑpe Siluro. Frequẽs reperit̃ apud Mæandrũ & Lycũ Asiæ, itemq; apud Strymonẽ Europæ fluuios.

62 ¶ Lepus marinus gignit̃ in limo vna cũ Aphyis, quibuscũ aliqñ capitur. In magno mari reperit̃ oia similis terrestris, ꝑter villos, quos aculeatos & erectos habet. Natat in summa aqua. Velocissimus est, ac propterea difficilis captu, nec vnq̃ ad nassas aut hamos accedit. Siquis eum attigerit aut manu aut baculo (dũ in morbo est) animi defectũ incurret.

63 ¶ Leo piscis tegit̃ concha Carabo similis, prẽterquã quod gracilior est. Eius brachia cancris similia sunt.

64 ¶ Locustæ pisces sunt polypis inimici & murenis, q obliqs cornib⁹, pcedũt in metu. Gignunt̃ in limo sꝫ diuerso. In cœnoso Ostrea, in arenoso cõchę, Incolę Casii mõtis cõtra terrestres Locustas Iouis auxiliũ iplorãt. Thessali Illyrii, & Lẽnii ab his ẽt ifestant̃. Magnesii & Ephesii ordine militari in eas ꝑcedũt. In mari Indico Locustæ aquatiles quaterna implent cubita. Sunt in India ternũ pedũ longitudinis, crurib⁹ & femoribus ferraꝝ Vsum præbentes, cum inaruerunt.

65 ¶ Lucius piscis est denticulatus. De quo Ausonius. Lucius obscuras vlua cœnoq; lacunas Obsidet.

66 ¶ Labrax piscis est lato oris rictu, qui escã totã vna cũ ære faucibus corripit, atq; ob id facile capitur. Prægrandes aũt Labraces apud Miletum Asiæ ciuitatem esse dicunt̃. Vnde adagium. Labrax Milesius. In auidum & voracem.

67 ¶ Mugil piscis est capitosus, omnium (qui squamis integũtur) velocissimus, adeo vt trãsuersa nauigia interim supernatet. Ridetur eius natura, quod abscondito in metu capite, totum se occultari putet. Coitus tempore, marem lineę

alligatum & in mare proiectū fœminę sequunt ad litus, & mares fœminā partus tpe. Bellum habēt Mugiles cū lupis. Sciunt esse in esca hamū, insidiasq; nō ignorāt. Auiditas tñ tanta est, vt cauda verberando excutiant cibos. De mugile Lippius Collensis. Cum caput est rectū credo mea mēbra latere, Per Venerem prędam fœmina virq; sumes.

68 ¶ Murena piscis est longitudine anguillæ. Parit quocunq; tpe, eiusq; oua citissime crescūt. Vocātur a Latinis fluię, qđ in superficie aquæ fluāt, & supnatent. Cū in summis aquis apricātur, sole torrefactæ amplius se curuare aut aquis mergere nequeunt. Vnde Martialis. Quæ natat in Siculo grandis Murena ꝓfundo, Nō valet exustā mergere sole cutem. Fuit olim Murena in tantis deliciis, vt nomen Liciniorum familiæ dederit teste Varrone, & mortua defleta sit in piscina, & alia inaures ab Antonia Drusi meruerit. Principatum obtinet in Sicilia, vbi præ pinguedine in summum pelagus erūpit. Habet ēt delicatā vrbs Hispaniæ Thartessus nomie, adeo vt inter cibos electiles numerata sit authore Gellio. Muręnis infestissima est ferularū natura, hamū deuorant, admonentq; dentibus lineas, atq; ita erodunt. Licinius Macer apud Plin. ait eas fœminei tñ sexu esse, & concipere e serpētibus, & ob id fibilo a piscatoribus euocari, A iam habent i cauda, qua pcussa exanimant, verū ictu capitis raro. Laudantur inter saxatiles. Cōgros odio ꝓsequuntur.

69 ¶ Murex piscis ē marinus ex genere cōchaꝝ, qui & cōchyliū dr. Pli. Cōchylia & purpuras oēs ore atterit. Ex eius humore fit color purpureus. Vñ & ꝓ purpura solet accipi. Horatius. Te bis afro murice tinctæ vestiūt lanę, Frequēs ē hic piscis & nobilis apud Tyrū, vbi vsum purpurę prębet. Virg. lib. 4. Aenei. Tyrioq; ardebat murice læna. Muricū cinis cū oleo tumores tollit, & mammas cū melle efficaciter sanat. Latent circa canis ortū tricenis diebus. Congregant verno tpe purpuraꝝ instar, mutuoq; attritu lentorē cuiusdā cæræ saliuant. Pariunt Vere. De murice Martialis. Sanguine de nro tinctas ingrate lacernas Induis, & nō est hoc satis, esca sumus. Horatius. Murice Baiano potior lucrina Peloris.

70 ¶ Mustella piscis est Murenę similis, cui secūdas in delitiis partes nōnulli tribuūt. Sunt q hirudinē eam vocāt a similitudine palustris Hirudinis, quæ sanguinem fugit.

71 Mullus piscis ter anno parit. Maritimorū voracissimus est. Alga vescit & humano cadauere. Moriēs appet ꝰ versicolor, cū multiplici squamaꝝ rubentiū mutatiōe, Binas libras maximus nō excedit, Geminā habet barbā in labro iferiore. Hinc barbatuli mulli dicunt a Cicerone libro ad Atticū secūdo, vbi ait. Nostri aūt principes digito se cœlū putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Volater. putat mullū eū ee, quē hodie barbū dicim⁹. De Mullo Martialis lib. 2. Mullū dimidiū lupumq; totum. Idē. Spirat in aduecto, sed iam piger æquore mullus Languescit, viuum de mare, fortis erit, Fenestella ait Mullū accepisse nomen a colore molliorꝝ calciamentorꝝ. Cū expirat, versicolori squamaꝝ mutatione nitescit. Asinius Celer tpe Claudii mullū octo millibus numum emit. Mullos septētrionalis gignit Oceanus & pars occidentis ꝓxima.

72 ¶ Myrus piscis est seu serpēs maximus, cui si eruatur oculus, frontiq; hoīs appendat, ophthalmiā dicit sanare, pisci vero renasci. Ferūt præterea altero eum capi lumine, qui vi uentem nō dimiserit. Plinius & Gaza oculatā eum vocāt. Volaterranus putat eundem esse cum Lampreda.

73 ¶ Meryx piscis est, qui ruminare dicitur.

74 ¶ Melanuri pisces sunt oīum timidissimi. Nā tranqllo cœlo & mari ima pelagi petunt, seq; petris multa obductos alga cōdunt. Per brumam vero cum cęteros viderint pisces vndis agitatos & ventis profundū petere, illi tunc cofidētes superiora repetūt, iuxtaq; litus spuma tępestatis operti feruntur ad ora piscatorū incogniti. Vescuntur obuiis quibuscūq;, Ad hamum nō accedunt, capiuntur sagena.

¶ Mena piscis est colorem mutans, nam hyemali tempore candidus est, ęstiuo niger. De hoc Persi⁹ saty. 3. Menaq; quod prima nondum defecerit orca.

75 ¶ Mus araneus piscis est, qui visa orbita currus, statim vti pedicis impeditus capitur.

76 ¶Mures marini exeũt in terrã. Oua pariũt, q̃ obruunt terra, ac demũ trigesima die refodiũt, & fœt⁹ ad aquas ducũt.

77 ¶Musculus piscis est, qui iter Balenæ, oculis eius pondere superciliorꝫ obtusis, prẽnatãs dirigit, oculorumq; vice fungitur. Frequens est hic piscis in Stymphali Arcadiæ.

78 ¶Merula piscis pluribus fœminis sui generis cõgreditur, easq; in recessu petrarum abditas tanq̃ in thalamis secum cõrinet. Zelotypus esse dicitur. Puerperium & mas curat, assistendo cibumq; fœtæ ministrando.

79 ¶Margari pisces sunt rotunda specie, q̃ gregatim natant, regẽ sectãtes more apũ. Quo capto cæteri attoniti capiunt facillime in mari rubro in locis ꝓminentibus ac portuosis. Cõdũturq; i doliis salsamẽtariis donec exsiccata carne durescãt i lapidẽ aurei coloris. Reperiunt in Indico & Britanico Oceano. In terra nõ iueniũt nisi fossiles & adulterini.

80 ¶Melandria piscis est cæsis quernis assulis simillima.

81 ¶Miluago piscis est, q̃ quoties cernit extra aquã volitans, tẽpestates mutari Trebius Niger apud Plinium author est.

82 ¶Myrinum Aristoteles ait esse murenæ marem, qui generat, sed tñ hoc differre, ꝙ murena varia & infirma sit, Myrinus vnicolor & robustus, dentesq; extra os habeat.

83 ¶Mytulus piscis est in arenosis sponte proueniẽs. Nullius est saporis, sed grassitudini gingiuarũ, sordidisq; vlceribus medetur. Martialis libro. 3. Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino. Sumitur inciso Mytilus ore mihi.

84 ¶Minutal piscis est maximus, quem Apitius addito liquamine, oleo & vino condiebat. De hoc Martialis. Hinc exit varium coquo minutal.

85 ¶Narica piscis est minutulus, qui a nando nomen assumpsit. Plautus apud Festũ. Naricam bonã atq; Canitam.

86 ¶Nautillus alius piscis, dictus quod nauigantis effigiẽ habeat. A quibusdã Pompilus dicitur.

87 ¶Ostrea seu Ostreæ pisces sunt operti concha, qui nõ vulgarem in cibis gratiã habent. Sergius Orata optimũ saporem Lucrinis adiudicauit, quæ etiam cõmendat Martialis, Ebria Baiano veni modo concha lucrino. Horatius. Non

me lucrina iuuerint Conchylia. Gerardasca stagnũ est agri Volaterrani optimis Ostreis refertũ. Horati⁹ cõmẽdat quæ Circæis nascunt, vbi ait. Ostræa Circæis. Miseno oriuntur Echini. Omniũ ostrearũ, Conchyliorꝫ & cõcharũ corpora Lunari potestate augeri & rursus minui testis est Plinius.

88 ¶Orca piscis est magnitudinis miræ infestus balenis. Plin. scribit Orcæ reflatu depressum quandoq; nauigiũ fuisse & immersum in oculis suis, quam in Ostiensi portu debellauerit Claudius imperator.

89 ¶Orphus piscis est oblongus auguillæ similis.

90 ¶Orcynus piscis est, qui mira sagacitate hamum vi deorsum trahit, vt sese illidat petris, & absoluat laqueo, aut laxato vulnere prosiliat.

91 ¶Orchis piscis est rotundus & sine squamis, totusq; capite constans, & oĩum durissimus, authore Plinio.

92 ¶Oxyringus os habet prælongũ in modũ rostri, oculos fulgentes, alba supcilia, dorsum viridãs, pennas priores nigras, reliquas albas, caudã prelongã & viridem, quã aurea linea mediã discriminat. Colit ab Aegyptiis vt Crocodilus.

93 ¶Otia pisces aurem habent ventri coniunctam.

94 ¶Pectunculus piscis est de genere molliũ, extra aquã sese efferens sagittæ modo. Pectunculus Chius inter cibos electiles numerat a Gellio. Laudatissimi pectines reperiuntur Mytilenis teste Plinio, & Tarẽti dicẽte Horatio. Pectinib⁹ patulis iactat se mole Tarentũ. Mobiles sunt pectines, adeo vt plerunq; retibus exiliant & pene putentur volare.

95 ¶Pelamides appellãtur thynni, cum annuum tps excesserunt, morãtur in luto. Iuuenalis Saty. 7. Quod vocis ptiũ. succus Petasunculus & vas Pelamidũ. Horꝫ piscium copiã habẽt Alyzones populi, Reperiunt & in angustiis Byzãtii,

96 ¶Peloris piscis est de genere concharum, dictus a Peloro promontorio, vbi scater. Horatius. Murice baiano potior lucrina Peloris. Pelorides Pli. teste emolliunt aluum.

97 ¶Physeter piscis ẽ marinus inusitata magnitudie, de quo Rufus i Arati Phænomenone. Delphinos virides, & Physeteras anhelos. Hos Plinius inter belluas marinas reponit.

98 ¶ Phocæ pisces sunt, qui & mugitu boues marini dicunt. Virgilius lib. 4. Geor. Et turpes pascit sub gurgite Phocas. Ouid. lib. 1. Meta. Nunc ibi deformes ponunt sua corpora Phocæ. Hic piscis corio & pilis tegitur, Parit in terra pecudum more, & coit instar canum. In somno mugit, vnde & vituli meruit nomen. Spirat & dormit in terra.

99 ¶ Polypus piscis ē de genere molliū, a pedū multitudine nomē adeptus. Fraudulētus ē & colorē mutat. Itaq; petris adhærens plurimos pisces p̄donē nō agnoscētes cassib⁹ furtiuæ artis includit. Reddit eni colorē petrarū, in qbus delitet. Tanta est in eo voracitas, vt nec a suo qdē genere absteneat. Carabū piscē expaueścit adeo vt cōiectus in retia vbi illa fuerit, qñq; captus statim exanimet. Aestiuo tpe vsi sūt Polypi exire in agros, maritimasq; arbores fructuū auiditate scādere. Tāta est salacitate, vt effœto corpore nulla sit ei aut natādi, aut p̄dā assectādi facultas. Fœmine breuior ē vita, & facili⁹ capit. Rapaces sunt eius pedes. Vñ natū puerbiū de hoibus furacib⁹, apud Plautū, Polypi sunt, quicqd attigerūt, tenēt. Itē aliud. Polypi mentē habet. In hoiem, q moribus est versatilibus. Est ēt Polypus nariū morb⁹. Martialis lib. 12. Nasutum volo, nolo polypoſum.

100 ¶ Pristis piscis est marinus angusti corporis & longissimi. Dicit aūt Pristis ab vndaꝝ sectione. Scindunt enim fluctus mirū in modū pp tenuitatē. Pristin Græci sectionē vocant. Plinius scribit Pristes esse in mari Indico. 200. cubitorum.

101 ¶ Psitta piscis est, quem nōnulli passerem dicunt Aristoteles. Torpedo occulit sese & pastinaca, & asellus, & rana, & psitta, & squatina.

102 ¶ Pastinaca piscis est qñq; natās, interdū ēt volitās. Rostrū hēt p̄acutū & venenatū, & cui nullū fere sit remediū. Pastinacæ iecur decoctū i oleo pruritū & scabiē nō hoium mō sed & quadrupedū efficacissime sedat. Eiusdē radius adalligatus vmbilico faciles partus facit. Pinnas nō hēt. Latrocinat ex occulto trāseūtes radio, qd telū ē ei figēs. Argumētū magnæ in hoc pisce solertiæ est qd cū sit piscīū tardissimus, mugilē oium velocissimū in Vētre habere qñq; repe-

riatur. Cōtra suū ictū remedio ē cinere suo exaceto illito.

103 ¶ Phagrus nomen est piscis anguillæ similis & saxatilis.

104 ¶ Pauo piscis est Varii coloris, rubentibus lineis, e genere serratorum & solitariorum.

105 ¶ Pholis piscis ē de genere Rhomborū, qui muccore suo spumaq; cubile sibi substernit.

106 ¶ Phuca piscis culus solus piscium in alga nidificat.

107 ¶ Pediculus piscis est parasitus Delphini. Eius enim prædam & escam sectatur, quam libenter impertit, propterea pediculi pingues sunt & obesi.

108 ¶ Porcū Græci Astragoriscū vocāt. Cū capit more porcorū gruit. Appion apud Pli. maximū piscium esse tradit.

109 ¶ Pardalis piscis est similis terrestri, colore & maculis.

110 ¶ Physalus piscis est colore smaragdi, venenatus, Qui si capiatur, more pilæ aut vesicæ intumescit.

111 ¶ Phari pisces sunt, quos venerant, qui Syenem incolunt.

112 ¶ Paguri pisces integuntur crusta. More serpentū senium exuūt, renouata crusta. Vocant a Palladio Cancri marini.

113 ¶ Purpura (quā aliqui Porphyram vocant) cōchyliorum voracissima est. Linguā habet prælongā semperq; vibrantem, per quā potitur præda, quā assectatur. Eius cruori maxima dignatio in tingendis lanis præcipue si lapidis ictu cędatur. Purpurarū quædam augentur insigni magnitudine, vt quæ ad Sigæum & Lectū Idæ promōtoria gignunt. Aliæ paruæ sunt, vt in Eurippo & Caria. Marinæ magnæ sunt & scabræ. Capiunt tempore verno, cum fauos extruunt, Flos inde extrahitur specie mēbranæ candicantis, qui contritus manū inficit. Purpuræ viuūt annis septenis. Latēt sicut murices cōtra canis ortū tricenis dieb⁹. Cōgregantur in verno tpe, mutuoq; attritu lentoꝝ cuiusdā cerę saliuant. Succum (quo tinguntur lanæ) euomunt cum vita. Propterea piscatores viuas capere cōtendunt. Capiunt paruulis rarisq; cōchis, textu veluti nassis in alto iactis. Ineſt his esca, quā appetunt purpuræ, porrectisq; linguis infestāt. At illæ aculeo exstimulatæ claudūt sese, cōprimuntq; mordentes, ita pendentes auiditate sua purpuræ tolluntur.

114 ¶Pompilus concha munitur, quã connexã turbato mari natãdo gerit, nec fluctibus oppleta testa deprimat. Tráquillo resupinat carinæ mõ, acetabulis vtrinq; p remis vrens, & cartilaginẽ (quam in medio retinet) pro velis pandens. Si qñ metus beluæ inuadentiũ ingruit, repleta cõcha sub vndis sese dimittẽs latitat. Rursus vitato piculo resilit profunda petit ceu terrã oderit. Adnatat nauibus cũ aliis suæ speciei, assultãsq; circa p globat. Eadẽ ẽ fere nautili natura.

115 ¶Pinna imobilis inhæret saxis, custodemq; habet Pinnotherẽ, quo cum priuat, statim perit. Hic ei dapes suggerit, piscesq; in prædã deducit. Plinius vbi de Cancris loquitur. Pinnotheres (inqt) vocat minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriæ. Huic solertia inanibus ostrearũ testis se condere, & cum accreuerit, migrare in capaciores.

116 ¶Perna piscis est ex cõcharũ genere frequẽs circa Põtias insulas. Stãt aũt Pernæ veluti suillo crure lõgo in arena defixæ, hiãtesq; q̃ limpitudo ẽ pedali nõ min⁹ spatio. Cibũ venant, dentes in circuitu marginũ hũt pectinatim spissatos. Intus p spõdylo grãdis caro est. Authore Plinio. lib. 32.

117 ¶Platanistæ rostrum habent & caudã Delphini. Reperiũtur in Gange Indiæ magnitudine. 15. cubitorum.

118 ¶Pulmones marini in Pelago diẽq; hyemem portendũt. Montiũ item sonitus, nemorumq; mugitus p̃dicunt. Eorũ cineres adalligati, p fluuia purgant. Pulmonibus si cõfricet lignũ, ardere videt, adeo vt facula ita præluceat.

119 ¶Passer planus est, nomen traxit a passere auicula. Optimus in cibis iudicat. Passer & Rhombus situ tm̃ corporũ differunt. Dexter resupinatus est illis, Passeri læuus.

120 ¶Rhombus piscis est planus, in deliciis quondã habitus Laudatissimus fuit Rauennæ. De hoc Martialis. Quãuis lata gerat patella Rhombum, Rhombus latior est tamen patella. Commendatur etiam Adriaticus. Iuuenalis satyra quarta. Incidit Adriaci spatiũ admirabile Rhombi. Est etiã Rhombus instrumẽtũ incantatorum, quo fila torquebant, vt apud Martialem lib. 9. Quæ nunc Thessalico lunam deducere Rhombo.

¶Rana

¶Rana piscis est notissimus lato ventre, cæruleis variegatus maculis. Græce Vathracos dicitur. Ranarum terrestriũ quædam in vepribus tantum viuunt, dicunturq; rubetæ, quibus in terra & in humore vita est. Aquatiles coeũt noctu extra aquam mare fœminam inuitante. Hydrum maxime reformidant, quo accedente clamore se glomerant & aduersus eunt turmatim. Earum coaxatio solito maior pluuiam portendit. In Seripho insula mutæ sunt. Hinc adagium. Rana Seriphia, In elingues. Theophrastus aquarũ eius regionis frigiditati hoc tribuit. Ranæ insidiantur apibus aquatilibus, nec earum ictu sentiunt. Prima lingua eis cohæret, intima absoluta a gutture, qua vocem mittunt. Rana quæ ab argumẽto piscatrix dicitur, setas habet quasdam a cilijs extantes ac prolixas, quarum adminiculis natura monstrante struit insidias, latitãs in limosis, auiisq; locis. Frontem cum setis videdam loco escæ pisciculis porrigit, illi accurrentes decepti; ac paulatim in arctum deducti ab ea rapiũtur. De eius vsu in medicinis, vide Plinium.

121 ¶Eodem fere modo Raia pisciculos agit in prædam, Cartilaginem habet pro spina, authore Plinio.

123 ¶Sepia venenoso ẽ morsu. Quũ videt insidias parari sibi, effuso atramẽto (qd̃ habet p sanguine) sese abscõdit. Persius. Nigra qd̃ fusa vanescat Sepia Lympha. Sepiæ mares varij sunt & nigriores, pstantiæq; maiores. Percussæ tridẽte fœminæ auxiliant. At fœmina icto mare fugit. Sepiæ atramẽto tanta vis est, vt in lucerna addito, Aethiopes videri ablato prius lumine tradat. Anaxilaus apud Plinium.

124 ¶Scarus piscium solus natando vescitur & ruminat. Hunc piscem e Carpatio mari primus aduexit Optatus heliperius, præfectus classis sub Claudio principe, & inter Ostiẽsem & Cãpaniæ oram disseminauit. Fuit quondam in honore mensarum. Aelianus hunc fallacissimum piscem esse testatur, Veneriq; gratia in prædam agi, fœminas eius generis per littus ductas. De Scaro Opianus inquit. Hic Scarus saxa frequentat. Quin mites inter pisces clamore tremendo intonat, & solus pallentes ruminat herbas. Mar-

tialis libro quinto. Nãq; quis nescit auidum vorata decipi Scarum musca? Hic piscis incluſus naſſis nõ fronte erũpit, nec infestis viminibus caput inserit, sed aduersus caudæ ictũ bus crebris laxat fores, atq; retrorsum ita erumpit, quẽ lu ctatum eius si forte alius Scarus extrinsecus videat, appre hensa mordicus cauda nixum iuuat erumpẽtis. Tranquillus scribit Scarorum iocinora fuisse in patina Vitellij inter lau tiores ciborũ primitias. In hac (inquit) Scarorũ iocinora, fasianorũ & pauonum cerebella, linguas phœnicopterũ, murenarum lactes, a Carpathio vsq; fretoq; Hispaniæ per nauarcos actiremes commiscuit. Quod autem iocinora Scarorũ & viscera iucundioris sint saporis, docet Martialis in xeniis, vbi ait. Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis, Visceribus bon⁹ est, cætera vile sapit. Quintilian⁹ ait Scarum nõ capi in nostro mari. At eũdẽ capi in Siculo do cet Petronius arbiter dicẽs. Ingeniosa gula est, Siculo Sca rus æquore mersus. Ad mẽsam viuus perducitur. Hẽc etiã Scaros Carpatium mare. Vnde Orat. Non me lucrina iuue rint cõchylia, Magis ve Rhombus aut Scari, Si quos Eois intonata fluctibus Hyems ad hoc vertat mare. Eois fluctibus dixit ꝓpter mare Carpathium quod est in Oriente.

121 ¶ Sargus mullum semper comitatur, antris inhabitat. Ex animalibus maxime capris solicitatur. Prodest eius caro contra Presteris morsum.

126 ¶ Synodon piscis est sociabilis, Carne vescitur, & mollia appetit. Euenit huic & hyatule, vt (quum pisces minores insectãtur) venter procidat, quod is ori coniunctus sit.

127 ¶ Silurus tãta est in prolem charitate, vt absumpta fœmi na mas oua seruet, sæpeq; vna capitur, dum filius captos subsequitur. Peculiaris est Nilo, quãquam & in Danubio reperiatur. Ambrosius. Captus est Silurus & inutilis prẽda detecta est. Idem. Et Silurum qui minorum piscium visce ribus aluum replet. Grassatur hic piscis vbicunq; est, omne animal appetens, equos innarãtes sæpe demergens, præci pue i Meno fluuio Germaniæ, & in Danubio. Lippus Col lensis Appetit omne aial grassator dẽte Silurus, Et summa

nãtes p freta mergit equos. Iambus est i secũda pẽtametri.

128 ¶ Scombrus de genere est Thynnorum, vnde salsamenta fiũt. In aquis sulphureum præ se fert colorem. Extra aquã vero, quem & cæteri. Ab huius frequentia & multitudine Scombraria insula maris Hispani meruit nomen. Martia. Hesperius Scombri temperet oua liquor. Plini⁹ ait Scom brum laudatissimum esse in finibus Carthaginis.

129 ¶ Sphyrena (quam Gaza Malleolum conuertit) latiorem in naſſis plagam vnde prosiliat, quærit. Palatũ carnosum habet pro lingua.

130 ¶ Salmo fluuiatilis in Aquitania præfertur marino. Inue nitur in Rheno & Rhodano.

131 ¶ Salpa piscis coqui nõ potest, nisi ferula percutiatur. Re peritur apud Ebusum.

Lippus Collẽsis. Salpa obscœn⁹ ego dicor, nec decoquor vnquam Ni ferula cedens verbera multa dabis.

132 ¶ Sola plana est & lata, numeratur inter cibos lautiores. Lieni imposita medetur.

133 ¶ Stella insidiatur cõchylijs. Eius natura tanti est feruoris, vt oia contacta adurat. Paruam intus habet carnem, extra vero est duriore callo. Oẽm peragit & cõcoquit cibũ. Aiũt mala medicamẽta nocere nõ posse Stella marina vulpino sãguie illita, & affixa limini supiori, aut clauo ẽreo ianuę. ¶ Scolopendra, quam Gaza centipedem vertit, terrestri feræ similis est. Si quis eam attigerit, excitabitur ei pruri tus, perinde ac si cõtigisset vrticam. Viæ sunt inusitata ma gnitudine, capite caudaq; extãtibus per vndas in modum triremium ferri, vtentes ꝓmigio pedibus sublati, equos habẽt plurimos. Theophrastus apud Plinium scribit. Otre rietes populos a Scolopendris deletos. Porro scolopẽdrę hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamũ egerant, deinde resorbent.

135 ¶ Scorpius siccioris est carnis, bis anno parit, alga vescit. Varius est. Icesius medicus dixit stagnorũ Scorpios nigran tes esse, marinos vero fuluos. Similitudinem habet cũ scor pena, licet Aristoteles discrimen ponat.

¶ Squilla piscis est adhærens pinnæ in Lyri fluuio frequẽ tissimus. Vnde Martia. Cæruleus nos Lyris amat, quem sylua maricæ protegit, hinc squillæ maxima turba sum⁹. De hoc etiam Hora. Affertur squillas inter murena natantes, In patina porrecta. Et Plin. lib. 2. Epist. Mare non sane pretiosis piscibus abundat, soleas tamen & squillas optimas egerit. Iuuenalis saty. 5. Aspice q̃ longo distinguat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla.

136 ¶ Simia piscis, ore, & colore similis est terrestri, dorso testudineo, fuluis circa collum maculis. Pinnas autum modo pandit volanti similis.

137 ¶ Sagittarius Echini specie, oculos hẽt solidos & plixos.

138 ¶ Spongiarũ triplex est genus, Spissæ, raræ, aspere. Omnes ad saxa nascuntur, aut iuxta littus, Lutoq; aluntur. Nã captæ, limo refertæ omnes cernũntur. Imbecilliores sunt spissæ q̃ raræ quod minus alte adhærent. Spongiæ mollissimæ sunt circa Lyciam. In hellesponto asperæ, densæ circa Maleam. Alũtur etiam conchis & piscibus Intellectum inesse his apparet, quia vbi auulsorem sensere contractæ multo difficilius extrahuntur. Quod etiã fluctu pulsante faciunt. Viuũt esca, quia minutæ in his cõchæ repertæ sũt. Putrescunt in apricis locis. Ideoq; optimæ sunt in gurgitibus viuẽtibus. Fistulas habent quasdam per quas pasci existimantur. Viuunt longo tẽpore. Pessimum genus est eaꝝ, quæ Aplysiæ vocantur, quia erui non possunt.

139 ¶ Strombi e genere concharum, regem habent, quem sequuntur, quocũq; concesserit. Hunc capienti aut aspicienti, bonum omẽ portendi dicunt. Apud Bizantios Attica drachma proposita est illum expiscantibus.

140 ¶ Squatina de genere planorum, cutem habet rigidam, quapropter asperitatem ligna & eburnea poliuntur. Numeratur inter cartilaginea.

141 ¶ Sparulus piscis est exiguus & vilissimus. Martialis. Res tibi cum Rhombo est, at mihi cum Sparulo.

141 ¶ Thymallus piscis est p̃ciosus, de quo Ambrosius. Nec te (inquit) inhonoratum nostra persecutione Thymalle

dimittam, cui a flore nomẽ inoleuit, seu Ticini vada te fluminis, seu ameni Athesis vmbra nutrierit, flos es. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Cubitalis est eius magnitudo. Medius est inter Lupum & Cephalum, Naribus admotus, herbam vnde cognominatur, spirat, ad hamum non accedit.

143 ¶ Torsio similis est Delphino præterq̃ rostro. Distat & tristitia aspectus. Abest enim illa lasciuia maxime. Tamen tristis canicularum maleficentia assimulatus. Hũc gignit mare Ponticum.

144 ¶ Trochus est ingens corpore, ceruice & spina prominentibus, vt supra vndas conspiciatur, Seipsum init. Quare Theodorus Gaza eum masculo fœminam vertit.

145 ¶ Trissæ laudatissimæ reperiunt in Tyberi, Eas hodie vocari Romæ Lucias, Florentiæ Chepias, Neapoli Aiosas tradit Volaterranus. In Aegypto circa Moroæ stagnũ Trissas flebilib⁹ nũeris & melodiis esce vice deceptas expiscant.

146 ¶ Trocta piscis est voracissimus. Dentes habet continuos Captus hami lineam præcidit. Stipatus multis suæ speciei piscibus Delphino congreditur & depugnat.

147 ¶ Thynnus piscis est altero captus oculo. Quare natando partem (qua videt) terram versus applicat. Hinc adagium. Thynni more videre, quum quis obliq; aspicit. Vbi bruma deprehẽditur Thynnus, hibernat ibidem. Mox vere procedente multi vna exeunt in pontum Euxinum, ac maiores soli præeũt cæteri gregatim veluti pecudes subsequuntur connexis inter se corporibus vt mutua iuuẽtur vmbra, cõtra solis æstus. Strabo ait Thynnos miræ magnitudinis esse in Hispania, quos glande vesci prodit. Membratim cæsi ceruice & abdomine commendantur edulio recenti, cætera asseruantur sale. Præcipua (inquit Plinius) magnitudine Thynni inuenimus talenta quindecim pependisse. Eiusdem caudæ latitudinẽ duo cubita & palmum. Thynnorum captura est a Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum. Reliquo tempore latent in gurgitibus imis, nisi rem-

pore aliquo euocati aut pleniluniis. Pinguescunt interantū, vt dehiscāt. Non excedunt biennium. Thynnoscopos Budæus vocat homines e littore Thynnos speculari solitos, qui latine Thynnarij dicuntur.

148 ¶ Trichias nonnulli Sardas vocant. Istrum subeuntes non remeant. Plinius. Intrantium (inquit) pontum, soli non remeant Trichiæ.

149 ¶ Tritonem Romæ se vidisse Pausanias dicit, colore rauarum palustrium, squamoso corpore, branchiis sub auribus, naso & ore humanis, dentibus firmis, oculis glaucis, manibus digitisq; similibus concharum testis, cauda sub aluum vice pedum, vt Delphini.

150 ¶ Reperiūtur testudines marinę, & quæ in aquis dulcib⁹ viuunt, quas Lutarias appellamus. Testudo oua gignit in terra, quibus arena obrutis statim ad mare redit, Mox diebus sexaginta peractis iterum ad oua reuertitur, quæ arena refossa vt iam animata cōpetit, paulatim deducit in pelagus. Reperiunt in India, quæ cōuexū scaphæ magnitudinē æquat. Et in Taprobane insula vsum lecti domibus ligneis pbent. Chelonophagi populi testudinū superficie casas itegunt & carne vescunt. Trogiodytæ cornigeras hñt, quarum cornibus in natando, remigio se adiuuant.

151 ¶ Torpedinem si quis attigerit, morbo afficietur, a quo illa suum nomen traxit. Quo etiam modo pisces in prędā agit. Occultat enim se limo, & supra natātes facit torpere, quos emergens deuorat.

152 ¶ Trigla piscis est, qui a nostris Mullus & Barbo dicitur.

153 ¶ Voligo piscis est a volando nominatus. Aliter dicitur Loligo.

154 ¶ Vitulus marinus, qui & Phoca dicit, animal est amphibium, tam in aquis quam in terra degēs. Fœtus parit in terra, paulatimq; ad vndas assuefacit, sed non ante duodecimum diem. Breuissimus est a partu, postea tum euadit maximus, albus vētre, & dētibus frendēs. Ipse imbellis & animo degener, non tm viribus quam vastitati corporis fidit. Vescitur piscibus & humano cadauere. Vnde & piscātibus

struit insidias. Pedes habet a scapulis manibus similes modo vrsæ, pedesq; posteriores quinis discretos digitis. Nunquam percutitur fulmine. Nullum animal grauiore premitur somno. Vñ Martialis. Dormitis nimiū glires, vitulicq; marini. Iuba apud Plinium tradit vitulos marinos ternas heminas capere. Mitescūt interdum. Pilo vestiūtur. Canū modo cohærent. Nunq; plures geminis pariunt. Educāt māmis fœtū. Interficiunt difficulter, nisi capite elisо. In sōno mugiūt. Tenēt disciplinā, voceq; pariter & visu populū salutāt. Pinnis qb⁹ i mari vtunt, humi quoq; vice pedū serpūt. Aiūt dextris eoꝝ pēnis vi soporiferā iesse, sōnosq; allicere subditas capiti. eis oculi i mille colores trāseūt sicut hyenę.

155 ¶ Vertibulum piscis dicitur a testæ duricie, adhæret suæ testæ, qua contegitur, habet duo foramina exigua, quibus humorem recipit & reddit.

156 ¶ Vrtica adhæret saxis. Manum in fame depascitur, vt Polypus. Ora in medio corpore continet, & de medio saxo quasi de testa viuit. Adnatātes circa assultātesq; pisciculos corripit. Noctu vagat, noctuq; mutatur. Vescit carne. Vim habet pruritu mordacē vt terrestris vrtica, Frontis est carnosæ. Noctu pectines & Echinos pquirit. Dum admotam sibi manum sentit, colorē mutat & cōtrahit. Tacta vredinē mittit, paulumq; si fuerit interualli abscōdit. Ora ei in radices esse tradūtur. Excremēta p summa tenui fistula reddit.

157 ¶ Vua marina in vino putrefacta, iis qui inde biberint, tedium vino affert.

158 ¶ Non repetiret finem hæc historia, nec etiā vires & ingenium sufficerent, si singulorū naturas verbis conseq vellē. Nā præter fluuiatiles pisces, Plinius ponit. 176. genera animaliū in mari viuentium. Multos dedita opera misimus, quorū hæc sunt nomina, Nereides, Elephanti Rotę, Dromones, Cornutæ, Gladij, serræ, hippotami, Percæ, asselli, alopeca, box, batis, banchus, balanus, vranoscopus, cynœdi, chametrachea, glyciamerides, colycia, Pētadactylides, bales, echinophorę, cucumis, Cynopus, Cynosdexia, Erythin⁹, hippus, hippurus, halipleur⁹, mēa, merix mormyl⁹

Mystocætº, Ophidion, Ostria, Phitarus, Tyndarides, Pericides, Rhina, Sargrus, Scylla, purus, Scorpena, sciadeus, Sciena, Smyrus, scepini, smarides, Tornus, Thurianus, thessa, Tethea, vrene, bopgyrus, Orphus, Rhacinus, mormyra, Teragus, Labrus, epoda, Channe ex seipsa concipiens, Glaucus ætate nũquam apparens, Pomphilus semper naui giorum cursus comitans, Chironus in aquis nidificãs, & alia prope infinita huiusmodi nomina.

¶ Populorum diuersi mores & ritus varij.

¶ Agathyrsi populi Scythis vicini abundant auro. Capillos habent cæruleos, quos vna cum toto corpore diuersis coloribus inficiunt. Virg. libr. 4. Aene. Cretesq; Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi. Mantuanus in Apolonia. Vsq; Melanchlenos, vsq; ad pictos Agathyrsos. In cõmune cũ mulieribus coeunt. Nihil liuoris aut odij mutuo exercent.

¶ Aborigenes antiquissimi Italiæ populi vagi erant & sine laribus.

¶ Alani Scythiæ populi carne vescũtur, nec panem manducant. Semper sunt pugnaces. Vnde Luca. lib. 8. Et sequerer duros æterni Martis Alanos. Patientissimi sunt laboris, nam cẽtum millia cursu cõtinuo interdum conficiunt.

¶ Amazones Scythicæ mulieres dextras mammas nascẽtibus fœminis inurebant, ne ferendis armis essent impedimento. Masculi sexus liberos interficiebant. Imperabant sine viris. Vescebantur lacertis & testudinibus. Ambrones Galliæ populi quũ subita maris inundatiõe sedes suas amissent, animũ rapinis adiecerũt & latrocinijs. Androgynę ppli sũt in Africa vtriusq; naturę, vtrib⁹ iter se coeũtes. His thię ppli hũana carne vescũt. Bibũt ossib⁹ hũanoꝝ capitũ.

¶ Areopagitę Athenienſium magistratus iudicabant in tẽplo Martis de cęde & de statu reipu. prouidebant, idq; sub dio. Arimaspi Scythie populi vnum habent in fronte oculum, vnde & nomen traxerũt. Nam arima Scytharum lingua vnum signat, Spu vero oculum.

¶ Arymphæi populi sunt prope Riphæos montes iusti-

ciæ & ęqtatis obseruantissimi, & mira trãquillitate inter se degentes. Sedes illi nemora, alimẽta baccę, Capillus iuxta fœminis vitisq; in probro exstimat. Ab ipso natali dicunt esse calui, simisq; naribus & ingenti mento. Studiosi nõ sũt rei pecuariæ. Sub arbore quisq; cubitat. His nemo mortaliũ iniuriã facit. Sacri. n. dicunt esse, nihilq; armorum possident, Cõtrouersias finitimorum dirimunt.

¶ Aegyptij diuinarũ rerum peritissimi fuerunt, vnde Matro. Aegyptũ vocat artium matrẽ. Ab Aegyptijs Græci disciplinas oẽs mutuati sunt. Diem obseruabant a media nocte in aliam. Hominũ sunt antiqssimi. Olim gaudebãt vnguentis. Eorũ mulieres septenos quãdoq; vno edebãt partu. Serunt omni mẽse, vbicũq;, ibres ęstiui non sunt. Apud eos aliqui singula annoꝝ millia vixisse prodũtur, sed hoc intelligendũ est de annis mẽstruis, qui terminantur lunæ senio. Cępas & allium inter deos habent, Apim bouẽ colũt pro numine, & quędã animalia, vt canem, felem, accipitrẽ, Ibin, lepidotum & oxirinchum pisces. Crocodilum etiam venerantur, quem mortuum in vrnis sepeliunt. Crocodili adipe ægrotos vngunt. Brassicã non edunt. Inuẽtores fuerunt picturæ. Mortuoꝝ asseruant cadauera, vnguentis fœtorem impediẽtibus referta. Solertes fuerunt in reperiẽdis artibus, & in agnitiõe rerũ indagãda sagaces, Furta omnia ĩpune permittunt. Ventrem mortuoꝝ eximunt, vt omniũ peccatoꝝ causam. Flauius Vopiscus scribit Aegyptios esse versificatores, epigrammatarios, & ad cantilenas publicas propensos. Primo omnium Solem & Lunam deos putauerunt, Solem Osirim, Lunam Isim nuncupãtes. Idem ait Aegyptios esse vẽtosos, furibundos, iactantes, iniuriosos, & auidos rerum nouarum, Imperator Adrianus ad Seruianum cõsulem scribens dixit homines esse seditiosissimos, Vaniſſimos, & iniuriosissimos. Et Quintus Curtius eos infamat vt gẽtem vanam nouãdis quã gerẽdis rebus aptiorem. Antiquitus frequẽtissime ea obibant munia, quę nũc gerũli, & vectandis corpore oneribus quæstum faciebant. Vnde Aristophanes apud Cælium. Currus imposuit duos,

ac mortuos totidem, quos nec Aegyptij quidem tollerent, cētum. Hinc adagium. Aegyptius lateriter. Erant & admirabiles in nectēdis machinis, procliues in vinum, cui⁹ quū essent inopes, excogitauerunt potionē ex hordeo. Viginti millia vrbium habitauerunt regnāte Amasi. Frequētissime afficiunt Elephantiasi morbo propter calores & æstū. Sale abstinent, nec panibus vescūtur sale conditis. Marcellinus vocat Aegyptios genus hominū cōtrouersum, & assuetudine perplexius litigandi semper lætissimū. Subfusci sunt, atrati, gracilēti, aridi, ad singulos motus excandescētes, cōtrouersi & reposcones acerrimi. Olim apud eos mulieres, cauponabātur, & institoria obibāt munia. Viri intra domorum parietes texebāt, & operabant muliebriter. Domi vētrem exonerant, in publico vero vescunt dicentes ea quæ sunt turpia in occulto fieri debere, quæ honesta, in propatulo. Mulier neq; dei, neq; deæ vlla sacerdos est, sed viri deorū oīum & deārū. Sacerdotes derasi sunt in funeribus.

¶ Omnes capillos nutriunt, barbam tamen tondent. Vescuntur cum feris, alij frumento, alij hordeo. Viri binas vestes habēt, fœminæ singulas. Potant in poculis æneis, quæ singulis diebus purgant. Linea semper ferunt vestimenta, quotidie, frigida interdiu ter, noctu bis. Fabas neq; ferunt, neq; alibi natas comedunt. Robusta habent capita. Salubri sunt corpore aeris beneficio, qui nunquam mutatur. Panem crudis sole arefactis, partim salsugine cōditis. Cothurnicibus item, anatibus & quibusdam alijs auiculis. Minores maioribus natu cedunt, ac in via deflectunt, venienti bus sq; assurgūt e sedili. Anni rationem primi excogitarūt, de inde in portiones duodecim, quæ de lunæ senio mēsiu ncupantur, distribuerūt. Primi aras excitarunt, cōflauerunt t simulachra, & templa construxerunt. Olim vescebantur herbis, palustriq; caule, quem Agrosim vocant. Onerami næstantes vrinam egerūt, viri sedentes. Maribus nulla

necessitas alendi parentes, filiabus summa. Literas habent bifarias, sacras, & populares. In deorum cultum magno te runtur studio. Sacerdotes amiculis vtūtur lineis, calceis papyraceis. Suillum pecus detestantur adeo, vt si quis porcū attrigerit, cum indumētis omnibus in flumine abluat. Propterea subulcis interdicitur tēplis omnibus. Laneas vestes intulisse tēplo, profanū. Scelus itē, inuolutum eis cadauer condidisse. Decedente aliquo, muliebris familia caput aduultū sibi deformat luto, excurrit deinde per vrbē, ac plangit. Viri se conuerberāt nudatis pectoribus. Muliebre cadauer diutius domi asseruat, ne venerea fœditate a salinariis quibus incumbit sepultura, ingnetur. Apud eos Amasis regis edicto cogebatur quotānis vnusquisq; destinato magistratui ratiocinari, quo se foueret artificio. Quod si qs non faceret, pœna erat illi extremū supplicium. Propiētes se e lectulis solebāt sufflire corpus resina, vt aerē expurgarent disgregatione. Idē Aegyptij sic obscœnis voluptatib⁹ seruierunt, vt hircum deum appellarint, quod salacissimum sit animal ad Venerem. Author Theodoritus Cyrensis.

¶ Andabatæ populi clausis pugnant oculis.

¶ Atlātes degeneres sunt humani ritus, neq; vllo re noīum appellationē habent. Solem orientē, occidētemq; dira imprecatione conuenē, vt exitialē suis agris. Neq; insomnia visunt, qualia cæteri mortales. Nulla vescuntur animāte.

¶ Arabes mitrati degūt, aut intonso crine. Barbā abradūt præterquam in superiore labro. Duas habent æstates, ac totidem hyemes, solstitia. 4. qui sunt inter æquinoctialē & tropicum Cancri. Sagittas inficiunt veneno. Fratres filios honore anteeūt, quia maiores natu. Consanguinei oia habent cōmunia. Maximus tamen ætate in omni re precedit cæteros. Communis item vxor immovero vna omnibus. Ingressurus ad eam baculum ante fores deponit. Omnes enim baculum gestant. Eo viso reliqui congressu parcunt. Illa tamen noctes agit cum seniore. Matri coire non censetur impiū. Cōgressus cū alterius sanguinis, fœmina censet adulteriū, quod morte plectūt. In predia inimicorū lapidem

aggerãt, quo significant interituros mala morte, qui ea co
luerint, insidiis eorum qui lapides posuerunt. Abundant
balsamo. Præter cæteros mortales fidem seruant inviola
tam, Dionysium & Vraniam solos deorum esse arbitrãtur.
Quisq; permanet in patrio instituto.

¶ Agriophagi vescũtur leonum & pantherarũ carnibus.

¶ Arthabatitæ instar ferarum quadrupedum sunt vagi.

¶ Astromi Indiæ populi sunt sine ore, corpore toto hirti.
vescuntur frondiũ lanugine. Halitu tantum viuunt in odo
re, quẽ narib⁹ trahunt. Nullus illis cibis, nullus pot⁹. Tantũ
radicũ florũq; varios hñt odores & syluestriũ malor̃, quæ
secũ portant lõgiore itinere, ne desit olfact⁹. Grauiore pau
lo odore nõ difficulter exanimãtur. Plinius. 7. & Strab. li. 15.

¶ Agrigentini impendio & sumptu magnifico mensas pa
rabant & cõuiuia. Propterea Plato dicebat eos ædificare,
ac si victuri perpetuo forent, itemq; conuiuari, velut sem
per morituri. Vtebantur lechytis & Xistris argenteis, habe
bantq; lectticas totas ex ebore.

¶ Aethiopes Hesperij solebãt crines in nodum complica
re. Martialis, Atq; aliter tortis crinibus Aethiopes. Aethio
pes ipsi omnium sunt nationum serui. Viuunt sine institu
tis & legibus. Finitimorum præda sunt & cæterorum man
cipia, Parentes ipsi liberos vendunt mercatoribus, & fru
mento mutant. Pontanus de obedientia. Olim nulla in re
vtebãtur auro, quam pœnalibus carenis. Qui sunt ab ortu
solis promissos habẽt crines, q ex Africa crispissimos.

¶ Axones accolæ Axonis fluuij in finibus Remorum lon
gis vtebantur hastis. Lucanus libro primo. Longisq; leues
Axones in armis. Aruerni olim gloriabãtur se oriundos a
Troianis, ac propterea dici volebãt Romanorum fratres.
Lucanus libro primo. Aruernique ausi Latios se fingere fra
tres, Sanguine ab Iliaco populi.

¶ Aquileienses tanta fide contra Maximinum pro senatu
fuerunt, vt funes de mulierum capillis necterent, quib⁹ sa
gittas excuterent penuria neruorum.

¶ Athenienses crudelissime sæuiebãt in eos, qui a sua di-

tione defecerãt, adeo vt decreto iusserint manuũ dextræ
pollices abscindi Aeginetis quod rebellassent, ne amplius
hastã ferre possent, aut remis inter nauigandũ vti. Mityle
næos vero eãdem ob causam cũ puberibus iugulari statue
runt, & Samiorum frontes si corriperẽtur inuri stigmate.
Apud eosdem tanta fuit sepulchrorũ cura, vt peremptos
bello si qs dux honestare sepulchro neglexisset, capite ple
ctteretur. Nefas non putabãt sororem in matrimoniũ cape
re. Lanificiũ, oleũ, vini vsum, serẽdiq; frumẽta docuerunt.
Pueros statim ab initio erudiebãt, vt nãdi vsum ꝓpter bel
la naualia & literas condiscerẽt. Laborarunt tamẽ auaritiæ
nota adeo, vt prouerbium fluxerit. Atticus moriẽs porri
git manũ. Fuerunt & impudẽtissimi. Vnde Atticus aspect⁹
dedit etiã prouerbio locum. Iniuper adulatores maximi.
Publicis cõsiliis diuinos quosdã sacerdotes adhibebãt. Lu
brici erant tum ad iram tũ ad misericordiã. Suspiciones ar
ripiebãt celeriter. Laudantibus arridebãt, ad opem humil
limo cuiq; ferẽdam erãt promptissimi. Si quem mortuum
reperissent in via, sepeliebant. Nunquam immolabant bo
uem, cuius opera in curru aut aratro fuerãt vsi. Nulla pri⁹
puella tradebatur viro, q̃ sacra Dianæ obiisset. Capillorũ
cincinnis aureas addebãt cicadas. Solebant magnos ex ar
gentifodinis prouentus in plebem diuidere.

¶ Arij Germaniæ populi habebant nigra scuta, tincta cor
pora. Nigras ad prælia noctes legebant, ipsaq; formidine
atq; vmbra feralis exercitus terrorem inferebãt, nullo ho
stium sustinente nouum ac veluti infernum aspectum.

¶ Abani curam mortuorum agere nefas arbitrãtur. Cor
pore sunt prægrandi, nec inuenusto, ingenio, minime fuca
to aut subdolo. Vltra centum numerãdo non progrediun
tur. Pondera, mensuras, modum ciuilitatis & agricolatio
nis nõ norũt. Linguarum apud eos varietates sex & vigin
ti. Deos habẽt Solem, Iouem, Lunam, Sacerdos Lunæ pri
mas habet post regem. Sacris præest seruis & sacræ religio
nis. Seruorum plerique numinis afflatu vaticinantur. Præci
puum ex his sacerdos annuis epulis saginat, mox ad imo

lationem producit. Admotus aræ seipsum gladio cõfodit. Plurimus senectuti habetur honos. Præciosa cũ mortuis infodiunt, licet memminisse mortuorum habeant sceleris loco. Strabo. libro vndecimo.

¶ Apud Armenios rubẽtes quãdoq; visuntur niues, quod loca illa scateãt minio. Persicis dii immolãt, & Anaitidem colunt, eiusq; ministerio nobilitate præstantes dedicant filias, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data mox traduntur viris velut augustiores factæ. Arcubus clarẽt Armenii. Vnde Statius lib. 1. Syl. Arcuq; horrenda fugaci Armenia. Capillorum cultu luxuriãt. Claudianus. Hic mytra velatus Arabs, hic crine decoro Armenius.

¶ Ausses populi Africę capronas e frõte demisisse gaudẽt. Virgines quotãnis in honorem Mineruæ certamen edũt. Arma sunt lapides & fustes. Si qua ex ictu decesserit, falsa censetur virgo. Quæ olim præstantissime depreliata est a ceteris, armis decorata subuehitur curru per ambitũ Tritonidis paludis. Promiscuus illis cum muliere cõgressus.

¶ Afri pastores quadrimis filijs verticis venas adhibita lana succida inurebãt cõpescẽdis e capite fluctiõib⁹. Propterea iter oẽs prospera vtũtur valetudine. Afrę mulieres supposte nudas gestant capraꝝ pelles fimbriatas & rubrica litas. In Sica Africæ ciuitate matronę corpore prostituto ex passuo concubitu dotẽ sibi quærunt ex patria ꝓsuetudine.

¶ Abydenis mox fuit si quem ciuem aut hospitem conuiuio extiperẽt, vt post vnguẽtum & coronas infantes a nutricibus inducerẽtur, circũferrenturq; suauiandi.

¶ Arcades suis titulis suoq; auspicio nullum hostem vnq; superarũt, verum alijs suppetias ferebant persæpe. Eorum vetustissima est origo adeo, vt glorientur se priores fuisse luna. Seneca in Hippolyto Aut te stellifero despiciẽs polo Sydus post veteres Arcadas editum. Colebãt Pana deum pecoris. Oui. lib. 2. Fast. Pana deum pecoris veteres coluisse ferũtur Arcades, Arcadiis plurimus ille iugis.

¶ Solebant Assyrij ægrotos in viis proponere & exquirere a prætereuntibus, scirent ne remedium aliquod morbi

Coma vtebãtur non admodum magna. Defunctos melle cõdibant & cæra. Clypeos gestabant & pugiones. Clauas item ligneas ferro inductas ac lineos thoraces. Deum quẽ summum habẽt, Adad vocant, deam vero, Adargatim.

¶ Apud Atrios populos qui vel minima furantur, lapidibus obruuntur.

¶ Alexandrini fallaces fuerunt, alia semper cogitantes, alia simulantes.

¶ Adrimarchidæ virgines nupturas exhibẽt suo regi, qui pulchriorem & gratiorem sibi deuirginat.

¶ Asbytæ populi Lybie quadrigis vehuntur.

¶ Bisaltæ Scythiæ populi nutriũtur equorum sanguine permixto lacte, vt docet Virg. lib. 3. Geor. De his Claudianus. Dicite Bisaltæ, vel qui pangæa iuuencis scinditis.

¶ Bathylli populi madent vnguentis Authore Plinio.

¶ Boristhenidæ Scythiæ populi ppetuo frigore torquẽt. De his Propertius. Gloria ad hibernos lata Boristhenidas.

¶ Britãni antiquitus omnes se inficiebant glasto. Est autẽ Glastum herba similis plantagini. Propertius. Nunc etiam infectos demens imitare Britãnos, Ludis & externo tincta nitore caput. Martial. Barbara de pictis veni Bascauda Britannis. Erant olim capillis ꝓmissis, inhumani suis hospitib⁹. Hora. Visam Britãnos hospitib⁹ feros. Nullã aũt aliã ob causam se inficiebant, q̃ vt ea ratione horridiores viderẽtur hostibus. Apud eos fratres cum fratribus, & cum liberis parentes, vxores olim habebant communes. Præter vim & audaciam nullum habebant ad prælia adiumentum.

¶ Burgundiones dicti sunt, quod olim vicos habitarent, qui eorum lingua Burgi vocantur.

¶ Belgæ optime regebant currus cameratos. Lucanus. Et docilis rector monstrati Belga Couini Cæsar in commentarijs ait Belgas esse Gallorũ fortissimos, quod ad eos minime commeent mercatores, qui comportẽt, quæ ad molliciem & effœminandos animos pertinent.

¶ Bactriani horridis sunt ingeniis & a Persarum luxu abhorrentibus, authore Curtio. Senio vel morbo confectos

canibus deuorādos obiiciunt ad hoc de industria enutritis quos sepulchrales vocant. Mille quondam vrbes habitarunt. Apud eos qui pauca furātur, sputis dehonestari solent Bellicosi sunt & potentissimi.

¶ Babyloniorum mores corruptissimi fuerūt & ad irritādas voluptates aptissimi. Liberos & coniuges cum hospitibus stupro coire (modo precium flagicij daretur) parentes maritiq; permittebant. In vinū & ebrietatem maxime erant effusi. Fœminarum cōuiuia ineuntium in principio modestus erat habitus, deinde summa quæq; amicula auferebant profanato pudore. Ad vltimum opus ima corporum velamenta proijciebant, non meretrices tantum, sed matrone & viri, apud quos comitas habeb' vulgati corporis vilitas, authore Curtio, libro qnto. Duabus vtuntur tunicis, vna linea vsq; ad pedes demissa, altera super hanc lanea. Capita mitris velant, vnguentis toto corpore delibuti. Annulum signatorium singuli gestāt. Vbi virgines factę sunt nubiles, omnes vnum in locū congregāt, easq; circūsistente viroꝝ frequentia præco figillatim vendit secundū ordinem formæ & pulchritudinis. Medicis nō vtūtur. Sepulchra eisdem sunt in melle. Vbi vir & maritus coiuerūt, sub diluculum abluuntur ambo, nec vllum vas prius attingunt, quam se aqua perfuderint. author Herodotus.

¶ Bithyni conscendebant montium cacumina, ibiq; Iouem consalutabant.

¶ Bœotij rudes fuerunt & agrestes, maleq; audierunt stoliditatis nomine Horatius. Bœotum in crasso iurares aere natu. Plutarchus scribit Bœotos ab Atticis fuisse notatos tanquam brutos, stupidos, & pingues propter edacitatē.

¶ Brachmanes indorum sapientes dicebant præsentem vitam esse veluti cōceptum vitalem. Mortem vero egressum ad veram vitam. Item mūdum habere tempus initiale, tēdereq; ad interitū. Deum vniuersoꝝ opificē per cūcta meare. In philosophię cōmunionē vxores nō admittebāt. Abstinebāt ab oi carnis cibo. Subdiales agebāt & veritatē precipue amplexabant. Lineis vtebantur amiculis.

¶ Bizantij

¶ Bizantij notati sunt a Græcis vt acolasti & intemperantes, quod in venerem & vinum ferrentur præcipites, plurimum enim versabantur in caupona.

¶ Berbicæ certam ætatis metam transgressos perimunt, viros immolantes, mulieribus præfocatis.

¶ Ferunt Brutios pastores pecudibus equabusq; misceri solitos. Pontanus de Obedientia.

¶ Budini populi Scythiæ pediculos esitant. Cæsijs sunt oculis. Rei pecuariæ dant operam. Libero patri agunt trieterica & bacchanalia.

¶ Barceæ mulieres gustu vaccinę & suillę carnis abstinēt. Sūt Cimmerij ppli Scythiæ de qb⁹ Ouid.

¶ Cimmerij populi perpetua caligant obscuritate. Homerus apud Erasmū. Illic sūt populiq; & mœnia Cimmeriorū, Nubibus & cæca assidue caligine tecta. Illos haud vnquam radijs sol aspicit ardens, Nec quando astriferū curru petit arduus axem, Nec rursum ad terras magno deuectus olympo, Sed nox incumbit miseris mortalibus atra. Ouidius fingit domum somni esse in hac regiōe, vbi ait. Est ppe Cimmerios longo spelunca recessu Mons cauus, ignaui domus & penetralia somni, Quo nūquam radiis oriens mediusve, cadensve Phœbus adire potest, nebulæ caligine mixtæ Exhalātur humo, dubiæq; crepuscula lucis. De his Tibullus lib. 4. Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras, Quis nunquam candente dies apparuit ortu, seu supra terras Phœbus, seu curreret infra.

¶ Chalybes habitant iuxta Paphlagoniā in Ponto. Optimo abundant metallo. De his. Val. Flac. lib. 4. Argon. Nō ita sit metuenda tibi sæuissima quāquam Gens Chalybū, duris patiens cui cultus in aruis. Et tonat afflicta semp domus ignea massa. Idem lib. 5. Nocte sub extrema clausis telluris ab antris Peruigil auditur Chalybum labor.

¶ Casyri indorum ad Scythas versi, humanis corporib⁹ vescuntur.

¶ Campani in Italia semp superbi fuerunt bonitate agrorum & fructuum, & vrbis pulchritudine.

¶ Candei seu Ophiophagi vescuntur serpentibus, qua-

rum fertilissima est eorum regio.

¶ Cyclopes & Lestrigões hũana carne olim vescebant.

¶ Choromãdæ sunt sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.

¶ Cirni qui Corsicam incolunt, viuunt annis centenis quadragensis.

¶ In Calingis Indie gente quinquẽnes concipiũt fœminæ. Octauum vitæ annum non excedunt.

¶ Colophonij & Castabalenses pp bella cohortes canũ habuere, quæ primę dimicabant in acie nunq̃ detrectantes.

¶ Cauci septentrionales populi altos habitant tumulos, & casas nauigiis similes, a quibus quum recedit mare, fugientes cum aquis pisces circa tuguria venant. Nullas habent pecudes, neq; aluntur lacte, vt finitimi. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexẽda piscibus rhetia. Captum manibus lutum ventis magis q̃ sole siccant. Potus non nisi imbre seruato scrobibus in vestibulo domus.

¶ Chelenophagi Carmanie populi non alia quam testudinum carne viuunt.

¶ Cimbrorum mulieres amicos suos & affinitate sibi coniunctos solebant interficere, quos videbãt in bello turpi fuga salutem sibi quærere. Author Plutarchus.

¶ Cyrenæi eo deliciarum prouecti sunt, vt legum conditorem habere Platonem concupiuerint. Qui tamen illorum admiratus ignauiam, indignos duxit, quibus obsequeretur.

¶ Carthaginenses humanas hostias immolabãt Herculi. Fraudulẽti erant & mendaces, nõ genere sed natura loci. Nõ solum optimos, sed & ditissimos cẽsebant magistratibus admouẽdos. Impossibile enim putabãt eum qui egestate premeretur, recte & incorrupte magistratum gerere posse. Aetate Annibalis Carthaginẽses iaculari nesciebãt. Vnde & breuibus spiculis vtebãtur manu. author Plutarchus in Marcello. Iidẽ acerbi sũt & tristes, facile magistratibus parẽt, subditis sunt molesti, perstãt in sentẽtiis pertinaciter, ad iocos & vrbanitatem duriores, quã quos vlla

gratia mollire possis. author idẽ Plutarchus in Politicis.

¶ Cretenses ingrediebantur prælia præcinente tibicine. Author Gellius. Apud eos erãt sapiẽtes quos prophetas vocabant, qui non tantum abstinebant carnibus, sed & cõctis omnino cibis. Apud eosdẽ lata quoq; lege passim permittebãt venus masculà, amplexabantur q; pueriles amores vsq; ad stuporẽ. Author apud Cæliũ Aristoteles. Nauigandi peritia, maritimarũq; rerum vsu principatũ olim tenuerunt. Hinc natum adagiũ, quod p ironiam dici solet. Cretẽsis nescit pelagus. Masculis amoribꝰ intantũ flagrabãt, vt adamatos vi corriperẽt. Amorẽ conciliabat nõ tã forma quã roboris pstantia. Infamati sunt iprobitate, pfidia, mẽdacio, & ignauia. Liberæ ꝓditionis pueri leges mãdabãt memoriæ; mox deoꝝ hymnis animũ adijciebant.

¶ Cilices hircos habẽt villo tonsili, vnde vestes cõficiũt, quas cilicia & cilicina dicimus. Martia. li. 7. Qualẽ sorpicibus mittit supinis Tonsor Cinyphio Cilix marito. Infames fuerũt imanitatis & crudelitatis nomine, ob assiduas hospitũ deprædatiões & pyraticã, quam exercebãt. Hinc Plautus in Trinũmo. Latrocinatũ aut in Asiam, aut in Ciliciam ibit. Cilices Xersi in Græciam bellum mouenti cẽtum naues tribuerunt, teste Herodoto lib. 7.

¶ Cares populi mercede cœperunt militare, ac proinde vt viliores passim infamati sunt. Hinc adagium. Homũculus ex Caria. Canem diis imolabant. Vnde & Carica victima transiit in prouerbium de vili munusculo.

¶ Caspij parentes inclusos fame necant, quum annũ. 70. ætatis excesserũt. Si quem autem aduolantes aues vngui-bus ac rostris concerpserint, felicitatis argumentum suspicantur. Si a feris aut canibus conuellatur, non ira. Quod si a nullo attingatur, defient perinde ac infelicissimum. Strabo libro vndecimo.

¶ Coi Iunoni sacrificantes seruos a conuiuio reiiciebãt, vt sacrificarent liberius.

¶ Curetes instar mollium puellarum comam fouebãr, nec succidebant.

¶ Chalcidēses ardebant nefanda puerorum libidine. Laborabant etiam auaritiæ nota.

¶ Chaldæi vice numinis colebant ignem. Chaldæorum regio (inqt Marcellin°) est altrix philosophiæ veteris, vt memorāt ipsi, apud quos veridica vaticinādi fides eluxit.

¶ Calleci erāt sine deo & numine. Mulieres monilia gestabant ferrea, comamq; circunnectebant galericulo atri coloris superiecto.

¶ Cantabricæ mulieres oppressæ bello, filios leguntur interfecisse, ne in hostiles man° venirent. Ope rustico sūptum suū exercebāt. Puerperæ viris ipsarū vice decūbentib° administrabant. Editum infantē fluminis abluebāt ripis. Ferūt etiā Cātabros olim iuris hostiū factos & paribus affixos i tāta supplicij diritate, nihilomin° pinde ac gestātes Pœana cecinisse. Eiusdē quoq; gētis illud erat, vt viri vxorib° nūeratēt dotē, filiasq; ex asse hæredes ostituerēt.

¶ Carmanis fuit peculiare, vt pcussa faciei vena profluēte inde cruorem vino permiscerent, propinarentq;, amicitiæ finem statuētes sanguinem gustasse mutuum. Mox vero vnguentis caput collinere, repercutiēdis vini exhalatiōibus. Apud eosdem nemini licebat vxorem ducere, nisi prius caput occisi hostis ad regem detulisset. Rex aūt interfectorū caluarias in regia locabat. Linguas vero faucibus exertas & minutatim concisas, paneq; permixtas illis porrigebat degustādas, q attulissent, author Strabo.

¶ Chij calentes mero quum Spartā venissent, itassentq; ad curiam Ephororum, in curulibus magistratuum cellis, ventris onera per summam fœditatem deiecerunt. Hinc natum adagium. Chius omnia percacans.

¶ Cercyræis populis quoniam crebris seditionibus agitabātur moris erat gestare flagra ingentia ansis eburneis exornata.

¶ Crotoniatæ erant egregij athletæ adeo vt in palestra victoriam sæpenumero reportarent.

¶ Cercopes populi fuerunt in Epheso notæ fraudulētiæ, qui conati sunt ipsi etiam Ioui imponere. Hinc adagium.

Cercopum cœtus, de improborum conuentu.

¶ Calabri quum pyris abundent, consueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos bellatiorum vice domum auferre iubent, Horatio teste.

¶ Apud Crestones populos singuli plures habent vxores. Quum autem vir aliquis moritur, tunc oritur magna disceptatio inter fœminas, quænam illū charius adamaret viuentem. Id vbi compertum est, quæ beniuolētiæ & amoris palmam meruit, ad mortui tumulū ducitur exornata, ibiq; a propinquis mactatur & humatur cum viro.

¶ Cilij populi vicini Persis pro pileis mitram ferunt.

¶ Cyziceni notati sunt timidatis & molliciei.

¶ Cadurci populi Galliæ in tomētis culcitrarum ex suo lino palmam obtinuerunt.

¶ Apud Dacos & Sarmatas ipsi etiā mares corpora sua succis herbarum linunt.

¶ Derbices delicta omnia etiam minima vltimo digna supplicio censent. Tellurem deam agnoscūt. Rebus diuinis nullam adhibent fœminam, sed nec in mēsam admittunt. Septuagenario grādiores iugulāt aduocato ad epulas proximo quoq;. Vetularum carnibus nō vescūtur, sed prefocatas modo cōdunt. Si cui fatalis dies aduenerit ante metam præstitutam, sepeliunt. Strabo libro. 11.

¶ Dardani sub Illyride populi ter tantum in vita balneis operā dabant. De Dardanis in hunc modū meminit Strabo lib. 7. Dardani (inqt) natio prius agrestis, adeo vt sub imo spelūcas defossas incolāt, degantq;. Studio tñ capti musicæ, tibias & fides, & id genus instrumēta vsurpāt.

¶ Apud Danos fœminæ pleræq; formam suam in virilē habitum commutātes militiam adibant, omnesq; perosæ delitias corpus & animum patientia ac labore solebāt durare, totamq; fœmineæ leuitatis molliciem abdicātes, virilem exercere sæuitiam. Bella pro basijs intētabant, manus telorum nō telarum obsequiis exhibebant. Author Saxo Grammaticus, libro septimo.

¶ Essedones Scytharum Asiaticorū populi solent parem

tum funera cantu prosequi,& cõuocatis vicinis cadauera ipsa aliis carnibus admixtis absumere,& ex ossib⁹ capitũ cõficere sibi pocula. Apud eos quoties pater alicui decessit,oẽs eius ꝓpinqui pecora adducũt,cõciduntq;,& mortuũ aliis cõmixtũ carnibus ei exhibent,a quo inuitati sũt ad conuiuiũ. Caput tñ defuncti denudatũ,purgatũq; inaurant,eoq; pro simulachro vtuntur,& quotannis cerimonias eidẽ faciunt. Iustitiam obseruant diligẽtissime. Vxores æque fortes sunt ac viri. Authores Herodotus in Melpomene,& Mela Pomponius sub principiũ secũdi libri.

¶ Essei iudæorum populi abstinebant vino,carnibus & vxoribus. Ieiuniis ita assueuerunt,vt ipsa in naturam verterint. Apud eos ꝓprium nemo aliquid possidet. Omnibus in medio positis cõmuniter vtuntur. Habitant simul & conueniunt quasi sodales. Quumq; pro communi vtilitate faciãt oĩa,alia aliorum negocia sunt,quæ certatim peragunt,nõ frigus,nõ calorem,nõ aliquam mutationẽ aeris formidãtes. Quum a laboribus mercedẽ ceperunt, apud quæstorem deponunt. Is omnia diligenter ꝓcurat, quibus egent. Pleriq; ex his nullas ciuitates colunt, neq; seruos habent,quãdo omnes velut mater eadem genuit natura. Triplici regula vitam transigunt,amore in deum ardentissimo,virtutis cultu diligẽtissimo,charitate in ꝓximum feruentissima.

¶ Apud Epizephyros Locros si quis salutis causa vinum hausisset largius medico non iperante, morte expiabat libera illa compotatio,perinde ac grãde aliquod scelus.

¶ Apud Eleusinios capitale erat quicquã ex mysteriis in vulgus efferre,cuiusmodi erãt adud Ro. sacra bonę deæ.

¶ Ephesii hẽbant notulas quasdam & voces magicas,q; bus vtẽtes in omni negocio victores euadebãt. Hinc adagium. Ephesiis vti literis. Ephesios barbaro & agresti ꝓrsus ingenio esse cõstat,vt qui Hermodorũ philosophum propter excellẽtem eius doctrinam,& quia frugi esset,in exilium egerunt,dicentes. Nemo nostrum frugi esto. Authores Laertius & Pius papa.

¶ Fanesq; populi in oceano septentrionali tam grandes habent aures,vt iis nuda integant corpora.

¶ Fẽnis Germaniæ populis mira erat feritas & fœda paupertas. Nõ arma,non equi,nõ penates. Victus herba,vestitus pellis,cubile humus. Sola in sagittis spes,quas inopia ferri ossibus asperabant. Idẽ venatus viros pariter ac fœminas alebat. Passim enim comitabãtur,partemq; prædę petebant. Viuebãt in syluis,quod beatius arbitrabantur, quã ingemere agris,illaborare domib⁹. Author Cor. Tacitus. De his quoq; abunde meminit Saxo Grammaticus lib. quinto & nono Historiæ Danicæ.

¶ Geloni Scythiæ populi solebãt se pingere. Virgi. lib. 2. Geor. Eoasq; domos Arabũ,pictosq; Gelonos. Claudianus. Membraq; qui ferro gaudet pinxisse Gelonus. Sanguinem equinum bibebãt cum lacte. Idem Virgi. Bisaltæ quo more solẽt,acerq; Gelonus,Quum fugit in Rhodopen,atq; in deserta Getarũ,Et lac concretũ cum sanguine potat equino. Sidonius. Aut ad paludicolas Sicãbros,aut ad Caucasigenas Alanos,aut ad Equimulgos Gelonos. Sunt præterea sagittarij. Virg. lib. 8. Hinc lelegas,Carasq;, sagittiferosq; Gelonos Finxerat. Multas singuli hñt vxores. Val. Flac. lib. 7. Argon Hei mihi vel sæuo cõiunx non vna Gelono. De hostiũ cutibus sibi indumẽta,& equis tegmina conficiũt. Contẽti viuunt suis finibus. Hora. lib. 3. Car. Intraq; præscriptũ Gelonos exiguis equitare cãpis.

¶ Getæ nullos hñt in agris limites,sed fruges liberas & cõmunes. Horatius lib. 3. Car. Viuunt & rigidi Getæ, Immetata quibus iugera liberas Fruges & Cererem ferunt. Nec cultura placet longior annua. Gaudent sagittis & pharetris. Ouid. lib. 5. Trist. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. Integũtur ferarum pellibus. Idem Ouid. lib. 4. de Ponto. Hic mihi in Euxino bis tertia ducit æstas Littore,pellitos inter agenda Getas. Bibunt & equinum sanguinem permixto lacte. Sidonius. Solitosq; cruentum Lac potare Getas, & pocula tingere venis. Non vescuntur carnibus. Solebant olim mortuis viris vxores interficere.

Ouid. de Getis sic scribit. In quibus est nemo, qui nõ Coryton & arcũ, Telaq; vipereo lurida felle gerat. Vox fera, trux vultus, verissima mortis imago, Non coma, nõ vlla barba reiecta manu. Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro. Quem vinctum lateri barbarus omnis habet.

Mortem suorum lætitia prosequebãtur Getæ. Vnde Mãtuanus, Threicios imitare Getas, qui extrema suorum Lętitia celebrant, & dulci funera cantu.

¶ Garamantes matrimoniorũ expertes passim cum fœminis degunt, nullas certas habent sedes. Sub cilicijs semper agũt. Mulieres seruilia vbiq; ministeria semp faciunt. Author Pontanus de Obedientia.

¶ Gamphasantes nudi prælioriq; expertes nulli externo congregantur. Obuios quosq; fugiũt ac reformidant. Habitant in parte Libiæ.

¶ Germani fœminas quasdam fatidicas tãquam deas habuerunt. Magnas olim ferebãt lanceas & hastas, angusto & breui ferro, quas frameas vocãt. Hoc telo & scuto contenti erant equites. Pedites & missilia spargebãt nudi aut sagulo leues. Scuta lectissimis coloribus distinguebant. Corpora suorũ etiam in dubijs prælijs referebant. Scutũ reliquisse præcipuũ erat flagicium. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumebãt. Nec regibus infinita erat ac libera potestas. Neq; animaduertere, nec vincire, nec verberare quẽquam nisi sacerdotibus licebat. Ad matres & cõiuges ferebãt vulnera. Nec illę numerare, nec exigere plagas pauebant. Cibos & hortamina ferebãt pugnantibus, adeo vt memoriæ prodatur quasdã acies iclinatas & iam labãtes a fœminis restitutas ꝓstantia precũ & obiectu pectorũ. Nec earũ consilia aspernabant. Mercurijũ colebant, cui certis dieb⁹ humanis litabant hostijs. Herculẽ & Martem cõcessis aialibus placabãt. Lucos & nemora cõsecrabant, deorũq; appellabant nominibus. Auspicia & sortes obseruabãt maxime. Equorũ quoq; præsagia & monitus experiebant obseruatis eorũdẽ hinnitibus. Nec vlli auspicio maior habebat fides. De minorib⁹ principes consulta-

bant, de maioribus omnes. ita tamen vt ea quorũ penes plebem arbitriũ erat, apud principes pertractarentur. Dierum numerũ non cõputabant vt nos, sed noctium. Silentium p sacerdotes, quibus ius erat coercendi, imperabat. Rex vel princeps dicturus audiebatur magis authoritate suadendi, q̃ iubendi potestate. Si displicebat sententia fremitu aspernabant. Si placebat, frameas cõcutiebant. Erat distinctio pœnarũ ex delicto. Proditores & transfugas arboribus suspẽdebant. Ignauos & ibelles & corpore infames cœno ac palude, iniecta insuper crate mergebant. In leuioribus delictis pro modo pœnarũ, equorũ pecorũq; numero conuicti mulctabãtur. Principes qui iura per pagos vicosq; reddebãt, nihil neq; publicæ, neq; priuatę rei nisi armati agebãt. Nemini tñ prius licebat arma capere, quã ciuitas probasset. Tũc autem principũ aliquis, vel pater vel ꝓpinquus scuto frameaq; iuuenem ornabat. Hæc erat apud illos toga, hic primus iuuẽtę honos. In acie turpe erat principia a suis virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non æquare. Infame vero & per oẽm vitã probrosum ducebatur, si qs superstes discessisset relicto principe. Princeps pugnabat pro victoria, comites ꝓ principe. Si aliqua ciuitas longa pace aut ocio torpuisset, eaꝫ indigenæ adolescentes petebant vltro eas nationes, quæ bellum aliquod gererent, quia ingrata erat genti quies. Pigrum & iners putabant sudore acquirere, quod potuisset parari sanguine. Dum cessabant a bellis, non multum venatibus, plus per ocium transigebant dediti somno ciboq;. Fortissimus quisq; fœminis tenibusq; & infirmissimo cuiq; rei domesticæ curam delegabat ipse quiescens. Gaudebant finitimarum gẽtium donis. Nullas habitabãt vrbes, nec patiebantur inter se iunctas sedes. Colebant discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuerat. Vicos locabant non tamen connexis aut cohærentibus ædificiis. Suam quisq; domum spacio circũdabat, siue aduersus casus ignis remedium, siue insciti ę ædificãdi. Apud illos nullus erat cementorũ aut regularum vsus. Materia

ad omnia vtebantur informi & citra speciem aut delectationē. Aperiebant & subterraneos specus, quos multo fimo onerabant, suffugium hyemi & receptaculū frugibꝰ. Tegumen oibus erat sagum fibula vel spina consertū. Locupletissimi veste distinguebant non fluitante, vt Sarmatæ & Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerebant & ferarū pelles, Nec alius fœminis quā virīs erat habitus, nisi quod fœminæ sæpius lineis amictibus velabant, eosq; purpura variabāt, & partē vestis superioris in manicas nō extēdebant, nudæ brachia & lacertos. Contēti erant singulis vxoribus exceptis paucis, q non libidine sed ob nobilitatē multas ducebant. Dotē non vxor marito, sed vxori maritus offerebat. Intererant parētes & muneribus ꝓbabant, non ad delitias muliebres quæsita, nec q bus noua nupta comeretur, sed boues, scutū cum framea & gladio. In hæc munera vxor accipiebatur, atq; inuicē ipsa armorū aliquid viro afferebat. In ipsis auspicijs matrimonij, nupta monebat venire se laborū periculorumq; sociam, idem in pace, idem in prælio ausurā passuramq;. Hoc iūcti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denūciabant. Literarum secreta viri pariter ac fœminæ ignorabant. Paucissima erant adulteria. Adulteram accisis crinibus nudatā coram ꝓpinquis maritus expellebat domo, & per oēm vicum verbere agebat. Nemo illic vicia ridebat. Infantes nudi erant in domibꝰ. Sua quēq; mater vbertibus alebat, nec ancillis, aut nutricibꝰ delegabantur. Nullum erat delitiarū discrimen inter dominū & seruū. Inter eadem pecora, in eadē humo degebant. Sera' iuuenū venus, nec nisi iam prouectis ætate & viribus concedebatur matrimonia. Sui cuiq; liberi erant hæredes sine testamento parentum. Si defuissent liberi, succedebant proximi cognatione. Conuictibus & hospitijs indulgebāt amicissime, adeo vt nefas haberetur quemcunq; mortalium arcere tecto. Hospites externos pro fortuna quisq; paratis excipiebant epulis. A beūtibus si qd poposcissent, moris erat cōcedere. Separatæ singulis sedes, & sua cuiq;

mensa. Diem noctēq; cōtinuare potando nulli erat probrum. Crebræ in compotatiōibus rixæ, quę sæpius cæde & vulneribus, q̄ conuicijs transigebantur. Postea tamen conciliabātur facile & deponebāt inimicitias. Nuda erat oium mens, & secreta pectoris aperiebant licentia ioci. Potus erat his humor ex hordeo aut frumento in, similitudinem vini corruptus. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, & lac cōcretum. Famem expellebant sine apparatu, & blandimentis. A duersus sitim nō eadem tēperantia. Spectaculoꝝ genus hēbant hoc vnum. Nudi iuuenes quibus id ludicrum erat, inter gladios & frameas saltu se coniiciebant. Exercitatio parabat artē, ars pecorem. Aleā sobrii inter seria exercebāt, tanta lucrandi perdendi vecte meritate, vt quum omnia defecissent, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contēderent. Victus voluntariam subibat seruitutem, & quamuis iunior ac robustior, alligari tamen se ac vænire patiebatur. Seruos huius cōditionis per commercia tradebant, vt se pudore victoriæ exsoluerent, verberare seruum, ac vinculis & opere exercere infrequens erat & rarū. Solebant tñ occidere, non disciplina & seueritate, sed impetu & ira vt inimicū. Fœnus & vsuras nesciebant. Agri pro numero cultorum per vices ab vniuersis occupabantur. Funerum nulla erat ambitio. Corpora clarorum virorum certis lignis cremabantur. Struem rogi nec odoribus, nec vestibus cumulabant. Sua cuiq; arma iniiciebātur. Sepulchrum cespes erigebat. Monumentorum arduum honorem aspernabantur. Lamēta & lachrymas cito ponebant, dolorem ac tristitiam tarde. Fœminis honestum erat lugere, viris meminisse. Hæc præcedentia de Germanorum moribus collegimus ex Cor. Tacito. Priusquam pubertatem attigissent, nesciebant operimenta, corporum nuditate gaudentes. Latrocinijs non abstinebant. Crudis quandoq; vescebantur carnibus. Fœminarum congressum ante vicesimum annum sine probro non appetebant. De his Seneca. Quid inquit, Germanis animosius? Quid armorum

cupidius, quibus innascuntur innutriunturq; quorum vna illis cura est, alia negligentibus? Quid induratius ad oẽm patientiã? Hos tamen Hispani, Galliq; necnon Asiæ Scythiæq; molles bello viri antequam legio visatur, cædunt ob nullam rẽ aliam opportunos, quã ob iracundiã. Horatius Germanos vocat cæruleos, ppter cæsios oculos. Nã qui sub septentrione agunt, immanibus sunt corporibus, candido colore, directo capillo & ruffo, cæsiis oculis & multo sanguine. Qui vero ad axẽ meridianũ vergũt, breuiorib⁹ sunt corporib⁹, colore fusco, capillis vibratis, oculis nigricantibus, cruribus inualidis, sanguine exiguo.

¶ Gynæcocratumenos Plinius lib. 6. appellat populos quosdam Amazonum vicinos, bello ab Amazonibus victos, ex eo sic dictos, quod victricibus obsequebant ad, procreandã eis sobolem. Quo noie Aristoteles libro secũdo Politicon eos appellat, qui in vxorio viuunt imperio.

¶ Gymnites Aethiopiæ nudi degunt.

¶ Cor. Tacit⁹ ait Cattis Germaniæ populis dura esse corpora, strictos artus, minacem vultum, & maiorem animi vigorem. Multum habent rationis ac solertiæ. Præponũt electos, audiunt præpositos. Noscunt ordines, intelligũt occasiones, differunt impetus, diem disponunt, vallãt nocte. Fortunam inter dubia, virtutẽ inter certa numerãt. Plus reponunt in duce, quã in exercitu. Oblato elephanto inde præfloratæ famæ dispẽdio. Virgines quũ esse nubiles cœperint, in publicum a parẽtibus producuntur accurrente iuuenum multitudine, ex qua datur illis optio eligendi, quem virum velint.

¶ Gymnosophistæ corporem animi atq; ocium oderãt. nudi degebant in syluis. Ab exortu ad occasum pstabant contuẽres solem immobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedib⁹ insistebãt. Apud eos omnes adolescentes ex diuersis locis & officijs conueniebant ob cibum. Magistri perrogabant, quid frugis ab ortu ad illud dici tempus fecissent. Qui nihil habebãt, quod offerrẽt, impransi foras ad opus trudebantur.

¶ Nõ erubescebant Græci vinũ bibere vnguento mixtũ. Mendacij notã prẽter cæteros mortales sibi cõpararunt. Ciaruerunt tũ ingenio, laudis auidiores q̃ pecuniæ. Vnde Horatius in arte. Grajys dedit ore rotundo Musa loq; præter laudem nullius auaris. Græcorum leges mulcta dãnabant eos q̃ clypeũ non ensem aut lanceã amisissent.

¶ Getuli insidunt equis inornatis. Lucanus. Semperq; patratus Inculto Getulus equo.

¶ Gnidanum populorum Africæ vxores fimbriarũ copia perstrepunt. Precium id concubitus est. Quo pluribus quæq; visitur exculta, eo plausibilior eius forma.

¶ Galli sagittas helleboro collinebãt, quod iis trãsfixisse feræ multo viderentur ad cibũ delicatiores. Rescindebãt tamẽ partes, quæ ambibant vulnus propter hellebori cõtagium. Cicero scribit Gallos iusiurandi, ac deorum religione non commoueri. Nam cæteræ gentes inquit, pro religionibus suis bella susciptunt, Galli contra omniũ religiones. Quinimo & cum dijs immortalibus gessere, & impetu hostili delphicum oraculum inuadere sunt ausi. Si quando vero metu perciti propitiandos deos arbitrãtur, humanis hostijs templa fœdant. Strabo tamẽ ait Gallos esse simplices, & nulla mouũ malignitate. Vnde Martialis. Et tumidus Galla credulitate fruar. Cęsar Gallorũ consilia incessit vt subita & repentina. Sed & Gallos oẽs deditos religionibus tradit, verum affectos grauioribus morbis aut periculis, homines pro victimis imolare consueuisse. Hominem præterea diuinationi destinatum in tergo ferientes, ex ipso impatientiæ & torquendi modo vaticinia concipiebant. Quosdam sagittis configebãt patibulo etiam in sacris ædibus suffixos. Arbitrabantur insuper se prognatos a Dite patre. Propterea temporum spacia metiebantur nõ dierum, sed noctium numero. Vestes ferebant intõsas variiq; coloris, quas Braccas vocant. Dicti sunt Galli a niueo lactis colore, qui Galla dicit, quod eorum corpora lactis instar albescerent ob vehementem

hyemem. Vnde Virg. Virgatis lucet sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur. Matuanus. Agnea mens Gallis & lactea corpora, nomen A candore datum. Verum Gallorum mores lõge discrepant, ab his qui nunc viuunt. Liberos enim ad conspectũ suum venire prius nõ patiebant, q̃ per ætatẽ adoleuissent, ac subeundis militaribus periculis essent idonei. Viuẽtes amicis mutuo concedebãt, quę apud inferos creditorib⁹ exoluerent debitores. Viri quãtas ab vxore pecunias nomine dotis accepissent, tantũdẽ domesticarũ fortunarũ æqua æstimatione cum dote conferebant. Quitqd inde fructuũ succrescebat, asseruabat, eratq; eius, qui alteri fuisset superstes. Viri in vxores sicut in liberos vitæ & necis potestatẽ habebant. Si qua venefica fuisset conuicta, a mariti sui ꝓpinquis incendio alijsq; cruciatibus consumebat. Quæ viuentibus chara fuissent, cũ eisdem defunctis in funere cremabant, vel ipsa etiã animalia. De Rep. nisi in publicis concilijs nemini licebat loqui. Qui vltimus in cõcilium venerat, morti dabat. Si qui tumultuat⁹ esset, minister public⁹ vestes rescindebat, adeo vt reliquæ partes prsus essent inutiles. Prolixas nutriebãt comas. Vestes auro pictas gestabãt, & hirsutis vtebant sagulis. Promissis vtebant fœminalibus. Pro tunicis scissos gerebãt amictus, vix pudenda nateſq; velantes, lana qdẽ aspera & oblõgis villis. Vnde Martia. Me pinguis Gallia vestit. Et lib. 4. Accipe Sequanicæ pinguẽ textricis alũnã. Hastas alii, alij arcus, plerique fundas, nonnulli fustes, in bella ferebãt, oblongisq; vtebant gladijs. Humi corpora recubantes cœnitabant. Lacte & suilla carne vescebantur, ferociores omnes ingenio. Ducebant maiore belli quam agrorum studio. Torques aureos pẽsiles collo portabant. Victoriam efferebantur, stupebant victi. Eorum (quos in bello ceciderant) capita equorũ suorum ceruicibus appendebant. Mercurium præter cæteros deos venerabantur, quem omnium artium prædicabant inuentorẽ. Ituri in pugnã, quicquid manubiarum inde retulissent, vouebant Marti

fraudantes aliquid ex præda, graui supplicio puniebant. Nullum absq; pho faciebant sacrificiũ. Existimabãt enim per diuinæ naturæ cõscios, sacra fieri oportere, tanq̃ diis ꝓpinquiores. Horũ intercessione, bona a diis censebãt pẽtenda, quorum consilio in bello & pace vterent. Vnde & Druyde vetustissimi eorũ sacerdotes solebãt curare & sacrificia publica & priuata. Religiões itẽ interpretari, adolescentes disciplinis instituere, rerũ naturaliũ causas scrutari, de cæde, de finibus, cæteriſq; cõtrouersijs agnoscere, ita vt si quis decreto nõ stetisset, eidem sacrificijs interdicerent. Sacerdotes ipsi hoium congressum & sermonem declinabãt ne contagione polluerent. Vnus oib⁹ pręerat, in cuius defuncti locũ, suffragio alius sufficiebat. Animas credebant nõ interire, sed in alia migrare corpora. Multa desideribus disputabãt, de mũdi & terrarũ magnitudine, de rerum natura & potestate. Tanta fuit Gallicarũ mulierum virtus, vt inter infestas ciuilis furoris acies quãdoq; se immiserint, & lachrymis præcibusq; obliterata discordia pacem procurauerint. Proptrea quum de bello aut pace cõsultabant, mulieres adhibebantur. Hæ si qua incidisset controuersia, sedebant arbitræ. Vehiculis vtebãtur, quę Esseda vocamus, apud Celtas primum reperta. Virg. Belgica vel molli melius feret Esseda collo. Sylli⁹ ait Celtas ex vacuis mortuorũ parentum capitibus inauratis pocula sibi factitasse. Hæc eius verba. At Celtæ vacui capitis circũdare gaudent. Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruãt. Quãuis autem Galli artium & disciplinarum ignari a plerisq; iudicati sint, antiquius tamen apud ipsos, quã Latinos aut Græcos floruerunt literæ. Nam vt scribit Berosus, anno. 4. Ninꝰ, literis & legibus Celtas formauit Samothes dis cognomẽto, & Celtiberos Tubal, a quib⁹ demũ mille post annis Græci suas acceperũt non a Cadmo. Nam quas primũ aduexit rudes paulo ante excidiũ Trojanũ Cadmus gntus, eas a Galatis traxerat, quas Galatæ & Mæones prius a Gallis susceperant. Non ergo Galli a Græcis, sed potius a Gallis, Asia & Græcia cũ coloniis et

Druydas

literas & disciplinas susceperũt. Aliquod deinde ãnis post repertum literarum vsum regnauit apud Celtas Sarron, qui vt hominũ tum recentũ ferociam cõtineret, publica primus instituit gymnasia, a quo Celtarum theologos & phos vocauerũt Sarronidas. Quinetiã dea illa dicendi p ses Pitho nomine, quã aly suadam, Suadelam, leporẽ, fie xanimam, Græci Psychagogon vocant, maximi loco nu minis habita est apud Gallos, Quo tẽpore Romani lon ge lateq; iperabant, nulla gẽs vixit Romano populo ma gis formidolosa. Cum nulla vnq; gẽte Romanus ipse po pulus intra extraq; Italiam maiore hoium strage, maiori bus ducum & exercituũ periculis debellauit. Nã licet ex eorum exercitu centum hominũ millia qñq; desyderata sint, nihilominus tñ animosi pugnam acrius instaurabãt, pudorẽ vlciscebanť, ad vnum interfici aut interficere vo lentes. Certarũt Romani cũ finitimis de principatu, cum Carthaginensibus de imperio, cũ Gallis de vita semper. De his Strabo lib. 4. Vniuersa inquit natio, quam hęc etas Gallicam vel Gallaticã nominat, Martis studio & animo rum ardet impetu cõserendæ pugnæ alacritate impigra, semperq; spectãtes in Boream aut oceano propiores cõ serendis pugnis sunt audaciores. Florus de Senonibus sic inquit. Galli Senones, gens natura ferox, moribus incon dita, ad hæc ipsa corporum mole perinde ac armis ingen tib⁹ adeo omni generi terribilis fuit, vt plane nata ad ho minum interitum & vrbium stragem videatur. Hi quon dam ab vltimis oris & cingente omnia oceano, ingenti agmine profecti quum media vastassent, positis inter Al pes & Padum sedibus, ne his quidem contenti per Italiã vagabãtur. Romam quinetiam agressi vniuersum popu lum in Capitolium se suaq; omnia recipere compulerũt. Quaquauersum transibant, nõ fulminãtes, sed plane ful mina videbãtur, dolebantq; expertem cruoris victoriam sibi concedi, ac sine ruina transitum patere. T. Liuius aui das armorum Gallicas gẽtes semper fuisse scribit. De his etiam Trogus apud Iustinum lib. 4. Galli inquit abũdantĩ

multitudine

multitudine quum eos non caperẽt terræ, quę genuerãt, trecenta millia hominum ad sedes nouas quærendas ve lut peregrinatum miserunt. Ex his portio in Italia conse dit, quę & vrbem Romã captam incẽdit, & portio in Illy ricos sinus per strages barbarorũ penetrauit, & in Panno nia cõsedit. Gens aspera, audax, bellicosa, quę prima post Herculẽ alpium inuicta iuga & frigore intractabilia loca transcẽdit. Ibi domitis Pannonis p multos annos cũ fini timis varia belle gesserunt. Hortante deinde successu, di uisis agminibus alii Græciã, alii Macedoniã ota ferro p terentes petiuere. Tãtusq; terror Gallici nominis erat, vt etiã reges non lacessiti vltro pacẽ ingenti pecunia merca rentť. Libro item. 25. ait. Ea tempestate Gallorũ iuuentus tantæ fœcũditatis fuit, vt Asiam oẽm velut examine ali quo iplerent. Deniq; neq; reges orientis sine mercẽnario Gallorum exercitu vlla bella gesserunt, neq; pulsi regno ad alios, quã ad Gallos confugerunt. Tantus terror Galli ci nominis siue armorũ inuicta felicitas erat, vt aliter neq; maiestatem suã tutam, neq; amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentť. Plutarchus i vita. M. Mar celli ait Gallos in equestri pugna egregios eẽ bellatores. De Gallis præter iam citatos authores, copiose meminit Ammianus Marcellinus sub finem libri. 15.

¶ Hyperborei septentrionales populi excoriatas belua rum pelles habent pro vestimẽtis. virg. lib. 3. Geor. Talis Hyperboreo septem subiecta Trioni, Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro, Et pecudum fuluis velantur cor pora setis. Annoso viuũt æuo. Domus iis nemora, luciq; & deorum cultus. Discordiam & omnem ægritudinem ignorant, viritim gregatimq; degentes. Satiati vita indul gent epulis & voluptatibus. Demum ex quadam rupe in mare desiliunt. Frugum primitias Delon mittebant Apol lini. Viuunt annis mille, Iustitiam colunt, carnibus non vescuntur, sed arboreis tantum fructibus viuunt. De his Mantuanus in Brixia sic inquit. Rupis hyperboreæ trans alta cacumina fama est Esse locos, vbi sit vitæ tam inno

xius aer, Vt vix mortales post tẽpora longa senectæ Mor tem obeãt, plerosq; etiam se mittere in vndas Precipites, & sponte mori, longeua perosos Sæcula, pertæsos huius fastidia lucis. De hyperboreis abũde meminerũt Pompo nius Mela lib. 3. Plinius cap. 12. libri. 4. & Solinus.

¶ Heruli populi nudi pugnabãt verenda corporis dũta/ xat operientes, siue vt expeditius percuterent, siue vt il/ latum ab hoste vuln⁹ viderent nihili facere. Author Pau/ lus Diaconus de gestis Longobardorum.

¶ Himantopodibus natura est serpendo ingredi.

¶ Hiporeæ Aethiopiæ populi atri coloris tota corpora rubrica illinunt.

¶ Hedui olim dicti sunt fratres Romani. Cor. Tacitus aſt Heduos omnium primos senatorum in vrbe ei⁹ adeptos fuisse, datumq; id fœderi antiquo, quia soli Gallorum fra ternitatis nomen cum populo Ro. vsurparent.

¶ Hammonii populi Africæ dispsis tuguriis habitãt. Me diũ nemus pro arce habent, triplici muro circũdatum.

¶ Hellusii & Oxiões Germaniæ populi erãt ore & vultu hũano, reliquo corpore similes feris. Author Cor. Tacit⁹.

¶ Hessenij populi in occidẽtali Iudææ parte, viuunt sine fœmina, omni Venere abdicata, & sine pecunia. Tanta li/ bertatis ducuntur auiditate, vt principem vnum solumq; fateantur deum. Speciẽ mortis nullam expaueſcunt. Co/ gnatorum negligunt supplicia, Amicorum interitus non poribus absolutas tanquam e longa & graui seruitute læ titia perfundi maxima, & ferri sublimes, vltraq; Oceanũ degere in locis peramenis, qui nulla infestant intẽperie.

¶ Apud Hebræos lege cauebatur, ne hostem insepultũ quidem relinquerent. Doctrina his fuit secretior, & quasi diuinitas quædam, vt Mosis volumina & prophetarum vaticinia docent.

¶ Hirpiæ familiæ fuerunt in agro Phaliscorũ, quæ ãnuo sacrificio, quod fiebat in Soracte monte, super ambustam ligni struem ambulantes non comburebantur.

¶ Hispani quondam oblectabantur capillorum longitu dine. Vnde Martialis. Hispanis ego cõtumax capillis. Cri nem sibi sine vllo artifice formosi quatiebant, non aliter quam iubam generosa animalia. Historici scribunt Hispa nos inquieto esse igenio, auidoq; in nouas res. Olim ho/ stem adoriebãtur punctim magisquam cęsim. Propterea gladiis vtebantur breuitate habilibus mucronatisq;. Ibãt in bellum induti prętextis purpura tunicis, candore mito fulgẽtibus. Plutarchus in vita Fabii Maximi scribit Hispa nos fuisse in exercitu Annibalis, eosq; homines esse leuis simo corpore, celeribus plantis, & aptissimos ad superan da montium cacumina. Nec mirũ debet videri Hispanos fuisse in Annibalis exercitu. Prius enim quam in Italiam traiiceret, Hispaniam subegerat, & ex ea gente, atq; etiã Gallis exercitum auxerat.

¶ Heptacometæ barbari sunt in Ponti regione, quorum nõnulli super arbores degunt, alij in turribus.

¶ Hircani canes nutriunt, quibus obiiciunt mortuos. Ve/ scuntur venatibus. Abundãt tigribus. Tegũtur seminib⁹. Pleriq; marinis muribus sustentantur.

¶ Homolotti populi dissecto in minimas particulas bo/ ue fœdus iungunt.

¶ Heniochi populi in Põto gaudebãt humanis carnib⁹.

¶ Halizones Scythię populi vescuntur cepe, lente, allio, & milio.

¶ Indi vxores plurimas habẽt. Apud eos lex est, vt vxor charissima cum defuncto marito cremetur cum vestimen tis & pristino habitu, quod Propertius libr. 3. laudat, his verbis. Felix Eois lex funeris vna maritis. Quos aurora suis rubra colorat equis. Namq; vbi mortifero iacta est fax vltima lecto, Vxorum fusis stat pia turba comis. Et cer tamen habent lethi, quæ viua sequatur Coniugium, pu/ dor est non licuisse mori. Ardent victrices, & flammæ pe ctora præbent, Imponuntq; suis ora perusta viris. Vinum conficiunt ex palmis, ex castaneis oleum. Arboribus suis vescuntur. Arundines habent amplitudinis arboreæ.

Cõtingat hoc felicibus fœmi/ nis similibus

Pane vtuntur hordeaceo, Corpora vsq; ad pedes Carbasis velant. Soleis pedes, capita mitheis vinciunt, lapilli ex auribus pendent. Brachia & lacertos auro colunt. Tela quæ sagittatores excutiunt, sunt fere trium cubitorũ, ferriq; tanta vi, vt neq; clypeus, neq; thorax aut aliud pectoris munimentũ queat obsistere. Ante expeditionẽ liberi patris, nullas hẽbant domos, nullas vrbes, nulla deorum imortalium tẽpla, nullam sacrorũ curam. Viuebãt in plaustris. Tegebant ferarũ pellibus. Victi demũ a libero patre ædificarunt vrbes. leges acceperunt, tẽpla construxerunt, armis insueuerũt. Coluerunt Herculẽ Gygantis noie. Iustitiam tanto obseruarunt cultu, vt exteras gentes nunq; appetiuerint bello. Defunctis sepulchra non erigunt. Expertes sunt seruitutis. Capillũ curant. Mẽtum habẽt intõsum, reliqua facie depilata. Furti se alligasse, scelus apud eos nefariũ. Litem raro norunt. Testibus non indigẽt, aut obsignatione vlla. Vinũ nesciunt, præterq; rei diuinæ causa. Potus illis ex Oriza, ex hordeo fere cibus. Incolumitatem exercitio quærunt & pfrictionibus. Strigiles ex hebeno corporũ expolitioni adhibẽt. Venerant inter deos lucem pluuiũ, Gangem fluuiũ, indigetes genios. Si a rege abluuant capilli, festa dies agitur. Lunæ cursu tẽpora metiuntur. Totũ iter odoribus cõplent, per quod rex transiturus est. Eius lectică sequuntur armati corporisq; custodes. Apud eorũ sapientes occupare fati diem pulchrũ est, & viuos se cremari iubent. Expectatá mortem pro decore vitæ habent. Nec vllus corporib⁹ honos redditur, quæ senectus soluit. Deos putant quicquid colere cœperunt, arbores maxime, quas violare capitale est. Rex vbi se publice visendum præbet, præcurrunt cum argenteis thuribulis ministri, qui vniuersum iter odorib⁹ vaporãt. Ipse autem gestatur lectica, margaritis hinc inde propendentibus. Lucet amictus auro & purpura. Lecticam muniunt corporis custodes, circũ pendentibus auiculis, quas ad hoc imbuũt. Regia fulcitur auratis columnis, quæ nulla non hora patet volentibus. Vbi rex incumbit ornamẽto capitis, tunc admittuntur legationes, & redduntur populis iura. Si quando prodire velit in venationẽ, fere leporariis inclusæ conficiunt in cõspectu meretricũ. Si aliquãto longius eundũ sit, meretrices ipsæ vectãtur curru, quẽ ducunt elephãtes. Impudicis & pstitutis mulierib⁹ vti solent, dũ volunt vacare genio. Itaq; relictis domi vxorib⁹ illas sibi ascisunt nõ prolis sed voluptatis gratia. Vxores vero adhibent in rebus honestis tantũ, vbi s. aut proli vacant, aut præter modũ non lasciuiunt, ne nimio luxu corrũpant, quas esse pudicas volunt. Nec vnq; permittunt genitales illas & liberas voluptates corã vxoribus exerceri, quæ aliquã pudicitiæ iacturã afferre possunt. Vbi somni tẽpus accessit, regem vino grauẽ, dormientẽq; cubiculo inferunt pellices, diis noctium & tenebrarũ patrio ritu adiuocatis cũ cantu. Filii senio cõfectos parentes interficiũt, & eorum carnibus vescuntur, teste Herodoto. Matronæ celebres sunt pudicitia. Oblato tamen elephanti precio, pudicitiam amatoribus substernunt, nullo inde præfloratæ famę dispendio. Virgines quum esse nubiles cœperũt, in publicum a parentibus producuntur. Accurrente adolescentum multitudine datur illis optio deligendi sibi virum ex tota iuuenum turba. Fœnus ignorãt. Maximum opinantur nefas vel iniuriam patĩ vel facere. Proinde nulla illis syngrapha, nullum depositum. Quum quis ægrotat, familiares illum interimunt, ac demum epulãtur. Nullam animantẽ occidunt. Nihil seruant, herba victitant, domos parandas non putant. Coitus in propatulo est sicut pecorum. Ex Herodoto, & Cælio cap. 2. libri quinti.

Liberi iacula ferebant, multis hamis ferreis conserta. Ferinis erant moribus. Neq; enim abnuebãt ex lotio, quod intra cloacas diutius asseruatum esset, lauachra comparare, rettimentis deniq; contusis dentifricia sibi & coniugibus quærentes. Cubitabant humi. Res plurimas minimi faciebãt, & auaritiæ studio semel tantum interdiu cibum capiebãt. Erant & Hydropotæ. Vestibus vtebãtur precio-fissimis. Mortuis tot erigebant, obeliscos, quot hostes in-

terfecerant illi dum viuerent. Maleficiorũ infamia labo/
rarunt. Seruos mactabãt, & inde concipiebant vaticinia.
Mirandula in hymnis. Afflatos Lunæ seruos mactabat
Iberus, Captiui & iugulo fundebat carmina vates.

¶ Ionum mollicies quondã abiit in prouerbium. Primũ
vnguenti coronarumq; in cõuiuiis dandarum & secundæ
mensæ cõsuetudinem repererunt. Hinc Horatius. Motus
doceri gaudet Ionicos Matura Virgo.

¶ Apud Iudæos quinquagesimo quoq; anno debitæ re/
laxabantur pecunie, donabãturq; serui libertate. Quæ vi/
lius væniissent, redibant ad possessores.

¶ Lotophagi populi Africæ vescunt fructu arboris, quæ
dicitur lotos. Politianus in Nutricia. Nec faciles Ciconas,
fortunatosq; ciboꝝ Lotophagos. Solebãt hi populi suos
defunctos in mare abiicere, parum interesse asseuerãtes,
humo ne, an aqua, an igne dissoluerentur.

¶ Lestrigones humana carne vescebantur.

¶ Virgilius lib. 9. de moribus Latinoꝝ sic ait. Canicie ga
lea pmimus, sempq; recẽtes Cõuectare iuuat prædas, &
viuere rapto. Idem. Durum a stirpe genus, natos ad flu/
mina primũ Deferimus, sæuoq; gelu duramus & vndis.

¶ Leuci populi Galliæ Belgicæ & Remi fuerunt optimi
iaculatores. Lucanus lib. 1. Optimus excusso, Leucus, Re
musq; Lacerto.

¶ Lacedemonii summi bellatores, nõ cornuũ tubatũve
signis, sed tibiarũ modulis in præliis vtebant, non vt ex/
citarentur, aut euibrarentur animi, sed contra vt modera
tiores, modulatioresq; fierent, nihil in principiis præliorũ
ad salutẽ virtutẽq; aptius rati q̃ si pmulcti sonis mitiori/
bus nõ imodice ferocirẽt. Author Gel. Hinc Cleomenes
dicebat Home. esse poetã Lacedæmoniorũ, Hesiodũ aũt
helotũ & agricolaꝝ, Illum. n. quẽadmodũ bella sũt gerẽ
da, hunc aũt q̃liter agri sint colẽdi pcepisse. Plutar. i Apo
phthegma. Laconicis. Furãdi vsũ cõcedebant ipune, non
ob turpia lucra, neq; ad sumptũ libidini præbendũ, com/
parandamve opulentiã, sed pro exercitio disciplinaq; rei

bellicæ, quod & furãdi solertia & assuetudo acueret ani/
mos adolescentiũ, & ad insidiarum astus, & vigilãdi tole
rantiam, & obrependi celeritatem, aptos procliueq; red
deret. Regibus suis augures dabant assessores. Ante belli
congressum amori sacrificabant, quod is vnus victoriam
pariat. Lex erat, vt senes iam effœti qui desperabant pro/
lem, eligerẽt aliquem ex adolescentibus, eũq; ad vxores
suas admitterent, & natum inde partũ vt suũ & legitimũ
educarent. Gerebãt in scutis suis Λ literã, insignioris no/
tæ gratia. Solebãt insup liberoꝝ suoꝝ indolẽ experiri pu
blice verberib⁹ admotis, illosq; hortari, vt flagelloꝝ ictus
fortiter perferrent, itẽ laceros ac semianimes rogare, vt
vulnera præberẽt vulneribus. Vnde Cicero. Cretũ qdem
leges inquit, itẽq; Lycurgi, laboribus erudiũt iuuentutẽ,
vt nando, currẽdo, esuriendo, sitiẽdo, algẽdo, æstuando,
Spartæ pueri ad arã verberibus sic accipiũtur, vt pleriscq;
sanguis e visceribus exeat. Nõnunq; etiam quũ ibi essem,
audiebam ad necem, quoꝝ nõ modo nemo exclamauit
vnquã, sed ne ingemuit quidẽ. Literas modo pro necessi
tate discebãt. Reliquarũ disciplinarum nihil omnino ad/
mittebant. Parebant honeste, labores constãtissime tole/
rabant, pugnãdo vincere volebant aut interire. Furabant
impune ex cibariis, quicquid vellent. Sordidi tamẽ erãt,
& præparci oẽs. Nam parua & præcii prope nullius ma/
gnifaciebant & admirabãtur, ardebantq; auiditate pecu
niæ. Erant & inhospitales. Siquidem nõ omni tẽpore lice
bat peregrinis adire Spartã, sed præstitutis diebus. Quos/
cunq; plectẽdos censebãt, noctu plectebant. author Hero
dotus. Præcones, tibicines, & coci in paterno succedebãt
artificio, & coquus ex coquo, tibicen ex tibicine, præco
ex præcone gignebatur, omnesq; perseuerabant in pater
no opere. Ex institutis Lycurgi sponsus noctu clam acce/
debat ad sponsam extincto lumine, & cũ ea, quadã velut
religione timidus coibat & verecũdus. Anteq; rex pugnã
iniret, sacrificabat musis, quo & oratione & memoria in
primis digna promerẽt facinora. & eiusdem Lycurgi in/

Boni hõres
ut sint.

stitutis domi non cœnabant, sed oēs ad publicum accedē
bant conuiuiū, licebat tñ domi cœnare, cū quis vel sacrifi
ciis, aut venatiōe retardatus esset. Verū alios adesse opor
tebat, Propterea Agis rex cū debellatis Athenien sibus re
diisset, velletq; apud vxorē cœnare, obsonium a tribunis
militū exorare non potuit. Postridie vero cum sacrificiū
incœptū prę ira haud absoluisset, dicta est ei mulcta ad ea
conuiuia ibant pueri velut ad scholas pudicitiæ, & ad li
berales præceptores. Neq; enim licebat cuiquā verbū vl
lum ipudicum, aut castis moribus pniciosum dicere, sed
tantū iocari & comiter cauillari sine scurrilitate. Opulen
tus cū paupere vna ad cœnā ibat. Eum q nimis aut bibe
ret aut comederet, reliquī oēs obiurgabant vt intēperan
tem. Vsi sunt & alia lege contra imodicos sumptus, vt q̄li
bet domus culmen qdem secuī, ianuas vero serra dūta
xat & nullo alio instrumēto elaboratas haberet. Virginū
corpora cursib⁹ & luctationibus iactibusq; discorū atq; ia
culorū exercebant. Licebat probis viris qui fœcundā ali
quā pudicamq; mulierē alteri nuptam admirarent, mari
tō illius suadere vt cū ea ipsi congrederētur tanquā in so
lo fertili bonos filios saturi atq; facturi. Propterea Gera
das vetustissimus Spartiatā dicebat neminem adulterum
fieri spartæ. Partus nutriēdi ius non erat genitori, sed eos
in quendam locum deportabant, vnde prius non reduce
bantur, quam per ætatem adoleuissent. Adultos autē si
robusti videbātur allegabant militiæ, sin ignaui ac defor
mes apparebant, demittebantur exponendi in locum p
cipitem ac præruptum secus Taygetum, velut indigni vi
tā. Mulieres non abluebant infantes aqua, sed vino quo
certius futuræ indolis periculum facerēt. Aiunt enim in
fantes comitiali aut alicui alteri morbo obnoxios admo
to mero debilitari. Eorū filii neq; emptitios neq; mercē
narios habebāt pedagogos. Et vt perferendis laboribus
fierent exercitatiores, tondebātur vsq; ad cutem & discal
ceati incedebant, & frequētius ludebant nudi. Anno æta
tis. 12. sine tunica degere incipiebant pallium vnum in

annum capientes. Neq; balneis vtebantur, neq; vnguen
tis prēterquam paucis admodum anni diebus Cubitabāt
in tectis ex arundine constructis, quam exripis Eurotę cō
uehebant. Horum mores vbiq; obseruabāt viri senio con
fecti, quorū virtus habebatur explorata. Quāuis autem
furta impune iis concederent, puniebant tñ qui in ipso
furto fuissent deprehēsi, quasi inepte negligēterq; furarē
tur. Propterea pueri ipsi caute adeo & attēte furantur, vt
Plutarch. scribit puerū quendam cum Leenæ catulū fur
ripuisset pallioloq; inuoluisset ejus vētre vnguibus & dē
tibus a Leena matre discerpto oīa tegendi furti gratia to
lerantē, obiisse Pueroꝝ amatores fiebant eorūdem fame
iuxta ac infamiæ participes. Propterea cū puer aliquis vo
cem in pugna minus ingenuā emisisset, ferūt amatorem
eius a principibus mulctatū fuisse. Docebant etiā pueros
vti ea oratione, quæ grauitatē haberet iucunditati pmix
tam, ac plurimū sententiæ breui sermone cōplecteretur.
Comā ex pubertate nutriebant, & maxime in obeundis
periculis operā dabant, vt nitidis essent capillis, quoddā
Lycurgi dictum celebrātes, Coma pulchros venustiores
fieri, deformes vero ferociores. Turpe & minime genero
sum putabant hostes in bello psequi, & interficere, q̄ cte
derent & fugā molirentur. Occupabantur oēs circa vena
tiones, circa gymnasia, circa publicos concessus atq; col
loquia, si quando ociū esset a bello. Iuniores ante. 30. an
num nullo modo in forum descendebāt. Nihil cum mor
tuis sepeliebant, sed condentes corpora puniceo amictu
& oliuæ fronde circundabant. Mortuorum nomina nō
inscribebantur monumentis, nisi eorū, qui pro salutæ pa
triæ in bello periissent. Lugendi tēpus præfiniebant dies
vndecim. Duodecimo die, peracto Cereri sacrificio, po
nebant luctum. Nullos pmittebant peregrinari aut vaga
ri, ne alienos mores imbiberent, aut rerum publi. differē
tiam adueherēt. Inutiles & nullius frugis homines ex vr
be depellebant. Putabant & viuendum libenter & moriē
dum, modo vtrunq; fieret cum virtute.

¶ Leprei populi deprehensos in adulterio per triduum vinctos circa ciuitatē ducebant, mox toto vitæ tempore habebant contēptibiles. Adulteræ vero mulieres diebus vndecim in foro stare discinctæ cogebātur, tunica perlucida circunuestitæ.

¶ Lacones breuissimi erant in sermone. Propterea vulgi verbum erat, facilius multo esse philosophari, quā Laconum sermonem imitari.

¶ Lucani erāt admodū iusti, et hospitales. Apud eos lege fuit sancitū, ne qs post occasū solis iuuentē hospitē exigeret. Qđ si fecisset, agebat reus, eiq; dicebatur mulcta.

¶ Lusitani apti erant insidiis. Inspectis humanis extis futura coniectabant. Dextras captiuorū præcisas offerebāt numinibus. Erant Hydropotæ. Mitrati pugnam inibant. Hircum habebant inter epularum delitias. Strabo libro tertio vbi de his abunde meminit.

¶ Lydorū mulieres passim substratæ amatoribus, hospitali benignitate eosdem plerunq; confouent, & pluribus afficiunt donis, quam ipsæ accipiant. Solos tamen condignos in fœdera turpitudinis admittunt. Priusquam coniugium inirent, seipsas prostituebant. Si post coniugium deliquissent, veniæ spes nulla.

¶ Lydi primi oium caupones fuerunt & institores. Aleæ lusum, tesserarum, & pilæ excogitauerūt. Mancipati fuerunt augurijs & diuinationum superstitionibus.

¶ Furaces erant, adeo vt nō discederēt nisi re aliqua prius blata. Fuerunt insuper molles & libidinosi, adeo vt nō tātū noctu vacarēt voluptati venereæ, verūetiam in meridiæ lasciuirēt fœdum opus manibus peragentes.

¶ Lesbij fœdissimi fuerunt in Venereis, adeo vt ne capitā quidē parcerent. Quam fœditatem excogitarunt ipsi, & in muliere experti sunt primi. Vulgo quoq; male audierūt, & lasciuire, quod turpitudinem fellatiōis & irrumationis, quæ per os agitur, primi inuenerint.

¶ Lybici quos in venatione vel pugna elephantes attri-

uerint, magnifice sepeliunt & hymnos concinnunt.

¶ Leontinos Sicilię populos quum expugnasset Phalaris, ademptis armis ad compotationes & voluptates eos reiecit, ne rebellionem parārent. Hinc adagium, Semper Leontini iuxta pocula.

¶ Laciadę seu Placiadę ppli Attice raphanos in eoꝝ pudēda mēbra ipingebāt, quos habebāt adulteriȝ cōpertos.

¶ Lyrcæ populi Scythiæ venatione victitāt hoc modo. Consēsis arboribus quas hīt frequētes, insidiātur feris. Singulis adest canis, & equus in vētrem cubare edoctus, humilius subsidēdi gratia, Vbi quis ferā ab arbore vidit, sagitta percutit percussam si fugiat, cōscenso equo persequitur comitante cane.

¶ Massagetæ Scythæ populi quū per deserta discurrūt, equorū suorum sanguinem cum lacte bibunt. Claudian lib. 1. in Ruff. Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes. Seneca in Oedipo. Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet.

Lucanus. Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli, Massagetes quo fugit equo, volucresq; Geloni. Senioq; confectos in frusta consecāt. Statius libro primo. Achilleidos Lactea Massagetæ veluti qui pocula fusrāt Sāguine pur/pureo Qui intereunt morbo, feris obiiciunt in prædam. Solem præcipue venerantur, cui equum immolant. Reliquos deos habēt neglectui. Singulis sua sunt cōiugia, sed & cum alienis congressus, nō tamen clandestini. Coeunt in propatulo. Morbo emori turpissimum putant. Claret equestri & pedestri militia. Arma illis arcus, gladius, thorax, & securis ænea. Aureis cinguntur zonis, gladiis diademate cultis, habent & aurea equorum ornamenta. Argento carent, habent modicum ferri, quum cæteris metallis abundent. Insulares victitant radicibus herbarum. Indumenta faciunt ex arborum libris. Potum succo pomis expresso. Piscibus etiam aluntur. Tegumenta corporum e phocarum coriis sibi consuūt. Filȝ senio confectos parentes interficiūt. Quum afficiunt desiderio libidinis,

suspensa ad palustrum pharetra palam cum mulieribus si ne pudore coeunt. Herodotus lib. 2. & Strabo lib. 11.

¶ Marsi populi, in Italia a Circes filio orti vim habuerũt naturalem contra serpentes & venena, adeo vt eorum sa liua ictæ serpentes vt feruentis aquæ cõtactu fugiant. Gel lius cap. 11. lib. 16. Gens inquit in Italia Marsorum orta fer tur esse a Circes filio Marso. Propterea Marsis hominib⁹ vi quadã genitali datũ, vt serpentiũ virulentorũ domito res sint, & incãtationibus herbarũq; succis faciant medela rũ miracula. Vnde Syllius Italic⁹ lib. 8. Hæ bellare acies no rant, ac Marsica pubes. Et bellare manu, & chelydris cãta te sopore, Vipereumq; herbis hebetare, & carmine dentẽ Acetæ prolẽ agnitiam mala gramina primã Monstrauisse ferũt, tactuq; domare venena, Et Lunã excusisse polo, stri dorib⁹ amnes Frenantẽ, ac syluis montẽ vndasse vocatis.

¶ Mandi Indorum locustis viuunt. Trecentos habent vi cos, Quadragenos nõ excedunt annos. Eorum fœminæ semel tantum pariunt.

¶ Menismini Aethiopiæ viuũt lacte Cynocephalorum, quorum armenta pascunt, maribus interemptis nisi sobo lis causa.

¶ Myconii liguritores fuerunt & alienæ appetentes mẽ sæ. Hinc adagium. Myconius vicinus, in eum qui non vo catus ad conuiuium accedit.

¶ Mosini populi Asię septentrionẽ versus turres ligneas subeũt. Notis corpus omne persignãt. In propatulo vescũ tur. Promiscue venerem exercent. Palam reges deligunt, vinculisq; & arctissima tenent custodia.

¶ Massylli populi Libyæ equos habent, quos virga non freno gubernant. Martialis. Et Massyllæum virga guber net equum. Lucanus lib. 4. Et gens quæ nudo residẽs Mas syllia dorso, Ora leui flectit, frenorum nescia virga. Mas syllienses luxu perditi muliebrem in modum ornabãtur comis vnguento delibutis, capillisq; religatis. Mulieres tamen erant Hydroporę, vt in Mileto factum est, & quon dam apud Romanos.

¶ Molossi populi Epiri optimos habẽt canes venaticos. Martialis lib. 12. Rhętia dũ cessant, latratoresq; Molossi.

¶ Mazax populus prope Nasamones peritissimus est ia culandi. Lucanus lib. 4. Aequaturusq; sagittas Mœdorũ, tremulum quod torsit missile Mazax. Claudianus. Pauí dus proiecit missile Mazax.

¶ Magnetes populi Thessaliæ optimi sunt equorum do mitores. Lucanus. Et Magnetes equis, Minæ gens cogni ta remis.

¶ Mardi Persarę populi specus in mõtib⁹ fodiũt, in quos se, coniuges, ac liberos cõdunt. Pecorũ & ferarũ carne ve scuntur, Ne fœminis quidẽ pro naturę habitu molliora sunt igenia. Comæ prominẽt hirtæ. Vestis est sup genua. Funda vinciũt frontẽ. Hoc & ornamentũ capitis & telum est. Fuit hæc gens cultu vitæ aspera, & latrocinijs assueta.

¶ Macedonibus nullum fuit tam solẽne militiæ munus, quam suos sepelire. Eorum regib⁹ lege cautum est, ne vi ctis hostibus tropheum erigerẽt. Lege cauebant eos capi stro cingi, qui nullum hostem interfecissent.

¶ Mysi deorum cultui adeo mãcipati fuerunt, vt esitan tes aĩalibus abstinerẽr. Viuebant melle, lacte & caseo, au thore Strabone. Mysorum populus vsq; adeo fuit vilis & cõtemptus, vt sequẽti prouerbio locum fecerit. Mysorũ postremus. Finitimorũ postea incursationibus male vexa banť. Hinc etiã orta paroemia, Mysorum prędа, de his, q impune a quibuslibet lædũtur ac diripiuntur.

¶ Mauri pastoraliter viuunt, comæ cincinis exornanť & barba, & tersura dentium, & vnguium cultu raro. De his Herodia. Mauri (inquit) gen⁹ hoium suapte natura cędis auidissimum, nihilq; nõ facile audẽs, ac desperatis simile, cõtemptu videlicet mortis ac periculorum.

¶ Medis operimenta corporum sunt Tyara, Cittaris, pi leus, manicatæ tunicę, anaxyrides & stola. Clarẽt equitã di solertia. Sagittas docte excutiunt. Reges adorãt. Regũ est vxores multas sibi quęrere. Mulieribus decorũ viros habuisse complures. Paucitas deformat, & infelicitatis ge

nus putatur, si quaternariū non excesserint. Qui ad Aquilonem vergunt, ex frugiferis arboribus alimenta sibi cōquirunt, ex rostis amygdalis panē conficiētes. Poma siccant reruntq; inde conglobant in massas. Vino vruntur, quod ex certo radicum genere conficiunt. Vescunt & ferarum carnibus, nam mitia pecora negligunt.

¶ Mosynœci populi e lignis desiliunt in peregrinos adsultatione sanguinaria.

¶ Messenij M. literæ nota se cognobiles pbebant. Lacedæmonij Messenios quod iterum & iterum desciuissent, in seruitutē redegerunt, eosq; durius etiam quā reliquos seruos tractarūt, ne denuo res nouas molirent. Hinc adagium. Seruilior Messena.

¶ Matæ summa capitis curiosius deradunt, relictis i medio capillis, quos succrescētes eadem cura detondent.

¶ Machlyes populi Africę comā in occipitio cōnutriūt, capilloq; decutiunt in sinistra parte. Minio linūt corpora, seq; a Troianis prognatos fabulantur.

¶ Olim Megarenses male audierūt tanq; fraudulēti ac ficti, quod aliud sentirent, aliud loquerentur.

¶ Melāchleni populi in Scythia nigris integuntur vestibus. Ab esu humane carnis nō abstinent.

¶ Mendesij populi Aegypti capras & hircos venerātur, & caprarios præcipuo afficiunt honore.

¶ Monomeri populi sūt septētrionales singulis cruribꝰ saltuatim currētes, viuacissimę pnicitatis. Author Gelliꝰ.

¶ Numidæ seu Nomades mapalia sua plaustris circunferunt. Propterea vagi vocant a Lucano lib. 4. Alueos nauiū inuersos etiā habuerunt pro tuguriis. Apud eos medius locus erat honoris locus, authore Sallustio. Lacte, ferina carne, & elephātis vescūtur. Viuunt in tabernaculis. Ois eorum vita occupatur in pascendis gregibus. Equos regunt nō freno, sed virga. Vnde Virg. infrenos vocat Numydas. Syllius. Hic passim exultāt Numydæ, gens insciа freni. Quis iter geminas per ludū mobilis aures, Quadrupedē flectit nō cedens virga lupatis. Vxoribus perinde ac

seruis vtunt. Nullas certas habēt sedes. Vetus fuit Numydarum consuetudo, vt in bellicis conflictibus plerūq; cederent, & fugam mentirent, mox vbi oportuna tulisset occasio, in hostē se cōuerterent, rursusq; maiore īpetu q̄ prius inuaderent, authore Plutarcho in Annibale. Feruntur esse acutissimo ingenio, & singulari quadā prudentia ad cognoscendā veritatem, falsitatemq; refellendam.

¶ Nigroæ regem habent monoculum.

¶ Norici populi sunt iuxta Pānoniā ferro nobiles. Martialis. Grato nō pudeat referre versu Sæuo Bilbilin optima metallo, Quæ vincit Chalybasq;, Noricosq;, Et ferro Plateam suo sonantem.

¶ Neruii Galliæ populi vergentes in occidētem Belgas quondam increpabant, quod se populo Ro. dedidissent. Vnde a Lucano dictum est. Multumq; rebellis Neruiꝰ, & cæsi pollutus sanguine Cottæ.

¶ Nasamones populi Africę naues Syrtibꝰ illisas spoliāt. Lucanus. Quas Nasamon gens dura legit qui ꝓxima ponto Nudus rura tenet, quē mūdi barbara dānis Syrtis alit, nam littoreis populator arenis Imminet, & nullos portꝰ tangēte carina Nouit opes, sic cum toto cōmercia mūdo Naufragiis Nasamones habēt. Et Mātuanus lib. 1. de Cala. Vt genus effrenum Nasamō, qui versus in austros Naufragiis victū quærens, gaudete procellis Turbinibusq; solet, fusasq; per æquora merces Colligit, & Nautas ad punica littora pulsos Auxiliū simulans violat. Nasamonum singulis adsunt vxores plures, cū quibus palā congrediūtur prætēto baculo. Nuptiali cœna discūbentiū singulos adit noua nupta veneris gratia. Cōgrediunt illi domo allatum donū contribuētes. Ad maiorē monumēta, futurorum scientiā aucupātur incubātes manibus. Fidei sanctio maxima, idē sibi propinasse poculū. Sedētiū habitu mortuos astituūt, idipsum inter moriēdū attēdētes, vt sedētes expirēt. In diuinationibus sua sequūtur somnia. In prestā da fide de manu alteriꝰ vterq; sumpto poculo bibit. Qđ si defuerit humor, collectum e terra cinerem lingunt.

¶Nabathæi dediti sunt cumulandis diuitiis. Apud eos multa dicit publicæ iis, qui rē aliquo modo iminuerint. Crescētibus opibus auget honos. Rara inibi seruitia. Ministris vtunt plurimū cognatis, vel sibi vnusquisq; minister est. In cōuiuiis plura duodenis exsiccasse pocula ignominiosum est. Rex quādoq; sibi & alijs ministrat. Vrbes hūt nullis clausas mœnibus. Vruntur camelis equorum vice. Perfuncta fato corpora hūt stercoris loco. Regis cadauer in sterquiliniū deiicitur. Sol illis sacratissimum numen.

¶Ophiogenes populi sunt in Hellespōto, qui serpentū ictus cōtactu leuant, & manu imposita venena extrahūt corporibus. Plinius cap. 2. libri. 7.

¶Pelusiotæ non comedunt cæpe. Capillum tondent senescente Luna.

¶Pyratę Cilices olī viuebāt furto, & marinis latrocinijs.

¶Phœnices magnam meruerunt laudē in inuentiōe syderum, literarum, naualiumq; ac bellicarum artium.

¶Pamphagi omnia mandunt.

¶Psylli populi sunt Africæ, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpētibus, ex cuius odore sopirēt eas. author Plinius cap. 2. libri septimi. Vnde Lucanus lib. 9.

Gens vnica terras incolit, a sęuo serpentū innoxia morsu
Marmaridæ Psylli, par lingua potētib⁹ herbis. ipse cruor
tutus, nullumq; admittere virus. Vel cātu cessante potest,
natura locorum iussit, vt imunes mixti serpētibus essent,
Profuit in mediis sedē posuisse venenis, Pax illis cū morte data est. Plutarchus scribit Catonē per deserta Libyes iter facientē Psyllos secum duxisse, qui morsibus serpētū mederētur, partim ore trahētes venenū, partim serpētes ipsos cantibus mitigantes. Augustus Cæsar vbi intellexit Cleopatram, quam seruatam triumpho magnopere cupiebat, aspidis morsu periisse, Psyllos admouit, qui venenum ac virus exugerēt, authore Trāquillo. Quodam tēpore quum in Psyllorum finib⁹ Auster perquam validus & diuturnus flauisset, eoq; flatu vniuersa eorum aqua exaruisset, dolore moti cōstituerunt vlcisci iniuriam illā.

Propterea

Propterea cōmuni edicto oēs sumptis armis in austrum perinde quasi hostē iure belli pfecti sunt. Atq; ita pfectis vētus magno spirit⁹ agmine venit obuiā & vniuersos cū oibus copijs, armisq; cumulis arenaꝝ & mōtib⁹ operuit. Eaq; ruina oēs ad vnū perierunt. Author Herodot⁹ lib. 4.

¶Pygmæi sunt cubitales. Infestātur a gruibus. Insidētes arietum caprarumq; dorsis & sagittis armati, veris tēpore vniuerso agmine ad mare descendunt, & oua pulloscq; earum alitum consumunt. Ternis mensibus eā conficiūt expeditionem, aliter futuris gregibus nō resisterēt. Casas luto, pennisq; & ouorum putaminibus construunt. Nonnulli in cauernis degunt. Horum omniū longissimi, non longiores sunt, quam pedes duos & quadrantem.

¶Pandorę indoꝝ populi degunt in conuallibns. Viuunt annos ducentos. In iuuenta candido sunt capillo, qui in senectute nigrescit.

¶Parthi & Persæ vnguentis madent. Vinum conficiunt ex palmis. Gloriam in bibendo quærunt, & quanto plus bibunt, tanto magis sitiunt. Dediti sunt crapulis, vescunt cicadis. Fœtido sunt halitu propter idiscretos cibos & nimium vini haustū. Quandocunq; rex ad eos proficiscit, vnusquisq; pro facultate saluratum & cū muneribus. Reclinatis poplitibus regum pedes osculantur. Cōmisceban tur suis matribus authore Tertulliano. Nam & parentib⁹ cū liberis stupro coire fas est. Rex latet semper sub specie cuiusdam maiestatis. Multas habet vxoreꝰ, qbus alternatim concumbit. Currum eius affectantur armatorū decē millia hastis argento coruscātibus, spiculis auro prefixis. Regi currus latera ornantur deorum simulachris. Iugū collucet gemmis. Eorū magi nihil præter olera & farinā in cibum recipiunt. Herodotus ait Persas a grœcis didicisse pueris abuti. His quandoq; imperauit Gallus, qui propterea vocatur auis Persica. Furta impune pmittūt. Vino hilares de dubiis rebus cōsultant. Statuas nō erigunt, nō tēpla construunt, non aras, licet regem instar numinis venerentur. Conscensis montibus Ioui hostias immolant.

Officina O

Rem quoq; diuinã faciũt Soli, Lunę, Telluri, Igni, Aquæ & vẽtis. Nefas & maximũ ducunt probrũ, aut vomuisse, aut egesisse corporis excremẽta aliquo spectante. Libero rũ disciplina ternario pficiẽ numero, vt equos agitẽt perite, sagittas doctius excutiãt, & vera loquanẽ. Valeriꝰ Max. ait lib. 2. Non admitti ante septẽnium, Ante qnquẽnium aut quadriẽntũ filius nõ admittitur in conspectũ parẽtis, vt si in ipsa infantia cõtingat puerũ perite, pater minꝰ offi ciat. Inhonestum est referre, quæ factu sunt turpia. Turpe quoq; quicq; cuiquam debere. Itẽ in flumen vrinã profudisse aut spuisse, vel oĩno manus abluisse, piaculũ opinantur. Fluuios enim colunt religiosissime. Natalitiã cœnam quotãnis rex apponit. Eidẽ singulis annis ebrietas semel pmittit. Quũ mitræ deo diuina res peragit, saltat etiãnũ. Equitare insup & saltare discunt, existimantes illũ corporis motũ robori plurimũ conferre. Non prius potui & ppinationibus indulgent, quã se expleuerint cibo. Homines amãt adũco naso, q eiusmodi fuisse Cyrũ regem pdant annales. Vbi licẽtius volunt ĩdulgere cõuiuiis, nõ vxores, verũ pellices admittũt. Cũ regibus legitimę mulieres ad mẽsam accũbunt, & vna comessanẽ. At quũ lasciuire volunt, meretriculas adhibẽt. Qui regis filiꝰ regno succedit, eius natalẽ quicũq; in regno sunt, celebrãt, simulq; in posterũ quotãnis eandẽ lucẽ sacris & festis vniuersa Asia pse quitur. Oẽs fere sunt subnigri, vel liuido colore pallẽres, caprinis oculis torui, & superciliis repandis, nõ indecoris barbis, Capillisq; plixis hirsuti. Oẽs pmiscue vel iter epulas festosq; dies gladiis cincti cernunẽ. Pro opibus quisq; ascisciꝰ sibi matrimonia plura vel pauca. Nemo post satietatẽ supfluos accipit cibos. Abũdãt inanibꝰ verbis, magnidici, graues & tetri. minaces iuxta in aduersis rebꝰ & pspe ris, callidi, supbi, crudeles, vitæ necisq; potestatẽ in seruos & plebeios vendicãtes. Cutes viuis hoibꝰ detrahunt. Nec ministrãti apud eos famulo hiscere licet, vel loq, vel spuere. Ingratos ante oĩa seuerissime puniũt. Ad iudicãdũ, vsurerũ spectati, & alienis nõ indigẽres pfilijs, destinanẽ. Vtũ-

tur armillis & monilibꝰ aureis & gẽmis, præcipue margaritis. Fœminæ mira pulchritudo. Nihil apud eos pingiẽ vel fingiẽ pręter varias cedes & bella. Liberos ĩstituũt, vt nõ nisi vera loquanẽ, & a mẽdacio abstineãt. Mentiri turpissimũ putant. Regi nõ licet quẽpiam interficere. Ab infantia vtunẽ pileis & tyaris. Vnde & fragilia habẽt capita. Corruptissimi fuerũt luxu & delitijs. Vnde Hora. Persicos odi puer apparatus. Et Claudianus in Eutropiũ Arsacio postq̃ se regia factu sustulit, & nros corrupit Parthia mores. Argute deprehẽdunt oẽs loquendi strophos, dictisq; breuissimis colloquẽtes reuincũt, Disputatores sũt maximi. Queq; ab aduersarijs ĩpliciẽ argumenta, citra morã, atq; difficultatẽ dissoluunt. Prouerbijs vtunẽ sapiẽtia plenis, altissimisq; ænigmatis, natura dũtaxat magistra vtentes. Qui plura de Parthis scire volet petat Herodotũ. Cælium Cap. 2. libri qnti, & Marcellinũ sub finem. 23.

¶ Pictones vberrimos calce agros quondam facere, authore plinio.

¶ Paramedesidę agreste hoĩum genus Bactrianis ad occidentem coniuncti sunt. Tuguria latere primo struunt, in montibus foramine supne relicto, vnde lumen accipiunt. Altis præmuniuntur niuibus.

¶ Pharisæi deliciis & molliciei minime ĩdulgebãt. Prosequebanẽ quòd dictabat ratio Maiores natu venerabanẽ, vt ne verbo qdem lęsos vellent. Fato geri oĩa credebant. Neq; tñ liberi arbitrij potestatẽ auferebãt. Iudiciũ dei futurũ sentiebant, nam & aĩas fatebanẽ ĩmortales. Bonas aiebant migrare in aliena corpora, malas transmitti ad æterna supplicia. Tantã suæ virtutis concitarunt opinionẽ, vt numero si populi multitudo ad eos vidẽdos confluerer. Dicti sunt Pharisei ab instituto vitæ, quod a cæteris abiuncti purissime viuerẽt. Nã Phares Hebræotũ idiomate interpretatur segregatio. Quiescebãt in angustiis tabulis, aut etiã spinis vel lapidibus ad cõprimendas corporis titillationes. Decalogũ scribebãt in mẽbranulis, legebantq; in fronte. Hæc Cælius ex Philonis cõmentarijs.

Phar. nõs populi ob a lijs seiunctis si iudoꝝ est superstitiosissima secta.

¶ Phaselitæ populi in Pamphilia pisciculos salsos diis i/molabãt, & Cabro deo salsamentis rẽ peragebãt diuinã.

¶ Pariani populi in Hellesponto amorem inter deos ve/nerantur.

¶ Pedalii indorum populi nihil in sacrificiis aliud a diis petebant, q̃ iustitiam, arbitrati se omnium rerum compo/tes futuros, si eam consequerentur.

¶ Pannonii feroces fuerunt & idonei bello. Ausoni⁹. Ar/miferis alui quos ego Pãnoniis. Et alibi. Saluere Augustũ iubeo, natumq; patrẽ, Imperiis grauidas qua seco Pãno/nias. Mira fuit eius gẽtis in victu leuitia. Oẽs cuiusq; æta/tis culinariã norunt artẽ. Auidissimi erãt audiẽdi, studẽdi nõ ita. Vestiũ i pria negle⁹. Alibi nõ ita erãt negligẽtes.

¶ Pontici populi aduersus frigoris iniuriã braccis vtebã/tur. Ouidius. Pellibus & laxis arcẽt mala frigora braccis.

¶ Phigalei qui Messeniis adiacẽt, vino adeo gaudẽt, vt non alibi quam in cauponis habitent hospitibus domos relinquentes cum vxoribus. Hostilis tubæ ne in somno quidem sonum perferunt.

¶ Phalisci populi publico doctore instar Græcorũ vte/bãtur. Volebant enim ab ipsa adolescentia filios vna eru/diri, atq; congregari. Quod notum est ex historia cuius/dam Ludi magistri, qui Phalasicorũ pueros Camillo eo/rum vrbem obsidenti voluit prodere.

¶ Romæ in publicum egredi togatæ cogebant mechę. Romanis mos erat in magnis publicisq; calamitatib⁹ ve/stem mutare ad mœroris signum & argumẽtum. Quod factum est quum M. Mãlius Capitolinus, qui Gallos Ca/pitolium aggredientes primus ex arce expulit, detrusus est in carcerẽ a Quinto Capitolino dictatore. Hunc etiã modum Athenienses videntur obseruasse. Aiũt enim Pe/riclem gloriari solitum, quod propter se nemo Atheniẽ/sis nigram induisset vestem.

¶ Rhodienses sacrificium quoddam peragebãt, vbi res vrgiis & verbis male ominatis peragebat. Quum Dianæ sydiæ sacrificabant, dies aliquod apud arã deæ conuiuia

protogabãt, atq; inibi ppetuo manebãt. Apud Rhodios 16. Calendas nouẽbris mactabat homo in honorem Sa/turni. Quendã enim ex his qui publica sentẽtia dãnati es/sent, ad capitale suppliciũ ad vsq; Saturnalia viuũ asserua/bant. Author Theodoritus Cyrẽsis. Stratonicus Rhodiẽ/sium Luxuriã taxauit, quum diceret eos ædificare tanq̃ immortales, obseruare tanquã breui tempore victuros.

¶ Rhegini ignaui fuerunt in rebus bellicis animiq; præ/pauidi. Hinc adagium. Rheginis timidior.

¶ Seres populi orientales ex suis arborib⁹ depectũt lanas tenuissimas, quas Bombyces vermiculi aranearum instar conficiunt ex tenuissimis filis. Virgi. libro secundo Geor. Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres. Ausonius. Iam pelago volitat mercator vestifluo⁹ Ser. Seneca. Quæ phœ/bæis subditus Euris Legit Eois Ser arborib⁹. Idẽ. Et quo/cũq; loco iacẽt Seres vellere nobiles. Iustissimi sũt, & du/rentesimum vitę annum excedũt, authore Strabone. Ru/tilas habent comas, oculos cæruleos. Frugalissimi sunt & pacatioris vitæ cultores, vitãtes reliquorum mortalium cœtus. Aduenis illuc euntib⁹ ad emẽda fila nulla sermo/num vice, rerum precia solis proponũt oculis. Nihil ipsi comparãt aduecticium. De his Martianus capella. Seres inquit, vndis aspergunt arbores suas vt lanugo quæ Seri cum creat, possit admitti. Aliarum gentiũ homines aspet/nantur ac refugiunt. De his abunde meminerunt Plinius Cap. 17. libri sexti, Aristoteles Cap. 19. libri quinti de na/turis Animalium, & marcellinus circa finem. 23.

¶ Scythæ populi domos habent volubiles in plaustris. Horatius libr. 3. Car. Campestres melius Scythæ, Quorũ plaustra vagas rite trahunt domos Viuunt, Vnde & Luca/nus eos errãtes vocat lib. 3. vbi ait. Tinxere sagittas Errã/tes Scythiæ populi. Duodenos dies durant in fame & siti virtute cuiusdam herbæ, quæ vocatur Spartania. Strepũt equitatus gloria. Quum vident se magnopere indulsisse potui, arcuum chordas pulsare consueuerũt, vt dissolutũ voluptatibus animũ ad pristinam continentiã reuocent.

Plutarcho teste in Demetrio. Vescũtur humanis carnib⁹. Hospites imolant, & interfectoꝝ caluarias hũt pro pateris. Vtunt acie cuneata. Albi sunt & animosi ꝓpter frigidissimã regionẽ, quam inhabitãt. Solent inter epulas honoris causa mortuos vorare. Sagittaꝝ aciem tingunt viperina sanie & hũano sanguine ad irremediabile nocumẽtũ. Captas aũt viperas vbi iam perierũt, diebus aliquot sinũt liqueſcere. Mox vbi satis cõputruerũt, in ollam, sãguinẽ hoĩs vnius totum infundũt, adobruũtq; sterquilinio vasæ diligenter obturato. Vbi vero sanguis ipse contabuit, eximũt, & Saniei viperine cõmiſcent. Scythotauri suntoꝝ licentia victũ solent sibi cõparare. Aduenas cædũt hostiarũ loco. Scytharum pleriſq; cõmunia sunt oĩa ꝓter ensem & cyathũ. Vxores itẽ & liberi sunt inter ꝓmiſcua. Simpliciſſimi fuerunt olim & ægtatis obſeruantiſſimi. Eo demũ ĩprobitatis peruaſerũt, vt cũctis ad quos accederẽt, nares ꝓciderent. Iracũdi sunt. Peculiare est iis & Sarmatis, manibus defuncti viri vxores interficere. Pabulo & pecori nõ mi & ibribus defendẽdis. Amiciũtur ferarũ pellib⁹. Furta maxime execrantur, vt qui cõĩa habeant oĩa, & ĩmunita. Ebrietas plus nimio frequens est. Hinc Scythiſſare verbũ est inebriari. In solẽnib⁹ cõuiuiis circunferẽ ingẽs patera, quã nulli accipiũt, niſi q ex hostibus aliquot interfecerũt. Nullas hũt vrbes, nulla mœnia extructa. Domos secũ ferũt ſinguli. Viuũt ex pecoribus. Simulachra, aras, & delubra nõ putãt faciẽda, ꝓterq; Marti. Inopes sunt lignorũ. Propterea quũ pecudes excoriant, ossa quoq; carnib⁹ denudant, & succẽſis ossib⁹ carnes coquũt. Sues nolũt alere. In bello quẽ primum virũ ceperint, eius sanguinẽ potãt. Quoſcunq; in prælio interemerint, regi offerunt, Ablato enim capite fiũt participes prędæ, quam arripuerint. Hostiũ homicidas in magno habent honore. Qui nihil præclari operis ediderunt, afficiuntur probro. Abundant vaticinatoribus, qui cum virgis diuinant. Quum rex aliquos afficit morte, omnes ſimul liberos interficit illæſis fœminis. In faciendis fœderibus vinum ſanguine mixtum epotant. Regi nullus vænalicius miniſtrat. Eo mortuo quinquaginta miniſtroꝝ eius ſtrangulant, ac totidẽ preſtantiſſimi equi. Ferunt Scythæ ſeruoꝝ in dominos armatorũ furorem & exercitũ præmonſtratis flagellis olim coercuiſſe, ipſoſq; meticuloſos vertiſſe in fugã, author apud Iuſtinum Trogus. Cuius etiã hiſtoriæ meminit Claudianus in Eutropiũ libro primo dicẽs. Vt Scytha poſt multos rediẽs exercitus ãnos Quum ſibi ſeruilis pro fruib⁹ obuia pubes Iret, & arcerer dominos tellure reuerſos, Armatã oſtenſis aciem fugere flagellis, Not⁹ ab in ineptis ignobile reppulit horror Vulgus & addictus ſub verbere torpuit enſis.

¶ Sauromatæ ſeu ſarmatę qui ſunt inter Boriſthenem & Iſtrum, vagi ſunt, & mutãt domicilia. Statius lib. 1. Syluarum. An iuga Pannoniæ, mutatoreſq; domorum Sauromatas quaties? Sãguinem equinum permixto potãt lacte. Vnde Martialis lib. 1. Venit & epoto Sarmata paſtus equo. Tanta ſunt barbarie, vt pacem non intelligant. Promiſſa ſunt barba, & longis capillis. Propterea vocãtur intonſi. Seneca. Intonſis teritur qua via Sarmatis. Inepti ſunt ad pedeſtrem pugnam. Authore Cor. Tacito.

¶ Sicambri Germaniæ populi ad vtranq; Rheni ripam habitantes, flauos habẽt capillos, quos vbi satis creuerũt, quodam artificio in nodum complicant. Martialis lib. 1. Crinibus in nodum tortis venere Sicambri. Claudianus. Flauam ſparſere Sicambri Cæſariem. Idem. Illinc flauẽte Sicambri Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irẽt. Idem. Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris.

¶ Siculi pollẽt acumine & vafricia. Propterea Maternus eos acutos vocat, & Apuleius lib. 11. Trilingues. Vnde Sicilitare verbum Plautinum, est aſtute loqui. Siculi Heronis tempore, exotino milite plerunq; vtebantur.

¶ Satyri nihil habent moris humani ꝓter figuram. Hirti sunt & villoſi toto corpore, gaudentq; ſyluarum latebris, & hominum commercia refugiunt.

¶ Suani gentes indomitæ auri tantum metalla fodiunt,

¶Sabæi ditissimi sunt syluarũ fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum rigui mellis, cæreq; prouẽtu. Corpora defunctorum nõ pluris faciunt q̃ stercora. Quinetiam reges ipsos inter sterquilinia reiiciunt.

¶Sorbotæ populi Aethiopiæ ex Africæ parte dicuntur esse octonum cubitorum.

¶Sciopodes in maximo æstu humi iacentes resupini, vmbra pedum se protegunt.

¶Soritæ Indorum piscibus viuũt, quos vnguibus dissectos sole torrent, & ita panem iis faciunt.

¶Sybaritæ populi Calabriæ deliciis & voluptatib⁹ adeo indulserũt, vt luxuriosa oia dicerent sybaritica. Hinc Sybariticus luxus, & Sybaritici libelli id est ipudici. Cõiuia celebraturi anno prius p vocatores, fœminas inuitabãt, quo luxu roseis gẽmis, auro, vnguentis, & vestib⁹ exqsiti ipendii cultæ oium ora in se conuerterent. Erant & fastu præturgidi. Hinc adagiũ, Sybaritæ p plateas. Artes quę sonetur quies. Quin Gallos quoq; in vrbe nutriri nolebant. Habebant in deliciis exiguæ staturæ homũculos & catellos. Diuites si qñ rusticatũ ire vellent, curru vehebantur adeo lente, vt diurnum iter tribus vix diebus conficerẽt.

¶Sardi seu Sardiani vẽnales olim pronũciabantur, quũ qs ludos ederet in capitolio. Hinc adagiũ. Sardus vẽnalis.

¶Solebant sueui Germaniæ populi obliquare crinem, nodoq; substringere. Principes habebant ornatiorẽ capillum, q̃ plebeii. Quosdam eorũ mores describit Põranus lib. 5. de stellis dicens. Heluetii, Vsipetesq;, atq; effera corda sueui, Quis vnũ prædæ studiũ, ac duiare sub ipsis Corpora fluminibus, teloq; assuescere dextrã. Non vrbis, nõ cura domus, agrive colendi. Venatu ducunt vitam, atq; erint Bella placent, fusuſq; hostili e corpore sanguis.

¶Sarbacæ Indorum regebantur populi non regum imperio. Author Curtius.

¶Saducei dicebant mortalem esse animã, simulq; cum corporibus interire. Fatũm negabãt. Deum constituebãt extra omnẽ mali patrationẽ inspectionẽq;. Apud Indos duo erant gymnosophistarũ genera samarei & brachmanes. Samarei pomis, oryza, aut farina tantũ alebant. Rex eos colebat vt deos, illorũ precibus pacẽ regno conciliari existimans. Existimabant aiam esse in seruitute, quãdiu pcludebat corpe. Liberã vero vbi separata eẽt. Propterea volũtariã plerũq; mortẽ oppetebãt. Hos domestici bẽos existimabant. Eos vo q̃ supessent, deflebant, vt infelices.

¶Syri leues sunt, & rebus nouandis magnopere procliues. Ludis præterea celebritatibusq; dediti. Perunguntur oleo precioso, & linũtur vnguẽtis. Maximã diei partem in concœnationibus absumunt & potu. Masculi a. 14. anno, fœminæ a. 12. vsq; ad. 65. tributo obligãtur. Fortunã colunt. Proni sunt in cachinos & scõmata. Diuino cultui satis dediti. Vnde Statio li. 1. Sylu. Quod ramis pia germinat Damascus. Operosissimi sunt in hortis. Hinc adagiũ. Multa Syrorũ olera. Nec caruerunt molliciei nota. Hinc Syrissare verbum est molliter viuere.

¶Sogdij populi prope Bactrianos, læti ad mortem festinant, alacri etiam corporis motu.

¶Sabinorum Sacerdotes æneo cultro tonderi solebãt. Idem Sabini (vt est apud Plutarchum in Numa Põpilio) Lacedæmoniorum coloniam se fuisse volunt.

¶Apud Sardoos parẽtes senio cõfecti fustibus cædebantur a filijs, & mox contumulabãtur. Turpe siquidem putabant multo senio cõfectum superesse diutius. Magistratibus cogebantur ratiocinari, vnde viuerent.

¶Herodotus ait Selenetidas mulieres oua parere, ideq; nascentes hodie, qnquẽnes decies esse nobis ampliores.

¶Aetate beati Hieronymi Scoti vescebantur hũanis carnibus. Et quũ per syluas porcorum greges & armentorũ reperirent, tamẽ pastorum nares & fœminarum papillas solebant abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari. Idem nullam propriam habebant coniugem, sed pro libidine more pecudum lasciuiebant.

¶Sarabaytæ sacerdotes Aegypti habitabãt in fõram inũbus petrarum induti porcorum & boum pellibus, cincti funibus, discalceati, & sanguine cruẽtati. Cauernis demũ exeuntes paupertatem & abstinentiam prædicabant, & barbam spectante populo sibi peruellebãt, nummisq; tali astu & commento adeptis, remeabãt in suas speluncas, & in summa lætitia furtim dapibus epulabantur.

¶Syracusani olim erant opibus florentissimi, voluptatibusq; ac deliciis addictissimi. Vnde & Syracusana mensa transiit in prouerbium.

¶Sarracenorum mores sic describit Ammianus Marcellinus. Omnes inqt pari sorte sunt bellatores seminudi, coloratis sagulis pube tenus amicti, equorũ adiumẽto pernicium graciliumq; camelorum per diuersa reptantes in trãquillis vel turbidis rebus. Nec eorum quisq; stilam aprehendit, vel arborem colit, aut arua subigẽdo quęritat victum, sed errãt semper sine lare, sine sedibus fixis, aut lege ductæ ad tempus ex pacto. Atq; vt si species matrimonij, dotis nomine futura cõiunx hastam & tabernaculum offert marito. Ita autẽ quoad vixerint, late vagant, vt alio loco mulier nubat, alio pariat, liberosq; procul ducat, nulla copia quiescẽdi permissa. Victus vniuersis caro ferina est, lactis abundans copia, herbæ multiplices, & quę per aucupium capi possunt, volucres.

¶Scriptouini ppetuis fere niuibus rigent, crudisq; feratæ carnibus vescunt, quaæ pellibus indumẽta sibi conficiũt. Author Paulus Diaconus de gestis Longobardorum.

¶Olim Spartani sustulerunt omnem vsum auri & argẽti ex Lycurgi instituto, ferrumq; prætulerũt, nummo eadem materia percusso.

¶Sigynnæ populi scythiæ equos habent toto corpore hirsutos, pusillos tamen, & gestandis viris inualidos, sed qui iuncti currui pernicissimi sunt.

¶Samii gymnasium amori nuncuparunt, institutis sacris quæ vocantur Eleutheria.

¶Apud Sotianos Gallogræ populos rex sexcẽtos apud se hẽbat ex prudẽtioribº, q regi ipsi cõuiuebãt, & cõmorieban. volẽtes adeo, vt nõ sit iuẽtº, q piculũ subterfugeret.

¶Troglodytæ populi specus excauãt, quas habent pro domibº. Victus illis serpentũ carnes, stridor nõ vox, adeo sermonis commercio carent. Assidui sunt in venatioibº, & mira clarent velocitate. Nam super Aethiopiam velociores sunt equis. Authores Herodotus lib. 4. Pomp. mela lib. 1. & Plinius Cap. 8. lib. 5.

¶Incolæ Taprobanes insulæ ędificia habent modice ab humo extantia. Item aurum & argẽtum & marmor testudinis simile. Præterea gẽmas & margaritas præcipue boniratis. Apud eos annona nunq; augetur. Neq; sunt fora, neq; lites. Herculem colũt. Populus regem eligit senecta clementiaq; venerandum & liberos non habentem. Et si postea gignat, abdicant, ne fiat hæreditarium regnũ, Rectores ei dant. 30. Nec nisi multorum sentẽtia quisquam damnatur capite. Appellatio est ad populũ, Rex si delinquit, morte mulctatur, nullo interimẽte, sed auersantibus cunctis & commercia etiam sermonis negantibus. Agros diligenter colunt, Pomis abundant. Voluptas est in piscatu, testudinum maxime, quarum superficie domos integunt. Vita hominum centum annis modica.

¶Tonemphoæ canem habent pro rege, motu eius imperia augurantes.

¶Thraces calculos colore distinctos pro experimẽto cuiuscunq; diei in vrnã condunt ac supremo die separatos dinumerant, atq; ita de vno quoq; pronunciant. Feruntur esse tam fragilis memoriæ, vt quaternarium numerando nõ possint excedere. Vtuntur acie cuneata. Bellicosi sunt. Vnde & Martem natum, apud eos fabulãtur poetæ. Vino se largius ingurgitãt. Liberos in mercato vænundãt. Virgines non asseruant, sed quibus libuit vitis concumbere permittunt. Vxores seruant vehementer, easq; a parentibus coemunt. Punctas notis esse frontes nobile iudicatur, non esse notatas punctis ignobile. Ociosum esse

habetur pro honestissimo, agricolatoꝙ pro contemptissimo. Spoliis bellicis & rapto viuere pulcherrimũ. E diis colunt Martem, Liberum, Dianam. Reges etiam Mercurium, per quem solũ iurant, & a quo progenitos se aiunt. Ad magnatum cadauera mactatis prius hostiis conuiuãtur, priusq; deflent, deinde cõbusta sepeliunt, haud aliter humo contegunt. Aggesto insuper tumulo varij generis certamina proponunt. præcipue monomachiã, id est singulare certamen. Herodotus sub principiũ quinti libri.

¶ Tentyritæ seu Tentyri solo aspectu & olfactu fugant crocodillos.

¶ Tapyri populi sunt in Parthia, qui vxores suas alijs viris concedunt, quum ex eis duos aut tres liberos susceperunt. Strabo libro vndecimo. Vino perinde ac vnguento oblinuntur. Iustitiam obseruant.

¶ Tibareni populi Scythiæ in Asia, quos amãt, senio ꝓfectos suspẽdũt in patibulis. Iustissimi sunt, nec priꝰ bello cõgrediunt cũ aliquo quã diẽ, locũ, horã, hosti ex fide denunciauerint. Si quãdo inibi pepererint mulieres, viri velut ęgritudie simulata in lectulis decumbũt, vt puerperæ, hisq; iacẽtibꝰ ꝓministrãt vxores. Lusum amplexant acrisus, ꝙ in iis maximã felicitatis partẽ arbitrent eẽ ꝓstitutã.

¶ Tẽplarij heretici fuerũt in Solymis ciuitate ãno. 1030. post imperium Augusti. Frequẽtes & assidui versabantur in templis, vnde tractum nomen. Simulachrum habebãt summo factum artificio, cui hominis cutẽ superinduxerant & binos præfulgentes carbũculos sub ipsa frõte collocauerant, qui promicabãt oculorum vice. Huic autem simulachro sacra faciebant. Morientiũ præterea cadauer in cineres adactum, cæteris in potum conferebãt, qua potiõe firmiores & cõstãtiores se futuros putabãt. Eos vero qui extemplarii virginisq; cõiugio fuissent nati, subiecto igne torrebãt, simulq; ex humore deliquato suũ perũgebant simulachrũ, quo maiorẽ probarent religionẽ. Tenebant amore masculoꝝ fœdissimo. Damnati sunt tãdẽ in Viẽnensi concilio, & concremati, quotquot reperti sunt.

¶ Apud Thrausos populos Thraciæ edito puero ꝓpinqui assistẽtes lugent, miserias huius vitæ recẽsentes, quas passurus sit infans ille. Hominem fato functũ per lusum & lætitiam terrę mandant, referẽtes quot malis liberatus sit ille. Multas habent vxores, quæ si cõtingat viro hominem exuere, certatim contendunt eius mortem sequi.

¶ Vascones Iberię populi iuncti Cantabris arcta obsidione laborantes dicũtur aliquãdo carnes humanas esitasse. Iuuenalis Satyra decimaquinta. Vascones (vt fama est) alimentis talibus vsi Produxere mimas. Idem. Sicut modo dicta mihi gens. Post omnes herbas, post cũcta animalia, quicquid cogebat vacui ventris furor, hostibus ipsis Pallorem & maciem & tenues miserantibus artus, Membra aliena fame Lacerabant, esse parati & sua.

INDEX CARTHARVM

✱ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes quaterniones.

Venetiis apud heredes Lucæantonii
Iuntæ Florentini Mense Iunio. M D. XLI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca